

PVBLII VERGILII

BVCOLICA, GEORGICA, AENEIS CVM SER-
VII COMMENTARIIS ACCVRATISSI-
ME EMENDATIS, IN QVIB. MVLTA
QVAE DEERANT SVNT AD-
DITA. GRAECAE DICTIO
NES. ET VERSVS VBI
Q; RESTITVTI.

✠

SEQVITVR PROBI CELEBRIS GRAMMATICI
IN BVCOLICA ET GEORGICA COM-
MENTARIOLVS NON AN-
TE IMPRESSVS.

AD HOS DONATI FRAGMENTA,
CHRISTOPHORI LANDINI,
ET ANTONII MANCI-
NELLI COMMEN
TARII.





PVBLII VERGILII

BVCOLICA, GEORGICA, AENEIS CVM SER-
VII COMMENTARIIS ACCVRATISSI-
ME EMENDATIS, IN QVIB. MVLTA
QVAE DEERANT SVNT AD-
DITA. GRAECAE DICTIO
NES ET VERSVS VBI
QZ RESTITVTI.

SEQVITVR PROBI CELEBRIS GRAMMATICI
IN BVCOLICA ET GEORGICA COM-
MENTARIOLVS NON AN-
TE IMPRESSVS.

AD HOS DONATI FRAGMENTA,
CHRISTOPHORI LANDINI,
ET ANTONII MANCI-
NELLI COMMEN
TARII.



P. VERGILII MARONIS VITA PER AELIVM DONATVM CELEBREM GRAMMATICVM EDITA.

PVBLIVS VERGILIVS MARO PARENTIbus modicis fuit, ⁊ præcipue patre Marone, quem quidam opificem figulum, plures magi cuiusdaȝ viatoris initio mercenarium, mox ob industriam generum tradiderunt, quem cum agricolationi reiq; rusticæ ⁊ gregibus præfecisset socer, siluis coemũdis ⁊ apibus curãdis reculam auxit. natus est. CN. Pompeio magno, ⁊. M. Licinio Crasso primum coss. Iduum octobrium die in pago, qui andes dicitur, qui est a Mantua non procul. Prægnans mater Maia cũ somniaret enixam se laureum ramum, quem compactum terræ coaluisse, ⁊ excreuisse ilico in speciem maturæ arboris refertæ varijs pomis ⁊ floribus cerneret, Sequenti luce cum marito rus propinquum peteris ex itinere diuertit, atq; in subiecta fossa partu leuata est. Ferunt infantem vt fuit editus, nec euagisse: ⁊ adeo miti vultu fuisse, vt haud dubiam spem prosperioris genituræ, iam tum indicaret. Et accessit aliud præsagium. Siquidem virga populea more regionis in puerperijs eodem statim loco depacta ita breui coaluit, vt multo ante satas populos adæquarit, quæ arbor Virgilij ex eo dicta atque consecrata est summa grauidarum ⁊ foetarum religione suscipientium ibi ⁊ soluentium vota. Initia ætatis idest vsq; ad septimum annum Cremonæ egit, ⁊ decimoseptimo anno virilem togam cepit illis consulibus iterum quibus natus erat. Euenitq; vt eo ipso die Lucretius poeta decederet, Sed Virgilius a Cremona Mediolanum, ⁊ inde paulopost Neapolim transijt. Vbi cum litteris ⁊ græcis ⁊ latinis vehementissimam operam dedisset, tandem omni cura, omnique studio indulsit medicinæ ⁊ mathematicis. Quibus rebus cum ante alios eruditior, peritiorq; esset, se in vrbem contulit, statimque magistri stabuli equorum Augusti amicitiam nactus, multos variosq; morbos incidentes equis curauit. At ille in mercedem singulis diebus panes Virgilio vt vni ex stabularijs dari iussit. Interea a Crotoniatis pullus equi miræ pulchritudinis Cæsari dono fuit missus, qui omnium iudicio spem portendebat virtutis & celeritatis immensæ. Hunc cum aspexisset Maro, magistro stabuli dixit natum esse ex morbosa equa, ⁊ nec viribus valituruȝ nec celeritate, idque verum fuisse inuentum est. Quod cum magister stabuli Augusto recitasset, duplicari ipsi in mercedem panes iussit. Cum item ex Hispania Augusto canes dono mitterentur ⁊ parentes eorum, dixit Virgilius ⁊ animum celeritatemq; futuram, Quo cognito mandat iterum Virgilio panes duplicari. Dubitauit Augustus Octauij ne filius esset an alterius, idq; Maronem aperire posse arbitratus est, quia canum ⁊ equi naturam parentesq; cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris illum in penitiorem partem domus vocat, ⁊ solum rogat an sciat quisnam esset: ⁊ quam ad felicitandos homines facultatem haberet. Noui inquit Maro te Cæsar Auguste ⁊ ferme æquam cum dijs immortalibus potestatem habere, vt quem vis felicem facias. Eo animo sum respondit Cæsar vt si verꝫ pro rogatu dixeris, beatum te felicemq; reddam. Vtinam ait

Maro interroganti tibi vera dicere queam. Tunc Augustus putat alij me natum Octauio, quidam suspicantur alio me genitum viro. Maro subridens facile inquit si impune licenterq3 quae sentio loqui iubes, id dicã. Affirmat Caesar iureiurando nullum eius dictum aegre laturum, imo non nisi donatu3 ab eo discessurum. Ad haec oculos oculis Augusti infigens maro, facilius ait in caeteris animalibus qualitates parentum mathematicis et philosophia cognosci possunt, in homine nequaquam possibile est. Sed de te cõiecturam habeo similem veri, vt quid exercuerit pater tuus scire possim. Attente expectabat Augustus quidnam diceret. At ille quantum ego rem intelligere possum pistoris filius es inquit. Obstupuerat Caesar et statim quo id pacto fieri potuerit, animo voluebat. Interrumpens Virgilius, audi inquit quo pacto id conijcio, Cum quaedam enunciarim, praedixerimq; quae intelligi sciriq3 non nisi ab eruditissimis, summisq; viris potuissent: Tu princeps nobis item et item panes in mercedem dari iussisti, quod quidem aut pistoris aut nati pistore officium erat. placuit Caesari facetia. At deinceps inquit Caesar non a pistore sed a rege magnanimo dona feres, illumq3 plurimi fecit: et Pollioni commẽdauit.
Corpore et statura fuit grandi, aquilino colore, facie rusticana, valitudine varia. Nam plerunq; ab stomacho & faucibus ac dolore capitis laborabat. Saguinem & saepius eiecit, cibi viniq; minimi. Fama est eum libidinis pronioris in pueros fuisse. Sed boni ita eum pueros amasse putauerũt, vt Socrates Alcibiadem & Plato suos pueros. Verum inter omnes maxime dilexit Cebete3 & Alexandrum, quem secunda Bucolicorum ecloga Alexim appellat donatum sibi ab Asinio pollione: vtrunq; non ineruditum accepit. Nam Alexandrum grammaticum, Cebetem vero & poetam.
Vulgatum est consueuisse eum cum Plotia Hieria. Sed Asconlus Pedianus affirmat ipsum postea maioribus natu narrare solitum inuitatum quidem se a Varro. ad communionem mulieris, sed se pertinacissime abstinuisse. Caetera sane vita & ore & animo tam probum fuisse constat, vt Neapoli parthenias appellaretur vulgo. Ac siquando Romae quo rarissime commeabat viseretur, in publico sectantes: demõstrãtesq; se, subterfugere solitum in proximum tectum. Bona autem cuiusdam exulantis offerente Augusto non sustinuit accipere, possedit prope centies sestertium ex liberalitatibus amicorum. Habuitq; domum Romae in aesquilijs iuxta hortos mecoenatianos: q̃q̃3 secessu Campaniae, Siciliaeq; plurimum vteretur.
Quaecunq; ab Augusto peteret, repulsam nunquam habuit. Parẽtibus quotannis aux ad abundantem alitum mittebat, quos iam grandis amisit, ex quibus patrem oculis captum & duos fratres germanos Silone3 impuberem, Flaccum iam adultum, cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet.
Inter caetera studia vt supra diximus medicinae quoq; ac maxime mathematicae operam dedit. Egit & causam vnam omnino nec amplius q̃3 semel. Sermone tardissimum ac pene indocto similem fuisse melissus tradidit.
Poeticam puer adhuc auspicatus in Balistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit.

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus.
Nocte dieq; tuum carpe viator iter.

Deinde Moretum, Priapeiam, & Epigrammata, & Diras, & Culicem cum esset annorum. xv. cuius materia talis est. Pastor fatigatus aestu cum sub arbore obdormisset, & serpens ad illum proreperet, e palude culex prouolauit, atq; inter duo

ter duo

ter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuo culicem contriuit,& visam serpentem interemit,ac sepulcrum culici statuit,& distichon fecit,
Parue culex pecudum custos tibi tale merenti.
Funeris officium vitæ pro munere reddit.
Scripsit etiam de qua ambigitur Aetnam,& mox cum res romanas inchoasset offensus materia & nominum asperitate ad Bucolica transit. maxime vt Asiniũ Pollionem, Alphenum Varrum:& Corneliuȝ Gallum celebraret,quia in distributione agrorum qui post philippensem victoriam veteranis triumuirorum iussu transpadum diuidebantur,indemnem se præstitissent. Deinde Georgica in honorem Mecœnatis edidit,cum sibi vix dum noto opem tulisset aduersus Claudij veterani milites,vel vt alij putant Arij Centurionis violētiaȝ,a quo in altercatione litis agrariæ parum abfuit quin occideretur. Nouissime aũt Aeneidem eggressus est. Argumentum variũ & multiplex est,& quasi amborum Homeri carminum instar. Præterea nominibus ac rebus græcis,latinisq; commune,& in quo quod maxime studebat romanæ simul vrbis & Augusti origo contineretur. Cum Georgica scriberet traditur quotidie mediatos mane plurimos versus dictitare solitum,ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere,non absurde carmen se vrsæ more parere dicens,& lambendo demum effingere. Aeneida prosaica prius oratione formatam: digestamq; in.xij.libros particulatim cōponere instituit,vt quidam tradunt.
Alij eius sententiæ sunt,vt menti habuerit quatuor &.xx.libros vsq; ad Augusti tempora scripturum,atq; alia quædam percursurum. Augusti vero gesta diligentissime executurum,quippe qui dum scriberet,ne quid ineptũ moliretur,quædam imperfecta reliquit. Alia leuissimis versibus scripsit,quos per iocum pro tigillis vel tibicinibus interponi a se dicebat ad sustinendũ opus, donec solidæ colũnæ aduenirent. Bucolica triēnio Asinij Pollionis suasu perfecit. Hic transpadanam prouinciam regebat,cuius fauore cuȝ veteranis Augusti militibus Cremonensium & Mantuanorũ agri distribuerentur,suos Virgilius non amisit. Facta enim distributione suos Claudio seu Ario datos recuperauit. Hunc Pollioneȝ maxime amauit Maro:& dilectus ab eo magna munera tulit. Quippe qui inuitatus ad coenam captus pulchritudine & diligentia Alexandri Pollionis pueri eum dono accepit. Huius Pollionis filiuȝ. C. Asinium, Cornelium Gallum oratorem clarum & poetam non mediocrē miro amore dilexit Virgilius. Is transtulit Euphorionē in latinũ,& libris quatuor amores suos de Cytheride scripsit. Hic primo in amicitia Cæsaris Augusti fuit, Postea in suspitionem coniurationis contra illum ductus occisus est, cuius Proptius meminit dicens, Gallus & in castris duȝ credita signa tuetur. Concidit ante Aquilæ signa cruenta suæ. Verum vsq;adeo hunc Gallum Virgilius amarat: vt quartus Georgicorum a medio vsq; ad fineȝ eius laudē contineret,quem postea iubente Augusto in Aristæi fabulam commutauit. Georgica septennio Neapoli, Aeneida partim in Sicilia,partim in Campania.xi.annis confecit. Bucolica eo successu edidit,vt in scæna quoq; per cātores crebra pronunciatione recitarentur. At cũ Cicero quosdā versus audisset: & statim acri iudicio intellexisset,non cōmuni vena editos,iussit ab initio totam eclogam recitari,quam cuȝ accurate pernotasset,in fine ait, Magnæ spes altera Romæ,quasi ipse linguæ latinæ spes prima fuisset,& Maro futurus eēt secunda,quæ verba postea Aeneidi ipse īseruit. Georgica reuerso ab actiaca victoria Augusto atq; reficiendarum virium causa Attellæ cōmoranti per

continuum quatriduum legit suscipiente Mecoenate legẽdi vicem, quoties interpellaretur ipse vocis offensione. Pronunciabat autem maxima cum suauitate, & lenocinijs miris. Seneca tradidit Iulium Montanum poetam solitum dicere inuolaturum se quædam Virgilio, si & vocem posset, & os, & hypocrisim. Eosdem enim versus eo pronunciante bene sonare, sine illo inarescere quasi mutos. Aeneidos vix dum cœptæ tanta extitit fama, vt Sextus Propertius non dubitarit sic prædicare.

Cedite romani scriptores, cedite Graij.
Nescio quid maius nascitur Iliade.

Augustus vero cum iam forte expeditione Cantabrica abesset, & supplicibus atque minacibus per iocũ litteris efflagitaret, vt sibi de Aeneide, vt ipsius verba sunt, vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret, negauit se facturum Virgilius. Cui tñ multo post perfecta demũ materia treis omnino libros recitauit, secundum videlicet, quartum, & sextum. Sed hunc præcipue ob Octauiam, quæ cum recitationi interesset ad illos de filio suo versus, Tu Marcellus eris, defecisse fertur. atq; ægre refocillata dena sestertia pro singulo versu Virgilio dari iussit. Recitauit & pluribus, sed neq; frequenter & ferme illa de quibus ambigebat, quo magis iudicium hominum experiretur.

Erotem librarium & libertum eius exactæ iam senectutis tradunt referre solitum quondam in recitando eum duos dimidiatos versus complesse ex tempore, Misenum æolidem, adiecisse, quo non præstantior alter. Item huic, Aere ciere viros, simili calore iactatum subiunxisse, Martemq; accendere cantu, Statimq; sibi imperasse vt vtrunq; volumini adscriberet.

Bucolica: Georgicaq; emendauit. Anno vo. Lij. vt vltimam manũ Aeneidi imponeret statuit in Græciam & Asiam secedere, triennioq; continuo omnẽ operam limatiori dare, vt in reliqua vita tantum philosophiæ vacaret.

Sed cum aggressus iter Athenis occurrisset Augusto ab oriente Romaʒ reuerti, vna cum Cæsare redire statuit. At cum Megara vicinum Athenis oppidum visendi gratia peteret, langorem nactus est, quem non intermissa nauigatio auxit. Ita vt grauior in dies tandem Brundusium aduentarit, vbi diebus paucis obijt decimo calen. Octobris. CN. Plautio. Q. Lucretio consulibus, qui cum grauari morbo sese sentiret, scrinia sæpe & magna instantia petiuit Crematurus Aeneida, quibus negatis testamento comburi iussit, vt reʒ inemendatam imperfectamq;. Verũ Tucca & Varrus monuerunt id Augustũ non permissurum. Tunc eidem Varro ac simul Tuccæ scripta sub ea conditione legauit, ne quid ederent, quod a se editum non esset, & versus etiam imperfectos, si qui erant relinquerent.

Voluit etiam eius ossa Neapolim transferri, vbi diu & suauissime vixerat, ac extrema valitudine hoc ipse sibi epitaphium fecit distichon. Translata igitur iussu Augusti eius ossa prout statuerat Neapolim fuere, sepultaq; via puteolana intra lapidem secundum, suoq; sepulcro id distichon, quod fecerat, inscriptum est.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nũc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.

Hæredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum fratrem ex altero patre: ex quarta Augustum: ex duodecima Mecoenatem, ex reliquã. L. Varrum, & Plocium Tuccam, qui eius Aeneidem post obituʒ prout petiuerat iussu Cæsaris emendarunt, Nam nullius omnino sententia crematu Aeneis digna vi-

sa fuit. de qua re Sulpitij carthaginensis extant huiusmodi versus.
Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Varrusq; simul, tu maxime Cæsar
Non finis, sed latiæ consulis historiæ.
Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni.
Et pene est alio Troia cremata rogo.
Extant & Augusti de ipsa eadem re versus plures & clarissimi, quorum initium ita est.
Ergo ne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes?
Magnaq; doctiloqui morietur musa Maronis? Et paulopost.
Sed legum seruanda fides. suprema voluntas
Quod mandat, fieriq; iubet, parere necesse est.
Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quam tot congestos, noctesq;, diesq; labores
Hauserit vna dies. Et ea quæ sequuntur.
Nihil igitur auctore Augusto Varrus edidit, quod & Maro pceperat, sed summatim emendauit, vt qui versus etiam imperfectos, si qui erant, relliquerit.
Hos multi mox supplere conati non perinde valuerunt ob difficultatem, qđ omnia fere apud eum hemistichia præter illud, Quem tibi iaz Troia peperit, sensum videntur habere perfectum. Nisius grammaticus audisse se a senioribus dicebat. Varrum duorum librorum ordinem commutasse, & qui tum secundus erat in tertium locum transtulisse, etiam primi libri correxisse principium his demptis versibus.
Ille ego qui quondaz gracili modulatus auena
Carmen, & egressus siluis vicina coegi
Vt quis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis, at nunc horrētia Martis
Arma virumq; cano.
Nec Virgilius qui columen linguæ latinæ fuit caruit obtrectatoribus. In Bucolicis enim duas eclogas, sed insulsissime Paro quidam deridet, & sic deridēdo incipit.
Tityre si toga calda tibi est, quo tegmine fagi? Sequentis
Dic mihi Damœta cuium pecus? an ne latinum?
Non, verum Aegonis, nostri sic rure loquuntur,
Alius recitante eo ex Georgicis,
Nudus ara, sere nudus, subiecit, habebis frigora, febrem.
Est & aduersus Aeneida liber Carbilij pictoris titlo æneidomastix. M. Vipranius eū a mecœnate suppositū appellabat noue κακοζηλίας, repertorēq; dicebat neq; tumidū, neq; exilē, sed cōibus vbis opus illud cōfecisse, Herēnius vitia eius tm̄ pxit, Perilius Faustinus furta. Sūt & Quiti Octauij Auiti volumina qbus annotanf quos & vn̄ versus trāstulerit. Asconius Pedianus libro quem p obtrectatores Virgilij scripsit, pauca admodū ei obiecta pponit, & potissimū q nō recte historiā cōtexuit: & q pleraq; ab Homero sumpsit, sed hoc crimen sic defendere assuetū ait. Cur nō illi quoq; eadē furta tētarēt? Verū itellecturos facilius eē Herculi clauam: q̄ Homero versum surripere, & tamē destinasse secedere, vt oia ad sacietatem maliuolorum deciderent. Refert etiam Pedia/

nus benignum, cultoremque omnium bonorum atque eruditorum fuisse, & usque adeo inuidiæ expertem, vt si quid erudite dictum inspiceret alterius, non minus gauderet, ac si suum fuisset, neminem vituperare, laudare bonos, ea humanitate esse, vt nisi peruersus maxime quisque illum non diligeret modo, sed amaret. Nihil proprij habere videbatur. Eius bibliotheca non minus alijs doctis patebat ac sibi. Illudque Euripidis, antiquum sæpe vsurpabat τὰ τῶν φίλων κοινὰ, Communia amicorum esse omnia. Quare coæuos omnes poetas ita adiunctos habuit, ut cum inter se plurimum inuidia arderent, illum vna omnes coleret, Varius, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius. Anser vero quoniam Antonij partes secutus est illum non obseruasse dicitur, Cornificius ob peruersam naturam illum non tulit.

Gloriæ vero adeo contemptor fuit, vt cum quidam versus quosdã sibi ascriberent, eaque docti haberentur, non modo ægre non ferebat, imo voluptuosum id sibi erat, Cum enim distichon quod laudem, felicitatemque Augusti continebat fecisset, valuisque non noĩato auctore infixisset, id erat huiusmodi.

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Diu quæritans Augustus cuiusnam hi versus essent, eorum auctorem non inueniebat. Bathyllus vero poeta quidam mediocris tacentibus alijs sibi ascripsit. Quamobrem donatus, honoratusque a Cæsare fuit, quod æquo animo non ferẽs Virgilius, iisdẽ valuis affixit quater hoc principium, Sic vos non vobis. Postulabat Augustus vt hi versus cõplerentur, quod cũ frustra aliqui conati essent, Virgilius præposito disticho, sic subiunxit,

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.
Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Quo cognito aliquãdiu Bathyllus, Romæ fabula fuit, Maro vero exaltatior. Cum is aliquando Ennium in manu haberet, rogareturque quidnam faceret, Respondit se aurum colligere de stercore Ennij. Habet enim poeta ille egregias sententias sub verbis non multum ornatis. Interroganti Augusto quo pacto ciuitas feliciter gubernaretur. Si prudentiores inquit temonem tenuerint, & boni malis præponant. Itaque optimi suos habeant honores, nulli tamen aliorum iniusti quicquam fiat. At Mecoenas quid inquit Virgili satietatem homini non affert? Omnium rerum respondit aut similitudo, aut multitudo stomachum facit præter intelligere. Item interrogauit quo pacto quis altam, felicemque eius fortunam seruare potest. Cui Maro, Si quantum honore ac diuitiis alijs præstantior sit, tanto liberalitate & iustitia alios superare nitatur. Solitus erat dicere nullam virtutem commodiorem homini esse patientia, ac nullam asperam adeo esse fortunam, quãm prudenter patiendo vir fortis nõ vincat, Quam sententiam in quinto Aeneidos inseruit,

Nate dea quo fata trahunt: retrahuntque sequamur.
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Cum quidam eius amicus Cornificij in eum maledicta, & inimicitias sibi enarraret: Quam putas inquit esse huiusce maliuolentiæ causam? Nam neque vnquam Cornificium offendi, & eum amo. An inquit Hesiodi sententiæ non meministi? vbi ait.

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Architectum architecto inuidere, ⁊ poetam poetæ. De malis inquit græcus ille intellexit: Nam boni eruditiores amant. Sed magna cum mea laude ⁊ gloria vindictam in manu habeo, Maiore enim cura virtuti intendam, atq; quo elegantior ego fiam, eo vehementius inuidia rumpetur.

Erat Augusto familiaris Filistus quidaʒ orator, & poesim mediocriter doctus Cui multiplex, variumq; ingenium erat: qui omnium omnia dicta reprehendere conabatur, non vt verum dignosceret, quod Socrates facere consueuit, sed vt eruditior videretur. hic Virgilium vbicunq; conuenire dabatur, maledictis, salibusq; vexabat. Quare ille sæpe aut tacibundus discedebat, aut suffusus pudore tacebat. Verum cum Augusto audiente elinguem illum diceret, ⁊ causam etiam suam si linguam haberet, defendere nequiret, Tace inqt rabula. Nam hæc mea taciturnitas defensorem causarum mearum Augustũ fecit, ⁊ Mecoenatem, ⁊ ea tuba cum volo loquor, quæ vbiq; ⁊ diutissime audietur, Tu loquacitate non modo aures hominuʒ, sed muros rumpis. Augustus vero Filistum graui vultu increpauit. Tunc Maro si tempus Cæsar inquit tacendi hic sciret, raro loqueretur. Tacendum enim semper est, nisi cum taciturnitas tibi noceat, aut oratio alijs ꝓsit. Nã qui contendit ⁊ contentionis finis vtilis non est, stultis illum annumerandum sapientes putant. Posteaq̃ Augustus summa rerum omnium potitus est, venit in mentem an conduceret tyrãnidem omittere, ⁊ oẽm ptãtem annuis cõsulibus, ⁊ senatui rẽpu. reddere, in qua re diuersæ sentẽtiæ cõsultos habuit Mecoenatem ⁊ Agrippam. Agrippa enim vtile sibi fore etiam si honestuʒ non esset, relinquere tyrãnidẽ longa oratione contendit. quod Mecoenas dehortari magnopere conabatur, quare Augusti animus ⁊ hinc ferebatur ⁊ illinc. Erant enim diuersæ sententiæ varijs rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronem an conferat priuato homini se in sua rep. tyrannum facere. Tum ille omnibus ferme inquit rẽpu. occupantibus molesta ipsa tyrannis fuit, ⁊ ciuibus, quia necesse erat propter odia subditorum, aut eorum iniustitiam magna suspitione, magnoq; timore viuere. Sed si ciues iustum aliquem scirent, quem amarent plurimum, ciuitati id vtile foret, si in eo vno omnis potestas esset. Quare si iustitiaʒ, quod modo facis omnibus in futurum nulla hominuʒ facta compositione distribues, dominari te ⁊ tibi conducet ⁊ orbi. Beniuolẽtiã. n. oĩum ita hẽs, vt deum te ⁊ adorent, ⁊ credant, Eius sententiam secutus Cæsar principatum tenuit.

Audiuit a Silone præcepta Epicuri, cuius doctrinæ sociuʒ habuit Varrum. Quãuis diuersorum philosophorum opiniones libris suis inseruisse de animo maxime videatur, Ipse tamen fuit Academicus. Nam Platonis sententias omnibus alijs prætulit.

Nunc quoniam de auctore summatim diximus, de ipso iam carmine dicendum videtur, quod bifariam tractari solet, hoc est ⁊ ante opus ⁊ in ipso opere. Ante opus titulus, causa, intentio. Titulus in quo quæritur cuius sit causa, vnde ortum sit, ⁊ quare hoc potissimum sibi ad scribendum poeta præsumpserit. Intẽtio, in qua cognoscitur quid efficere conetur poeta. In ipso opere san tria spectantur, Numerus, ordo, explanatio.

Quãuis igitur multa ψευδογραφῆ. i. falsa inscriptione sub alieno nomine sũt prolata, vt Thyestes tragoedia huius poetæ, quam Varrus edidit pro sua, et alia huiuscemodi, tamen Bucolica liquido Virgilij esse minime dubitãdũ

est. Præsertim cum ipse poeta tanquam hoc metuẽs principio Aeneidos & in alio carmine suum eẽ testatus sit, sic dicens, Ille ego qui quondam gracili modulatus auena, & reliqua. Et Carmina qui lusi pastorum, audaxq; iuuenta Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.
Bucolica autem & dici & recte appellari vel hoc solum indicium suffecerit, q̄d hoc eodem nomine apud Theocritum censeatur. Verum ratio quoq; demõstranda est. Tria sunt pastorum genera, quæ dignitatem in Bucolicis habent, quorum qui minimi sunt ἀιπόλοι dicuntur a græcis, iidem a nobis caprarij. Paulo honoratiores qui ποιμένες. i. opiliones dicuntur. Honestissimi, & maximi βουκόλοι, quos bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit pastorali carmini nomen imponi, q̃ ab eo gradu qui apud pastores excellentissimus inuenitur?
Causa dupliciter ĩspici solet, ab origine carminis, & a volũtate scribẽtis.
Originem aũt Bucolici carminis alij ob aliam causam ferunt. Sunt enim qui a lacedæmonijs pastoribus Dianæ primum carmen hoc redditum dicãt, cum eidem deæ propter bellum, quod toti græciæ illo tempore Persæ inferebant exhiberi per virgines de more sacra non possent. Alij ab Oreste circa Siciliam vago id genus carminis Dianæ redditum loquuntur per ipsum atq; pastores, quo tempore de Scythia cum Pylade fugerat surrepto numinis simulacro et celato in fasce lignorum, Vnde Fascelidem Dianam perhibent nuncupatam, apud cuius aras Orestes per sacerdotem eiusdem numinis Iphigeniam sororẽ suam a parricidio fuerat expiatus, Alij Apollini Nomio pastorali scilicet deo, qua tempestate Admeti boues pauerat, Alij Libero Nympharum scilicet & Satyrorum, & id genus numinum principi, quibus placet rusticum carmen. Alij Mercurio Daphnidis patri pastorum omniũ principi, & apud Theocritum, & apud hunc ipsum poetam. Alij in honorem Panos scribi putant peculiariter pastoralis dei. Item Sileni, Siluani, atq; Faunorum. Quæ cũ omnia dicant, Illud erit probatissimũ bucolicũ carmẽ originẽ ducere a priscis temporibus, quibus vita pastoralis exercita erat. Et ideo velut aurei sæculi speciẽ in huiusmodi personarum simplicitate cognosci, & merito Virgilium processurum ad alta carmina non aliunde coepisse, nisi ab ea vita, quæ prima in terris fuit. Nam postea rura culta, & ad postremum pro cultis & feracibus terris bella suscepta quod videtur Virgilius in ipso ordine operum suorum voluisse monstrare, cum pastores primo, deinde agricolas canit & ad vltimum bellatores.
Restat vt quæ causa volũtatem attulerit poetæ Bucolica potissimum scribendi consideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti, & admiratione eius illectus est, aut ordinem temporum est secutus erga vitam humanam, vt supra diximus. Aut tris modos elocutionum, quos χαρακτῆρας græci vocant ἰσχνὸν, qui tenuis, ἁδρὸν, qui validus, μέσον, qui moderatus ĩtelligitur.
Credibile erat Virgilium qui in omni genere præualuerit Bucolica primum, Georgica secundum, Aeneida tertium voluisse conscribere. Aut ideo potius primo Bucolica scripsit, vt in eiusmodi carmine, quod & paulo liberius & magis validum q̃ cætera est, facultatem haberet captandæ Cæsaris indulgẽtiæ, repetendiq; agri quem amiserat. Ob hanc causam die tertio iduum Martiarum. C. Cæsare interfecto, cum Augustum Cæsarem pene puerum veterani milites non abnuente senatu sibi ducem constituissent, Exorto ciuili bello Cremonenses cum cæteris eiusdem studij aduersarios Augusti Cæsaris, adiuuerunt. Vnde factum est, vt cum victor Augustus in eorum agros veteranos deduci iussisset, non sufficiente agro Cremonensium, Mantuani quoq; in qui

bus erat Virgilius maximam partem suorum finium pdiderint, eo quod vicini Cremonensibus fuerant, Sed Virgilius Augusti familiaritate, suoque carmine fretus centurioni Ario obsistere ausus est.
Ille statim vt miles ad gladium manuz admouit. Cumque se in fugam precipuisset poeta: non prius persequēdi finis fuit, quam se in fluuium Virgilius coniecisset. Sed postea mecoenate & Pollione, & ipso Augusto fauentibus agros suos recepit.
Intentio libri, quam ὑπόθεσιν græci vocant imitatione Theocriti poetæ constituit, qui siculus & syracusanus fuit. Est intētio etiā in laudē Cæsaris, & principum cæterorum, per quos in sedes suas redit oia deduci. Vnde vt & delectationem & vtilitatem finis contineret: secundum præcepta cuncta confecit.
Quæri solet cur non plures quam decem eclogas conscripserit, quod nequaquam mirandum videbitur ei qui considerauerit ætatem scænarum pastoralium, quæ vltra hunc numerum non potest proferri, præsertim cum ipse poeta circunspectior Theocrito, vt ipsa res indicat, videatur metuere, ne illa ecloga quæ Pollioni inscribitur minus rustica videatur: cum ipsam sic præstruat ipse dicens. Sicelides musæ paulo maiora canamus, & item similiter in alijs duabus facit.
Illud tenendū esse prædicimus in Bucolicis Virgilij neque nusquā: neque vbique aliquid figurate dici, hoc est per allegoriam. Vix enim propter laudem Cæsaris & amissos agros hæc Virgilio conceduntur, cum Theocritus: quem hic noster toto studio imitari conatur, simpliciter omnino cōscripserit.
Quod autem in ipso carmine tractari solet, est numerus, ordo, explanatio. Numerus eclogarum manifestus est. Nam decem sunt, ex quibus proprie Bucolicæ. vij. esse creduntur. Nam tres vltimæ proprie Bucolicæ dici non debēt, Pollio scilicet, Silenus, & Gallus.
Prima igitur continet conquestionem publicam, & priuatam gratulationem de agro, & dicitur Tityrus. Secunda amorem pueri, & dicitur Alexis. Tertia certamen pastorum, & dicitur Palæmon. Quarta genethliacum, & dicitur Pollio. Quinta epitaphium, & dicitur Daphnis. Sexta metamorphosim, & dicitur Varrus, & Silenus. Septima pharmaceutria. Octaua amores diuersorum sexuum, & dicitur Damon. Nona continet poetæ conquestionem de amisso agro, & dicitur mœris. Decima desideriū Galli: & dicitur Gallus.
Quod ad ordinem spectat illud scire debemus in prima tantum & in vltima ecloga poetam voluisse ordinem seruare, quoniam in altera principium constituit, vt in Georgicis ait.
Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.
In altera ostendit finem quippe qui dicat, Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. Verum inter ipsas eclogas pastoralem, conscriptumque ordinem nullum esse certissimum est. Sed sunt qui dicunt initium Bucolici carminis non Tityre esse, Sed prima syracusio dignata est ludere versu.
Superest explanatio, ad quam antequam veniamus, illud dixerim tenue eē Bucolicuz carmen, & vsqueadeo ab heroico charactere distare, vt versus quoque huius carminis suas quasdam cæsuras habeant, & suis legibus distinguātur. Nam cum tribus probetur metrum, cæsura, scansione, modificatione, nō erit Bucolicus versus, nisi in quo & pes primus partem orationis absoluerit, & tertius trocheus fuerit, & cæsura, & quartus pes dactylus magis quam spondæus

partem orationis terminauerit. Quintus & sextus pes ex integris dictionibus fuerit, quod Virgilius a Theocrito sæpe seruatum victus operis difficultate neglexit, in solo principio incertũ industria an casu has cæsuras seruauerit. Nam Tityre dactylus partem orationis absoluit, tu patu, lerecu. tertium trocheum, q̃uis de composita dictione conclusit. bans sub, quartum spondeũ ꝓ dactylo, cũ subiunxit, tegmine fagi. Terminatis partibus orõnis itegrũ coma ꝑfecit. Cuius rei diligentiã licet in Theocriti ferme oĩbus versibus admirari. Qui vero supradicta acri iudicio, diligẽterq; considerarit, facile intelliget quæ in georgicis intẽtio. qq; finis fuerit, nec minus etiã in Aeneide.

Poematis stili genera tria sunt, aut enim actiuum vel imitatiuum, qđ græci δραματικὸν appellant, In quo personæ loquẽtes introducunt sine poetæ interlocutione, vt sunt tragoediæ & comoediæ, δρᾶν. n. græce agere dr̃, quo genere scripta est prima Tityre, & Quo te Moeri pedes. Aut enarratiuum, quod græci διηγηματικὸν appellãt, in quo poeta ipse loquitur sine interpositione personæ, vt tres primi Georgicon libri. Item Lucretij carmina. Aut commune vel mixtum, qđ græci μικτὸν appellãt, Vbi & poeta ipse loquitur, et introductæ personæ, vt sunt.

Virgilij Aeneis.
FINIS.

SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN BVCOLICA MARONIS COMMENTARIORVM LIBER.

BVCOLICA vt ferunt inde dicta sunt a custodia boum, idest ἀπό τῶν βουκόλων. Præcipua enim sunt animalia apud rusticos boues. Huius autem carminis origo varia est. Nam alij dicunt eo tempore quo Xerxes persarum rex inuasit græciam cum omnes intra muros laterent, nec possent more solito Dianæ sacra persolui, peruenisse ad montes Laconas rusticos, & in eius honorē hymnos dixisse. Vnde natū carmē bucolicū ætas posterior elimauit. Alij dicunt Orestē cum Dianæ Fascelitidis simulacrū raptū ex Scythia aduceheret, ad Siciliam esse tēpestate delatum: completo anno Dianæ festum celebrasse hymnis collectis nautis suis, & aliquibus pastoribus conuocatis: & exinde per mansisse apud rusticos consuetudinem. Alij nō Dianæ sed Apollini Nomio consecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alii rusticis numinibus a pastoribus dicatum hoc asserunt carmen, vt Pani, Faunis, ac Satyris. Et hic est huius carminis titulus. Qualitas autem hæc est, scilicet humilis character. Tres enim sunt characteres, humilis, medius, grandiloquus, Quos omnes in hoc inuenimus poeta. Nam in æneide grandiloquum habet, in georgicis medium: in bucolicis humilem pro qualitate negociorum & personarum. Nam personæ hic rusticæ sunt simplicitate gaudentes, scilicet a quibus nihil altū debet requiri. Adhibentur autem hæc ad carmen bucolicum. Carmen autem bucolicū debet quarto pede terminare partem orationis, qui pes si sit dactylus, meliorem efficit versum, vt Nos patriæ fines & dulcia. Primus etiam pes secundum Donatum dactylus esse debet, & terminare partem orationis, vt Tityre. Quam legem Theocritus vehementer obseruat, Virgilius non adeo. Ille enim in paucis versibus ab ista ratione deuiauit, hic eam in paucis secutus est. Terentianus cum de hoc metro doceret, Plurimus hoc pollet siculæ telluris alūnus, Noster rarus eo pastor maro. Intētio poetæ hæc est, Vt imitetur Theocritum Syracusanum meliorem moscho, & cæteris qui bucolica scripserunt. Vnde est: Prima syracusio dignata est ludere versu Nostra, neq;. Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Augusto, vel alijs nobilibus, quorum fauore amissum agrum recepit. In qua re tātum dissentit a Theocrito, ille enim vbique simplex est: hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras, quas perite plerunq; etiam ex Theocriti versibus facit, quos ab illo dictos constat simpliciter, hoc autem fit poetica vrbanitate, Sic iuuenalis, Actoris aurūci Spolium. Nam Virgilij versū de hasta dictum figurate ad speculum transtulit. Et causa scribendorum bucolicorum hæc est. Cum post occisum. iij. idus martias in senatu Cæsarem, Augustus eius filius contra percussores patris & Antonium ciuilia bella mouisset, victoria potitus Cremonensium agros qui contra eum senserant militibus suis dedit, qui cum non sufficerent, etiam mantuanorum iussit distribui non propter culpam, sed propter vicinitatem, vnde est, Mantua ve miseræ nimium vicina Cremonæ, Perdito ergo agro Virgilius Romam venit, & potentium fauore meruit vt agrum suum solus reciperet. Ad quem accipiendum profectus, ab Ario centurione: qui eum tenebat pene est interemptus, nisi se

præcipitasset in Mincium, vnde est ἀλληγορικῶς, Ipse aries etiam nunc vellera siccat. Postea ab Augusto missis triumuiris, & ipsi integer ager redditus est e mantuanis pro parte. Hinc est quod in prima ecloga legimus recepisse agrũ postea eum querelantem inuenimus, vt Audieras & fama fuit, sed carmina tãtum Nostra valent lycida tela inter martia, quantum Chaonias dicunt aquila veniente columbas. Nec numerus hic dubius est, nec ordo librorum, Quippe cum vnus sit liber. De eclogis tantum multi dubitant. Quæ licet decem sint, Incertum tamen est quo ordine scriptæ sint. Pleriq; duas certas volunt ipsius testimonio vltimam, vt Extremum hunc, & primam, vt in georgicis Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi. Alij primam illam volunt, Prima syracosio dignata est ludere versu. Sed est sciendũ. vij. eclogas esse meras rusticas, quas Theocritus. x. habet, Hic in tribus a bucolico carmine, sed cum excusatione discessit, vt in genethliaco Salonini, & in Sileni theologia, vel vt ex insertis altioribus rebus posset placere, vel quia tot varietates implere non poterat, Poetæ vitam in æneide diximus. Operis explanatio in sequentibus comprobabitur, Sane sciẽdum Vergilium xxviij. annorum scripsisse bucolica, Vnde, etiam ipse in fine georgicorum, Audaxq; iuuenta Tityre te, patulæ cecini sub tegmine fagi. Et dicit Donatus quod etiam in poetæ memorauimus vita in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum esse Virgilium, Primo enim pastoralis fuit in montibus vita, Post agriculturæ amor: Inde bellorum cura successit. Notandum quoq; bucolica vel georgica cum apud græcos in fine habeant accentum, apud nos in tertia a fine habere. Nam vt in vltima sit latinitas vetat, vt in penultima non sit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum & personas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta, vt Meliboeus ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βόων, idest qui curam gerit boum, & Tityrus dicitur aries maior, Nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire consueuerit, sicut etiam in comoedijs inuenimus. Nam Pamphilus est totus amãs: Glycerium quasi dulcis mulier, Philomena amabilis. Personæ sicut supra dixi rusticæ sunt, & simplicitate gaudentes, Vnde nihil in his vrbanum; nihil declamatorium inuenitur, sed ex re rustica sunt omnia negocia, cõparationes & si qua sunt alia. Hinc est quod annos a fructibus computat, vt Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. hinc etiam illæ cõparationes sunt, Nam neq; me tantum venientis sibilus Austri, Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ Saxosas inter decurrũt flumina valles.

FINIS.

PROBI VETVSTISSIMI GRAMMATICI IN BVCOLICA COMMENTARII.

PVBLIVS VIRGILIVS MARO NATVS IDIBVS OCTOBRIBVS Crasso & Pompeio côss. Matre Maia Polla, Patre Virgilio rustico, Vico andico, qui abest a Mantua millia passuuз.iij.tenui facultate nutritus. Sed quum iam summis eloquentiæ doctoribus vacaret, in belli ciuilis tempora incidit, quod Augustus aduersus Antonium gessit primumqз.

Post mutinense bellum veteranis.

¶POSTEA restitutus bñficio Alpheni Varri Asinij Pollionis & Cornelij Galli quibus in bucolicis adulat. Deinde p̄ gratiā Mœcenatis in amicitiā Cæsaris ductus est, vixit pluribꝰ.

In ocio secutus. Epicuri sectā. insigni concordia & familiaritate vsus Quintilij, Tuccæ, & Varri. scripsit bucolica annos natus octo & xx. Theocritū secutus, Georgica Hesiodum & Varronē. Aeneida īgressus bello cātabrico, Hoc quoqз ingenti industria, Ab Augusto vsqз ad sestertiū centies honestatus est. Decessit in Calabria annum agens quinquagesimū primū. Hæredibus Augusto & Mœcenate cū proculo minore fratre, quouis sepulchro, qđ est in via puteolana hoc legit Epigramma:

Mantua me genuit. Calabri rapuere. tenet nunc
Parthenope cecini pascua, rura duces.

¶ÆNEIS seruata est ab Augusto quāuis ipse testamento cauisset, ne quid eorum quæ non ædidisset, extaret. Quod Seruius Varrus hoc testatur epigrammate:

Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Varrusqз simul, tu maxime cæsar
Non sinis. sed latiæ consulis historiæ.

¶BVCOLICORVM oīs origo triplex esse fert. primū a Lacedæmonijs. Nā quū Xerxes græciaз affectaret, & terribilis esset. relictis ciuitatibus oīs græciæ gens in deserta loca refugerunt. Post quū apud Marathonē victus recessisset, lacedæmonijs reuersis in Peloponnesum, religiosior fuit cura Dianæ Caryatidis colēdæ. Nā forte ipso die reuerterūt in patriā victores, quo fieri sacra eidē deæ cōpetebat. Sed qm̄ p̄sentia ṽginū deesset, q̄ ea celebrare cōsueuerāt, ne sacrificiū ītermitteret, pastores ex vicinis agris ꝯxerūt, & p̄ eos sacra expedierūt adhibitis carmibus ēt rusticis, Ritū aūt sacroꝝ bucolicō appellarūt. Nō qm̄ solū boū pastores ibi fuerūt, sed qm̄ boues pecora p̄starēt magnitudīe. Hoc idē carmē Astrabicō dictū ē a forma sedilis q̄ aduecti fuerāt. q illa cātaturi erāt. Sūt aūt astraba vehicula dcā παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι, quo titulo & Plautꝰ fabulā īscripsit, In q̄ mlīeres in eiusmodi vehiculis inductæ. Altera causa ad siculos p̄tinet. Añ Gelonis tyrānidē Syracusis lue pecora īteribant, Quibus refouēdis votū fecerūt. eiusq; voti cōpotes tēplū Dianæ īstituerūt, quā Lyacā vocauerunt, pp̄ qđ malis essent absoluti, ad eius dedicationē plurimi pastores ꝯfluxerunt cū vtribus vino plenis, & panibus figuras feraꝝ vel pecoꝝ referentibus, eiq; īstituerūt, vt q ꝯuenerant, Laudes deæ decantarēt certamo q eas rectius p̄sequeret, cōtenderēt aūt in ea forma ornati, vt cornua fronti adiūcta tænia obligarēt cū vtre, & reticulo. quo panificia haberēt cū claua. eū q vicisset, p̄mium haberet, qđ is q victus erat, ꝯtulisset, permissumq; vt inde irent, & quibus cātauerāt, eisdē illis fausta ominarent, quod genus religionis hodie ꝯuersum est in questū. Idem sunt enim, qui bucolistæ nominantur, Tertia opinio ad eosdem Siculos p̄tinet, Sed ex alia ratione. Nam Orestes post parricidiū furēs respōso didicit qđ deponeret furorem ita demum, si recuperata Sorore Iphigenia ablueret fluuio, qđ septem fluminibus ꝯfunderet, diu vexatus, quū in taurica Iphigeniam reperisset, venit ad fines Rheginoꝝ... ibiq; inuento flumine elutus traiecit in Siciliā, & iuxta Syracusas a somnio admonitus simulacrū deæ, qđ secū de Taurice aduexerat templo posito ꝯsecrāuit, quā appellauit Fascelitim. Siueq; fasce lignoꝝ tectum de Taurice Simulacruз extulisset. Eius deæ nomē breui adprobatū, propter quod plurima pecora muneri quisq; conferebat, Quæ quū incrementassent, non defuerunt qui gratuitam custodiendis operam adhiberent; contenti tamq; cōstitutam mercedem lactis vel casei. Huius auteз fluminis, apud quod purgatus est Orestes. Varro meminit humanaꝝ. x. sic, iuxta Rhegium fluuij sunt cōtinui septe latapadon, migodes, eugiō, stacteros, polme, meleissa, argeades. In his a matris necē dicitur purgatus Orestes. Ibiq; diu fuisse ensem, & ab eo ædificatum Apollinis templum quouis loco Rheginos quum delphos proficiscerentur re diuina facta Lauream decerpere solitos, quam ferrent secum. Itē Cato in originibus tertio, Rhegini taurocini vocant. de fluuio, qui p̄terfluit. Id oppidū aruncι primo possederunt. Id achæi troia domum redeuntes in eorū agro fluuij sunt sex

septimus fines Rheginoꝝ.atq; taurinũ dispescens fluuio nomen est paccolicô.Orestem cũ Iphigenia atq; Pallade dicunt maternã necẽ expiatũ,uenisse,& non longinq̃ memoria est, quũ in arbore ensem viderint,quem Orestes abiẽs reliquisse dr.fascelitis autem Dianæ Lucilius quoq; in tertio satyratũ meminit sic,Et sæpe qđ ante optasti freta Messanæ & Rhegina videbis Mœnia,tum liparas fascelinæ templa Dianæ. Carmẽ bucolicum legẽ habere videt vti versus eius quartus ꝑ partẽ orationis finiat,qđ Theocritus custodiuit.Nã Virgilius in ꝓmo ꝟsu attẽdit,sequẽtẽ ꝓtinus alia forma fecit.Bucolica Theocritus facilius videt fecisse,qm̃ græcus sermo sic videt diuisus,vt Doris dialectos.quam ille scripsit,rustica habeatur,oportunum fuit ergo ei,qui pastores inferebat,ea lingua disputasse.Virgilio tanto factum opus maius,quanto vna lingua loquens sensus rusticos aptare elaborauit sine reprehensione sermõis.sunt quædam propria heroico carmini sublimia,Sed bucolico humilia quæ apte diuisisse virgilius notatus est.Nã quũ Aeneas Didoni gratias ageret,eiusq; se quã diu natura eoꝝ stetisset,memoriã habituꝝ cõfiteret,sic ait,In freta dum fluuij currẽt dũ montibus vmbræ Lustrabunt,conuexa Polus dum sidera pascet.Sic & Tityrus,quum beneficijs Augusti gratias ageret,rerum naturæ perpetuitatẽ pastori congruentibus sensibus tractauit sic,Ante leues ergo pascent in æthere Cerui,Et freta destituent nudos in littore pisces. In hoc etiam carmine quosdã versus posuit.qui possent heroico carmini aptari vt sunt, Huc ades o formose puer,tibi lilia plenis.Ecce ferunt nymphæ calathis,tibi candida Nais pallentes violas,& summa papauera carpens Narcissum & florem iunget bene olẽtis anethi. Et qm̃ intelligebat sublimius se dixisse,nouissimũ ꝟsum adtenuauit,quo rustico sensui carmẽ aptius fecit.Virgilius aũt vt bucolicã scriberet,cãm eiusmodi habuit.Antonius Octauiã sororẽ Augusti vxorẽ habebat,Et prouinciã sortitus est Aegyptũ,Vbi quom Cleopatrã adamasset & vxorẽ duxisset,repudio Octauiæ dato,& speraret de iperio Alexãdriæ ꝯstituẽdo,hostis publicus appellatus est,quẽ prosequus Augustus,exercitũ in orientẽ ducebat,eumq; bello superauit apud actiacũ Apollinẽ, Italiæ ergo ciuitatibus diuersas partes sequentibus Cremonenses & mantuani neutri sunt auxiliati,Sed hoc Augustus indignatus veteranis,quoꝝ operã in bello habuerat,agros cremonẽsium diuidi iussit,& si nõ sufficissent,mãtuanos adiungi.Vñ facturo vti Virgilius quoq; agros amitteret, quos sexaginta veterani acciperent,sed insinuatus Augusto per cornelium Gallũ condiscipulum suum promeruit, vt agros suos reciperet.Et eo facto cõcitauerat in se veteranos,adeo vt a Milieno Torone primipilari pene sit interfectus,nisi fugisset vt contestatur ipse quum ait.

> Quod nisi me quacunq; nouas componere lites.
> Ante sinistra caua mon.uisset ab ilice Cornix
> Nec tuus hic mœris,nec viueret ipse Menalcas.

¶GRATIAS ergo agens Augusto,ꝙ recepisset agros,bucolica scripsit sed nõ eodẽ ordine edidit,quo scripsit.Est.n.ecloga qua ereptos sibi agros quærit sic inchoans. Quo te Mœri pedes?an quo via ducit in vrbẽ. Et ea posita est in vltimo,& prius queri fuit dãnum dein testari bñficiũ.Ergo ꝓponi illa ecloga debuerat.& sic hæc substitui,qua gratias agit.Sz virgilij ꝯsiliũ hoc fuit,ne offenderet iperatorẽ,quouis sæculo librũ legendũ ꝓbebat,maluit instare testimonio.Nã ipsa ecloga q̃ est de Damno refert,nec in vltimo posita est,ne vel sic insigniter legeret.Plerunq;.n.quæ in medioponuntur,inter prima delitescũt.Qua pronũciatione quæq; ecloga legi debeat,sic ordinabitur,qm̃ in ipsis quæ cantanda putat,carminis facit mentionẽ.si non putat huius oĩno nois nõ meminit.iõ quia secunda ecloga cantanda erat,ait ĩ ꝑncipio,O crudelis alexi nihil mea carmina curas.In tertia usq; quo cantanda nõ fuit.[illegible]misit.at vbi cantandũ erat,Ab Ioue principiũ musæ,Iouis oĩa plena Ille colit terras,Illi mea carmina curæ.Et in reliquis eclogis,hoc idẽ licet animaduertere. Nam georgica qũo pronunciarentur statim ostendit,dicendo,Hinc canere incipiam.Item æneida,quoniam plasmate legi volebat.ait Arma virumq; cano.

Tityri & Mœlibei personas de Theocrito sumpsit.Sed tñ ratio hæc nominũ est hyrcus libyca lingua Tityrus appellat.Mœlibeus græce boum diligens.Congruentia igit pastoribus nomina.Et totus liber per allegoriã ĩtelligit,facit.n.se esse Tityꝝ & Meliboeũ, Corneliũ Gallũ qui admiret ꝙ virgilius solus agros retinuerit.Nec mirãdũ ꝙ ĩfra se senem dicit quom certũ sit eũ(vt.A.Pedianus dicit).xxviij.ãnos natũ bucolica edidisse.Nã eadẽ licẽtia senẽ se dixit,quũ sit iuuenis q̃ pastorẽ se fecit,quũ sit vrbanus,Aut Tityꝝ noiat quũ sit Virgilius.Oẽ carmẽ in tres characteres diuiditur.Drãmaticon,in quo personæ tantummõ loquuntur.Exegematicon,in quo solus Poeta.Mixtum,vbi promiscue & poeta & personæ Omnium specierum eclogas in bucolicis posuit.Drãmaticon erit prima Tityre tu patulæ. Exegematicon Sicelides musæ,Mixtum erit,Prima syracusio dignata est ludere versu.

FINIS.



P.V.M. BVCOLICORVM TITYRVS.

MELIBOEVS. TITYRVS.

TITYRE[a] TV PATVLAE[b] RE
cubans sub tegmine fagi ME.
Agrestem.[c] tenui[d] musam medita
ris[e] auena.
Nos patriae fines, & dulcia linqui/
mus arua.

SER. a TITYRE TV PATVLAE RE/cubans sub tegmine fagi. Inducitur pastor quidam iacens sub ar/bore securus & ociosus dans ope/ram cantilenae. Alter vero qui cum gregibus ex suis pelli//tur finibus, qui cum Tityrum respexisset, ita locutus est. & hoc loco Tityrus sub psona Virgilij debe/mus accipere, non tamē vbi/q3, sed tantum vbi exigit rō. Quod autem sub fago dicit iacere, allego/ria ē honestis/sima, quasi sub arbore glādifera, quae fuit vi/ctus causa. Antea enī3 homines glandibus vescebātur, vnde etia3 fagus dicta est ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, quod est comedere. & hoc videtur dicere iaces sub vmbra fagi ī agris tu/is tuas reten//tans possessiones, quibus aleris, sicut ēt glādibus alebant ante mortales.
b Tu patulae, patulū dicimus qđ per se patet naturaliter, vt nares, arbor, patēs est qđ & ape ritur & clauditur, ut hostiū, & oculi. c Sil/uestrē musam, idest rusticū carmen. d Te/nui auena, culmo stipula, vnde rustici plerun q3 cantare consueuerunt, vt alibi, Stridēti miserum stipula disperdere carmen. Dicēdo autem tenui auena, humilis stili genus latenter ostendit, quo (vt supra dictum est) in bucoli/cis vtitur. e Meditaris, quod graeci μελετᾶν dicūt, per antistichon meditor dixerūt latini. L. enim &. D. interdū sibi inuicē cedunt, vnde & sella pro seda dr̄ a sedendo.

ANTO. TITYRE, Tityrus mercenarij pasto//ris nomen a Theocrito sumptum, is enim ecloga. iij. inquit. Tityre lascinas virgultis pasce capellas, & in ultima. Tityrus ast illic miseros cātabat amores Daphnidis. Hircus autē3 libyca lingua Tityrus appellabatur, vt probus asserit, & Meliboeus cura boum di/ligens. Scribit idem ꝙ Maro per allegorias facit se esse Tityrum & Me/liboeum, Cor/nelium Gallū q admiratur ꝙ Virgili. solus agros retinue/rit. Patulae, apertae, & late patentis. Patu/lum bouē plautus appellabat cuius cornua diuerse ac late paterēt, vt Fest. edocet. Re/cubans, iacēs, quiescens, ia/cens autem se misupinus se/dens intelligē dum, qua quidem uoce, ma/gnas Tityri securitatem & requietem inuit, Cū iaceret omni spreto timore. Sub teg/mine, sub vm/bra, hic ait po/stea, Tu Tityre lentus in vm/bra. Fagi, phagos graece latine vorax dicitur. Phago autem comedo. Hinc fagus, vel fagos arbor glādifera, ꝙ olī3 glandibus vescerentur. Non tamen ab re hic sub tegmine fagi inquit, nam & in agris Maronis fagus erat, vt patet ecloga nona. Sil/uestrē3 musam, rusticum carmen, musa enī3 cātus dicitur, musico cantu contendo. Te/nui auena, subtili calamo aut fistula vel stipula, per quod gracile dicendi genus ostendit. Meditaris, meditando canis, exponis, exerces. Nos patriae fines.

CHR. TITYRE, Tityrus libyce hircum signifi/cat, Meliboeus graece cura boum, Sunt au//tem nomina de Theocrito sumpta, per Ti//tyrum se, per Meliboeum reliquos Mantua/

Tityrus

ANT. IACCHO, Iacchus dicitur bacchus a clamore & sonitu, nam vbi sacrificãtes clamore solebant, iacheo clamo significat iaco resono iache clamor. Cantharus græcum nomen poculi genus, & proprie Liberi patris poculum quem Maro Sileno assignat Menander pro nauicula etiã posuit Macro. auctor li. v. Ansa, circulo quo vas tenet. Attrita, idest leui. Aegle, nympha fuit solis filia ex neæra, vt Home scribit li. xij. odyssex, ægle autem apud nos splendor dicitur. Quo, propter quid. Satis est po. vi. sufficit vobis vidisse me, erat enim semideus. Huic ali. clam Venereς innuit. In nu. ordinem & rationem. Faunos, fauni dicti sunt a fando, idest vaticinando, vnde & fatuos dicimus inconsiderate loquentes, Traditum vero est in siluestribus locis fari solitos vt scribit Varro erant latinorum dij. (Fauni)

CHRI. CANTHARus, Cantharus teste Macrobio Bacchi poculũ est, Quapropter recte hic Sileno Bacchi alumno assignat quẽadmodum Herculis est scyphus. Vtrunq; tamẽ dictum ẽ a similitudine nauigij. Nã calix vnius literæ mutatione ab eo est, qð græce κυλιξ dicit, quis sint qui velint calicem latinum eẽ a calido quia calidã potionem ille sumerent antiqui. Est & cymbium etiam poculi genus a nauigio quoq; nominatum vel a cymbio p syncopam dicitur cymbium autem poculũ, vt ait Home. Cyclopi ab Vlixe datum est excisso, idest hedera vt Nicãder colophoni[9] & callimachus tradidere. Est & carchesium dictum a re nauali. Nam summa velorum carchesia dixerũt. Hoc datum est a Ioue alcmenæ scilicet aureũ. Est procerum & circa mediam ptem cõpressum ansis a summo ad infimum pertingentibus, Plautus autem nouitatem verbis fugiens pateram dixit quæ a patendo dicitur. Aegle, nomen conueniens pulchritudini puellæ. Nam αἴγλη græce lucem & splendoreς significat. Iteratio autem illa nominis efficatiam dictis affert, vt illud Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra. Lumina nam teneras arcebant vincula palmas. Videnti, ergo iam a somno excitato. Carmina vobis Huic aliud mer. e. cum ad voluptatem omnia referantur, videbat pueris carmina voluptosa futura sed puellæ nullam voluptatem afferri posse præter veneream. Huic, emphasim habet, quasi dicat adeo procaci quod signum erat lasciuorum morum. Ludere moueri. In numerum, numerus est compositio quantitatis discretæ. Hic non fit sine ordine. Vnde pro ordine capitur, vt digerit numerum, & quia musica suum numerum, suumq; ordinem habet, iccirco numerus pro consonantia & modulatiõe capitur, vt Numeros memini si verba tenerẽ. Faunos, in quibus ratio est. Feras, quæ & si ratione carent appetitu mouentur. Quercus, quæ omni motu carent. Ergo & rationalia & irrationalia & sensu carentia demulcebat, per quod intelligimus q musica & sapientes efferatos atq; immanes, ac deniq; stupidos, ac pene a sensu destitutos delectat.

(cymbia) (cymbium) (Carchesium) (Patera) (Aegle) (Numerus)

PARNASSIA

Nec tantum Phœbo gaudet parnassia [a] rupes,
Nec tantum Rhodope [b] miratur, & Ismarus Orphea
Nanq; [c] canebat vti [d] magnū per inane coacta,
Semina, terrarumq; animæq; [e], marisq; fuissent,

SER. a ¶ PARNASSIA rupes, mons thessaliæ Apollini cōsecratus. b ¶ Rhodope & Ismarus, montes thraciæ, in q̄bus orpheus cōsueuerat canere, & hoc dicit non tantū isti montes gaudent cantante Apolline vel orpheo, quantum cantante Sileno lætatus est mundus, Nanq; etiā paulopost dicturus est, Et inuito processit vesper olimpo. c ¶ Nanq; canebat vti magnū per inane coacta semina, Variæ sunt phorū opiniones de rerum origine. Nam alij dicūt oīa ex igne pcreari, vt Anaxagoras, Alij ex humore, vt Thales milesius. vñ est oceanumq; patrem rerum. Alij ex quattuor elementis, vt Empedocles, secundū quez ait Lucretius, Ex imbri, terra, atq; anima nascunt̃ & igni. Epicurei vero quos nunc sequitur nihil horum comprobant, sed dicunt duo esse rerum principia, corpus. & inane. Omne.n. quod est, aut continet, aut cōtinetur, & corpus volūt esse atomos.i. q̄sdā minutissimas partes, q̄ τομην i. sectionem nō recipiunt, vnde & atomi dictæ sunt, quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, q̄ infusis per fenestrā radijs solis videmus. Dicit.n. illis nec visum posse accidere. Inane vero dicunt spatium in quo sunt atomi. De his itaq; duobus principijs volunt quattuor ista procreari ignem, aerem. aquam, terrā Et ex his cætera, vt illa duo elementa sint. Hæc vero quattuor syntheta.i. composita, ex alijs duobus præstēt originē, alijs omnibus rebus. Hac autem rationē cōprobant ex atomis & inani esse, quod nihil est in rerum natura, quod non & corpus habeat, & quia non recipit sectionem, indicet etiam inanitatem. d ¶ Vti per inane coacta semina, canebat inquit mundi principium.i. quemadmodum coactæ & collectæ atomi per magnum inane fuissent origo ignis, aeris, terrarum, & maris, Nā semina atomos dicit, dicimus hæc atomus, & hæ atomi. e ¶ Alæq;.i. aeris, vnde & venti sunt.

BVD. ¶ NANQ; CANEBAT VTI, Hactenus breuiter. Nunc vt omnis quæstio tractet̃. Quæritur an poeta quattuor Solis, & his an omnibus principia rerum conuenire cōfirmet. Tunc deinde an reuolutis super eadē re sententijs paria percurrat, an vero diuersa cōfundat. Vt igitur sensum plene intelligamus hoc qd̄ est ab eo versu. ¶ Nanq; canebat vti magnum per inane coacta semina, Proprium in Virgilio est, vt nihil magnū sua auctoritate confirmet, sed aut a musis conceptum dicat, aut admirabile famæ tribuat. Hoc quidam dissidentiæ dicūt. Nā si cōfirmet, sequunt̃ opiniones hominum ad credendū facilius nō inducet, Sed poeta fortius probat, quum suæ opinioni etiā famam consentire pnunciat, vt est illud. Quā Iuno fert̃ terris magis oībus vnā. Et illud fama est Enceladi.s.f.c. & illud, Dedalus (vt fama est) f.m.r. Et illud, Nanq; ferūt fama Hippolytū p.q.s.n. Et illud, Quid loq̄r, aut Scileam Nisi q.f.s. Quæ nisi famæ auctoritas fulciat, fabulosa videntur & inania. Hic aūt fama sileni æq; auctoritate quæ canit confirmat. Omnē igitur hanc rerum naturæ formam tenui primū, & inani mole dispersam refert in quattuor elemēta cōcretam, Et ex his oīa esse postea effigiata, Stoici tradūt ζηνων κιττιευς. ac Speusippus Solœus & Cleantes Thasius qui principem habuerunt Empedoclem agrigentinum, qui de his ita scribit.

τεσσαρα δη παντων ριζωματα πρωτον ακουε ζευς αργης ηρη τε φερεσβιος ηδ αιδωνευς νηστις θ η δακρυοις τεγγει κρουνωμα βροτειον γενος,

vt accipiamus ζευς αργης ignem qui sit ζεων. & candens, qd̄ ignis est pprium. de quo Euripydes ορας τον υψου τον δ απειρον αιθερα, και τον περιξ εχοντα υγραν αγκαλαις τον νομιζε ζηνα & Ennius Aspice hoc sublime cādens, quem vocant oēs iouem. Arges autem.i. λαμπρος η ταχυς, Nam & Homerus, και κυνας αργους, & argus vndiq; lucens & videns. Hoc idez Virgi. exequutus ait. Et liquidi simul ignis parum demōstrans, non liquentē. Et liquidum super æthera lapsæ æq; purū. Item qd̄ fieri ferro liquido ve potest electro, puri coloris vbi aūt ait Liquido distēdunt nectare cellas. Nec.n. liquenti pro fluenti Dixit, sz puro, in hoc.n. commendatio est operis apum. Nec.n. laus est mellis si fluat, sed gloria si lucidum desit. ηρη autem φερεσβιος. terram tradit, q̄ victus ferat. de qua Home. ζει δωρυς αρουρα vnde την ηραν, quidam ερα appellauerunt ηδε αιδωνευς Ditem patrem glossa significat. Sed accipere debemus aera, quē Euripydes in Cadmo χαος appellauit sic, ουρανος υπερ ημας και ναος φωτων εδος δαιμονιον το δεν μεσω του ουρανου τε και χθονος οι μεν ονομαζουσι χαος. Quia quibusdam videtur aera, qui ex summa montium, & ima terrarum segnis faciat cū reliquo, qui super incubat esse obtusiorē, atq; ita vicem inferorū obtinere. hoc aūt ad notasse Virgiliū aiunt in sexto. Tota pallens

regione vagantur aeris in campis lætis atq; omnia lustrãt, vt post mortem soluto corpore vmbræ in hac obseruetur caligine animæ vltimo aeri, & purior transmittatur. νηστις τε aquã significat, quæ. s. sincero habitu cuncta cõfirmet. Nã creditur id eundẽ holem quem ac cepers seruare. Cicero aũt αι δονεα pro terra interpretaᵱ ηραν pro aere versa vice in libro secũdo de Deoꝝ natura. Aer inquit vt stoici disputant interiectus inter mare & cœlum Iunonis nomine cõsecratur, quæ est soror & coniux Iouis qȯ ei similitudo est æthæris, & cũ eo sũma cõiunctio, effœminarunt aũt eũ, Iunoniq; tribuerunt ꝙ nihil est mollius, Sed iunonem a iuuando credo nominatã Hæc de aere. Infra de terra sic. Terrena aũt vis omnis atq; natura diti patri dicata est, qui diues vt apud græcos πλουτον, quia & recidunt oĩa in terras, & oriuntur ex terri . Item hoc Homerus significat sic.

τριχθα δε παντα δεδασαι εκαστος εμμορε τιμης
ητοι εγων ελαχον πολιην αλα ναιεμεν αιει
παλλομενων αιδης δ᾽ ελαχεν ζοφον ηεροεντα.
ζευς δ᾽ ελαχ᾽ ουρανον ευρυν εν αιθερι και νεφελησι
γαια δ᾽ ετι ξυνη παντων και μακρος ολυμπος

Vt ad iouem æter ptineat, mare ad Neptunũ ditis ĩperia apud inferos terrã cõem oĩbus remansisse. In quo aiaduertendũ est ꝙ Homerus cõsentiat Empedocli, & Eracleoni Cicerõis diuersa opione. Aristoteles q̃ttuor elemẽta ait, aquã & terrã põderibus suis deorsum ferri, Ignẽ & aera tenuitate sua subleuari, & his q̃ttuor elementis quintũ, quasi ꝓpriũ æthera addidit ꝑuata mole discretũ. Idẽ Aristoteles ait, nõ esse idẽ ignẽ & æthera, diuersitatẽq; eorũ cõprobari, ex eo, ꝙ ignis oĩa cõsumat, æther oĩa cõseruet & nutriat. Anaxagoras his q̃ttuor elementis ꝯstitutis rectorẽ adiungit siue spiritũ, siue deũ, siue mentẽ, ꝑ quẽ hæc quattuor regãtur. Hic Anaxagoras abderites fuit Democrito popularis & discipulus. Quãq; alij Dionysium Cizicenũ: Quidã Aristotelem magistrũ eius affirment vir nobilis Amicus Alexandri apud persas comes, hic ait principium omnium sensuũ facit, quem secutus Plato in libro περὶ ψυχης sic ait αλλ᾽ ακουσας μεν ποτε εκ βιβλιου τινος ως εφη αναξαγορου αναγιγνωσκοντος, και λεγοντος ως αρα νους εστιν ο παντα διακοσμων τε και παντων αιτιος ταυτη δη ησθην τε και εδοξεν μοι ευ εχειν τον νουν ειναι παντων αιτιον, και ηγησαμην ει τουτο ουτως εχοι τον γε νουν κοσμουντα παντα κοσμειν, και εκαστα τιθεναι ταυτη οπη αν βελτιστα εχοι.

Qȯ æq; Virgilius idẽ secutus est spiritus intus alit, totãq; infusa p artus Mens agitat molẽ, nã ꝙ Anaxagoras νουν hũc spiritũ dixit. Et qm incidimus in hũc locũ, par est pñti q̃tioni sũmmatim videamus qd in his quoq; agat, Virgilius, versus ita se habent, Principio cœlũ ac terras, cãposq; liquentes Lucentẽq; globũ lunæ, titaniaq; astra Spũs ĩtus alit. Qȯ ibi anchisen facit disputantẽ, ꝙ hic silenũ deũ nõ nisi qȯ poeta Ennius Anchisen augurij, ac ꝑ hoc diuini qddã habuisse ꝑsumit Sic doctusq; Anchises, venus quẽ pulchra deaꝝ fari donauit diuinũ pectus hr̃e. Neuius belli punici lib. iij. sic postq̃ auẽ aspexit tẽplo Anchises sacra ĩmẽsa penatiũ ordine ponunᵱ. Immolabat aureã victimã pulchrã Virgi. sic & si pietate meremur Da deinde auguriũ pr̃, atq; hæc oĩa firma. Nisi. n. petijsset oĩa nunq̃ cõfirmari optasset, dehinc visa stella ait vestrũ hoc auguriũ, vestroq; .n.n.t.e. Idẽ Virgilius in tertio æneide vbi primũ italiã, quo auspicati sunt, ac tẽpliũ in arce Mineruæ, ꝯditũ ab idomeneo, & salentinis. De qua re hæc tradit Varro, q̃ sit Menippeus, nõ a magistro, cuius ætas lõge ꝑcesserat nomiatus. Sed a societate ingenij qȯ is quoq; Olgeno Carmine satyras suas expoliauerat, In tertio reꝝ humanaꝝ refert, Gẽtis salentinæ nomẽ tribus e locis ferᵱ coaluisse e creta illyrico, Italia. Idomeneus e creta oppido Lycto pulsus, ꝑ seditionẽ bello magnensiũ cũ grãdi manu ad regẽ Cliui cũ venit ad illyricũ. ab eo Itẽ accepta manu cũ locrensibus plerisq; profugis in mari cõiunctus, amicitiaq; ꝑ similem causam sociatis locros appulit vacuata eo metu vrbe ibiq; possedit, aliquot oppida & cõdidit, In quis vria, & castrũ Mineruæ nobilissimũ. In tres partes diuisa copia in populos. xij. Salentini dicti ꝙ in salo, amicitiã fecerit. Quũ ad hanc igitur arcem, siue oppidũ equos aiaduertisset Anchises, vt augur exclamat bellum o terra hospita portas Bello armantur equi. b. h. a. m. Sed tantum. ij. o. c. s. s. Quadrupedes. e. f. i. c. f. Spes est pacis ait. Apte igiᵱ Anchises de rebus Diuinis alibi loquiᵱ, vt hic silenus. Quæramus igiᵱ an & ibi, sicut hic q̃ttuor principia designet, Principio cœlũ ac terras camposq; liquentes, Lucentemq; globum lunæ. t. q; a. s. i. a. Nam terram simpliciter dixit, in campis liquentibus mare significat, cæterum cœlum, ꝙ dixit. Si pro igni accipimus, vbi aer. Sin vo cœlũ pro aere, vbi ignẽ requirimus? Emilius Asper quum hunc locũ adnotaret, Sic ait hæc mẽbra naturæ, sic solet iungere, vt in tria diuidat. Nam & alibi maria ac terras, cœlũq; profundũ. Et Homerus, εν μεν γαιαν ετευξ᾽ εν δ᾽ ουρανον εν δε θαλασσαν.

Sed & homerum

Sed & homerꝑ ipſ° hoc loco poſſumus ꝓbare quattuor elementoꝝ mentionẽ feciſſe. Nam
γην μεν γαρ εν ετευξεν Achilles ſignificaṫ, vt hõ terrenus, cui arma fiebant εν δ᾽ ουρανον
aerem ſcilicet, In quo iſta fiebãt, Ignem extrinſecus adhibebimus in ipſo Vulcano. Similiter
& Ennius in Medea exule in his verſibus, Iuppiter tuq; adeo ſũme ſol, q res oĩs inſpicis, q
q; tuo lumine mare, terrã, cœlũ contines, inſpice hoc facinus, Priuſq̃ fit, ꝓhibe ſcelus. Iam
& hic iuppiter, & ſol ꝑ igni, q mare, terrã, & cœlum continet non dubie cœlum pro aere di
xerit, ita vt Virgilius, Dædalus vt fama eſt. f. m. r. præpetibus. p. a. ſ. c. cœlo. Nam dædalum
volantem aer ſuſtinuit, Ignis prodidit vt icarum, & in eodem Geminæ quum forte colum/
bæ ipſa ſub ora viri cœlo venere volantes. Nam & auium volatus in aere, & Lucretius ma
nifeſtius, quum ait in hoc cœlo q dicitur aer. Quãq̃ ꝙ ad Hom. verſus ꝑtinet ηελιον τ᾽ ακα
μαντα ignẽ q iã vellt ſignari, qm̃ ſol nihil aliũ eẽ credaṫ, q̃ lumẽ igni. ꝑmiſſũ ẽ & Anaxa/
gor Clazomẽio viſũ ſocrates reꝑhẽdit, vt Xenophõ l. iiij. απομνημονευμα των. ſic refert
κιν δυνευσαι δ᾽ αν εφη και παραφρονησαι τον ταυτα μεριμνωντα, ου δεν ηττον
η αναξαγορας παρεφρονησεν ο μεγιστον φρονησας επι τω τας των θεων μηχανας εξ
ηγεισθαι εκεινος γαρ λεγων μεν το αυτο πυρ τε και ηλιον ηγνοει ως το μεν πυρ οι
ανθρωποι ραδιως κατορωσιν, εις δε τον ηλιον ου δυνανται. αντιβλεπειν και
υπο μεν του ηλιου καταλαμπομενοι τα χρωματα μελαντερα εχουσιν υπο δε
του πυρος ου ηγνοει δ᾽ οτι και των εκ της γης φυομενων ανευ μεν του ηλιου αυγης
ουδεν δυναται καλως αυξεσθαι. υπο δε του πυρος θερμαινομενα παντα απολλυ
ται. φασκων δε τον ηλιον δια πυρον ειναι και τουτο ηγνοει. οτι λιθος μεν εν πυ
ρι ων ουτε λαμπει ουτε πολυν χρονον αντεχει. ο δε ηλιος τον παντα χρονον
παντων λαμπροτερος ων διαμενει. Igitur ſm exempla apud Virgiliũ cũ cœlum pro
aere poſitũ intelligimus ignẽ in eo interꝑtabimur, ꝙ ait titaniaq; aſtra. fa. n. eſſe ignea ꝑ ip
ſum ꝓbanda in primis qđ ait vbi maximus Atlas Axẽ humero torquet ſtellis ardẽtibus ap/
tũ. Deinde me pris Anchiſæ quoties aſtra ignea ſurgũt. Itẽ Nã neq; erãt aſtroꝝ ignes. Item
Gnoſiaq; ardẽtis decedat ſtella coronæ. Itẽ Cicero in ſcdo de deoꝝ natura ſic. Quæ cõplexa
ſũma pars cœli, q̃ æther dicit, & ſuũ retinet ardorẽ tenuẽ, & nulla admixtione ꝯcreſcit, & cũ
aeris extremitate cõiungiṫ. In æthere aũt aſtra voluunṫ, q̃ ſe & nixu ſuo cõglobata cõtinẽt,
& forma ipſa figuraq; ſua momenta ſuſtentãt. Sũt. n. rotunda, qbus formis, vt dixiſſe añ vi
deor, minime noceṙ põt. ſunt aũt ſtellæ natura flãmeæ, q̃ circa terræ, maris, aquaꝝ, vaporib°
alanṫ ijs, q a ſole ex agris tepefactis, & ex aquis excitanṫ, quos per altæ renouatæq; ſtellæ,
atq; oĩs æther effundat eadem & ſurſus tranãt in idem nihil vt fere litereat, aut admodũ pau
lũ, qđ aſtroꝝ ignes, & ætheris flãma cõſument. Ex quo noſtri ventuꝝ putant id, de quo Pane
tiũ addubitare dicebãt, vt ad extremũ oĩs mundus igneſceret, quũ humore conſumpto neq;
terra ali poſſet, nec remaneret aer cuius ortus aqua oĩ exhauſta eſſe nõ poſſet. Itaq; reling
nihil ꝑter ignẽ, a quo ruſum aiante ac de eo renouatio mundi fieret, idemq; ornatus oriret
gi ꝟo cœlum ꝑ igni mihi his verſibus intellexerimus, quẽ eundem mundum, & coſmon di
ctum probat Varro in cynicis, quã inſcripſit dolium, aut ſeria ſic, Mundus domus eſt maxi
ma homuli, quam quinq; altitonæ flãmeæ Zonæ cingunt, per quam limbus pictus bis ſex
ſignis ſtelli micantibus altus in obliquo æthere lunæ bigas acceptat, & appellatur a celatu/
ra cœlum græce ab ornatu κοσμος latine a paritie mundus. Si ergo cœlum pro igni acce/
perimus, ſupereſt vt in eo ꝙ ait ſpiritus intus alit aerem dictum preſũmamus. Hic eſt etiã,
nobis viuendi ſpiritum cõmeatũ largitur, hoc illum & ennius appellauit in annalibus ſcor/
pore tartareo ꝓgnata plaude virago, cui par imber & ignis ſpiritus & grauis terra. Item
Lucilius in. xxix. ſatyraꝝ Hoc quum feceris cum cæteris reus vna tradetur lupo non aderit
αρχαις hominem & ſtochijs ſimul priuabit cum igni, & aqua interdixerit duo habet ſto/
chia id maluerit. priuabit tamen & Cicero in eo libro, quo ſupra principio enim terra ſita
in media parte mundi circũfuſa vndiq; eſt ac alabili, ſpirabiliq; natura, cui numẽ eſt aer,
vt Virgilius in verſibus ſuperioribus Terrarũq; animæq;, quũ ſignificaret aeris. Ergo in his
quoq; verſibus ſpiritum pro aere accepimus. Quattuor elementorum facta deſcriptio, ad
quam imaginem Varro mundo ouum comparauit in logiſtoricoꝭ, qui iſcribitur Tubero de
origine humana ſic dicens, Cœlum eſt teſta item vitellum, vt terra inter illa duo humor q̃ſi
licinus clauſus aeri, in quo calor. In eodem etiam libro Varro interpretatur vitellum appel/
latũ, q nutriat vitalia. Nã & ꝙ ait Virgilius. Ni faciat maria ac. t. c. q; p. Quippe. f. r. ſ. u. q.
p. a. nõ vt Aſper putat mundũ in tres partes diuiſit. Nam pro aere venti hic extrinſecus acci
piunṫ, ad quod argumentũ collegimus. Ennij exemplum de annalibus. tertio ſic denſi aquis/
la pinnis obnixa volabat vento, quem perhibent graium genus aera lingua. Item quum
ait Virgilius. Quin aſpera iuno Quæ. m. n. t. q. m. c. q. f. Nec hic trium tantũmodo elemen

torum,intelligenda auctoritas. Nam Iunonis nomen insigne positum est aeris, & exemplo superiore Ciceronis,quo eam Ioui iunctam, vt aerem aetheri vicinum declarauit, Item Homeri versus eundem Referunt intellectum, quum Iuppiter castigans ait.

η ου μεμνηοτιτ ικρεμω υψοθεν εκ δε ποδοιιν
ακμονας ηκα δυω, περι χερσι δε δεσμον ιηλα
χρυσεον αρρηκτον· συ δ' εν αιθερι και νεφελησι εκρεμω

Haec Iuppiter Iunoni dixit cominatus quae.n.possunt Iunonis uideri suspendia, nisi librati aeris elementa?quae sunt pedibus dimissa pondera,nisi terra,mariaqs iacentia,Quis aureus laqueus,nisi igneus?Quid.n.si nomen iunonis graece pronuncies saepius,nõ ne iteratũ incidit,quinimmo cõsequitur nomen aeris.i.vt incipiat ηρα, atqs idẽtidem reuoluta fiat aera. Sic & apud Homeɋ vbi dii armis disceptãt,Iuno Dianã adẽpsit,quae luna,& luna cõfusa aeris densitate cõsueuit pati obscuritatem. Quanq; eandem lunam siue Dianã, & eandem Iunonem uideri,ibi dicat Cicero in secũdo de Deoɋ natura,&t luna a lucendo noiata',eadem lucina.Itaqs vt apud graecos Dianam,eandemqs luciferam, sic apud nos iunonem lucinam in pariendo inuocant,q eadem diana anniuaga dicit non a venando,sed q in septem vagatur,tanq; venatibus Diana dicta,quia noctu quasi diem efficeret.Adhibet autem ad partus, qd maturescunt aut septẽ nonnunq; aut plerũq; nouẽ lunae cursibus,q quia mensa spatia cõficiũt,menses nominati. Varro & in logistorico,quem inscripsit Mesalla de valitudine ait, antiquos agrestes venandi peritos,quũ plurimum in siluis agerent,q veluti Diana duce,ad inuestigandas feras parerent,Deuianã appellasse deam,mox Dianã,qd intelligerẽt eandem esse, quae diem nascẽtibus daret,Plane trinam esse mundi originem, & Lucretius confitet dicens,Principio maria ac terras caelumqs tuere.Quorum naturam triplicem tria corpora texta,& alio loco,Oia per sonitus arcet terrã,mare,caelũ.Africanus etiã in augure modo posteaq; adripui trabes,hunc nostrũ augurem mare caelũ terram tuere ac tremere diceres, Consensit & Pherecydes,sed diuersa affert elementa ζηνα inquit και χθονι ην, και κρονον ignem,ac terram tẽpus significans,& esse aethera,q regnat terram qua regatur tẽpus,in quo vniuersa pars moderatur.Sunt q binis principiis mundũ discriminent.Nã Xenophanes colophonius terrã,& aquam prodidit.Quanq; ab Homero haec est tractata opinio.
αλλ υμεις μεν παντες υδωρ, και γαια γενοισθε. Consensit in numero Eurypides, sed speciem discriminat,terram enim & aera inducit principia sorori declarauit.

ANTO. ¶PARNAssia,Parnassus mõs ẽ phocidis,vt ait Stra.li.ix.q vniũsus pseerat'existit 'antra & alia loca honore & sẽlitate digna ptinẽs, estqs i parnasso rupes qdã prupta fundosam relinquẽs vallẽ,p quã primus amnis dispgit,q rupes Cyrphis vocat.Hine itaqs biceps parnassus dr,ibi ãt phoebus musas pesse ferr lyra sonãs.¶Rhodope,Thraciae mõs,ibi ãt orpheus sonare cãtareqs solitus erat,& ibi sacra liberi pris orpheo primũ initiãte celebrantur,vt scribit Mela.ẽ ãt mõs sublimis post aemũ vt Strabo ait li.vi de Thracia loquẽs.ptolemeˀli.iij.scribit rhodopẽ montẽ esse supra Nesum fluuiũ atqs ebrũ.¶Ismarus,Thraciae mõs est.¶Nanqs canebat vti,ll carmẽ & sequẽtia sex Ennii sunt in cresphõte, vt docet Macro.li.vi.¶Inane, ordo ẽ.nãqs canebat Silenus vt semla & terraɋ,& alae,maris,& liqdi simul ignis fuissent coacta.i.collecta p magnũ inane.i.locũ & spaciũ vacãs.¶Magnũ p inane co.semi.Lucre. li.i.oñdit reɋ naturã duabus in rebus psistere in corpe.s.& inani.i.atomis & aere,q his verbus patet,Ola vt est igit p se nã duabˀpsitit in rebus.Nã corpa sunt & inane,haec in quo sita sunt,& quo diuersa mouent.Id aũt sumpsisse vr Lucre a Democrito q qdẽ opinatus est illa principia oium ẽ,atomos atqs inane.Atomos & esse infinitas,& pcretiones oẽs gignere, ignẽ,aquam,aerẽ,terrã,qppe & haec ex atomis qbusdã cõstare,solẽ,item ac lunã ex atomis esse cõpositos.Legito Laer.¶Semina,atomos itelligit vt patuit.¶Animaeqs.i.aeris.

CHRI. ¶PARNAssIA rupes,parnassus phocidis mõs byceps,quorum vertex alter baccho alter phoebo sacer est Non tñ est hericon aut Citheron.Nã in boeotia sunt.Et musis natale solum praebuit helicon.delphi sub parnasso sunt.Cyrrha & Nysa nomina sunt vrbiũ, & Nysa in helicone est.Habet tñ duos vertices parnassus.Oui mõs ibi verticibus petit arduus astra duobus noie parnassus.Et Hero in.viij' li.quem Vraniam appellat,scribit e parnasso vero gemini vertices abscissi in illos irruentes multos mortales priuere'.Ac paulo ifra Vnum ex vticibus Hyampeũ nolant,& in eo Castaliũ fontem ponit.Haec icicirco libẽtius scripsi, qñ ego quoqs in eo errore diu fui,qd helicon & citheron essent parnassi Vertices.¶Rhodope,mons Thraciae est quem mygdones icolũt sacris bacchi celeber.¶Ismarus, Thraciae mons,Mundus triplex est inuisibilis.Item visibilis quo qcunqs creata sunt cõtinent.Et microcosmus.i.puus mũdus.i.homo.Ergo mũdus.i.ola q in mũdo visibili sunt,& est intelectio.¶Nanqs canebat vti ma.p.i.co.opinionẽ Epicuri satis dilucide'ponit Ser.reliquorum autem phorum

Marginal notes: Parnassus; Cyrphis; Rhodope; Cyrrha, Nysa; Mũdus

autem philosophorum de principiis opiniones apud multos leges. Verum distincte dilucideque rem vniuersam apud Euse. de preparatione euangelica scriptam reperies, præsertim quid prisci illi physici, quorum volumina non extant senserint. Quibus omnibus cõfutatis constat veram esse christianorum opinionem mundum ex nihilo a deo creatum lapide pyrrhæ a rebus physicis ad fabulas delabitur Maro ne poetam se esse obliuisci videatur. Idem principiis rebus seriis ponit in georgicis. Idem & Iuue. Ex quo Deucalion nimbis tollentib' æquor Nauigio ascendit montem sortesque poposcit, Paulatimque animas caluerũt mollia saxa. Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas. Deucalionis aũt, & pyrrhæ diluuiũ narrat Ouid. quo tpe cum qui ex inundatione supfuerunt, montana incolerẽt ferinã duramque vitam agẽtes, neque in plana diluuiũ formidãtes descendere vellent, õbis Deucalionis mares. Pyrrhæ vero hortatu mulieres psuasæ sunt, vt in loca culta descenderẽt, & ad mitiorẽ vitam accederent, datus est fabulæ locus vt ex lapidib' ab illis iactis reparatum sit humanũ genus, quia ex ferinis durisque moribus ad humanũ cultũ rediere. Fuit aũt hoc diluuium regnante athenis, vt ait Varro, Crimao cecropis successore, vt ho Euse. & Hieronymus scribũt, nõdũ defuncto Cecrope. Dictũ aũt est deucalionis diluuium, quia maxime eius regionem oppressit, Ad ægyptum autem & eius vicinia nõ puenit. Fuit huiuscemodi diluuiũ anno mundi septimo supra tria milia sexcentos septuaginta annos, ad diluuium õo vniuersale quod fuit temporibus Noe ab Adã. i. a mundi principio intercesserunt anni ducenti & quadraginta duo supra duo milia. Ait Seuerus, atque idem affirmat Aphricanus qui scripsit de temporibus & historiis Hebreorum, & Græcorum, & Persarum, & Macedonum, & Alexandrinorum, item romanorum quinque libris, omnia complexus est. Fuit & aliud diluuium regnante ogyge, qui in attica elusinam condidit. Cuius etiam temporibus apud lacum Tritonidem virgo apparuit, quam græci Athenem, nostri autem mineruam dicunt. Verum ab hoc diluuio ad mundi primordia intercesserunt quadraginta & septem anni supra tria milia & quadringentos. *Diluuium*

Et liquidi[a] simul ignis, vt his exordia primis
Omnia[b], & ipse tener mundi concreuerit[c] orbis.
Tum durare[d] solum, & discludere Nerea Ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formes.
Iamque[e] nouum terræ stupeant lucescere Solem.
Altius, atque cadãt summotis Nubib' hymbres.
Incipiant siluæ cum primum surgere: cumque
Rara per ignotos errent animalia montes.

SER. a ❡ ET Liquidi simul ignis pu ri, idest ætherei. b ❡ Omnia & ipse tener mundi concreuerat orbis, Ante omnis, & sic omnia quæ in orbe sunt. nam mutato ordine ait, Primo omnia & sic orbis. c ❡ Cõcreuerit, collectus & formatus sit. d ❡ Tũ durare solũ & discludere Nerea põto, canebat etiam quemadmodum terra rerum sumpserit formã. e ❡ Iãque nouum terræ stupeant lucescere solem, canebat quemadmodum post hæc stupeant terræ solis ortum, & quemadmodum cadant imbres nubibus in altum leuatis. naturale enim est vt nubes cum ceperint soli esse vicinæ, eius calore soluantur in pluuias. Vnde & in georgicis ait de signis serenitatis, At nebulæ magis ima petunt. Bonum sane secutus est ordinẽ, vt post solis & pluuiarum commemorationem ortas siluas & animalia cuncta procreata.

ANT. ❡ VT His exordia pri. Canebat item silenus, vt his primis. s. seminibus omnia exordia concreuerint, & vt concreuerit ipse tener orbis mundi. i. cœli. Philosophus autem in lib. de cœlo & mundo inquit, cœlum nec graue nec leue esse. ❡ Tũ durare solũ, Canebat vt solum. i. terra cœperit durare se, & disclu dere. ❡ Nerea, i. aquã põto. i. in mari, & vt cœperit solum ipsum paulatim sumere rerum formas. ❡ Nerea, nereus oceani & Thetyos filius teste Hesiodo, quẽ omniũ antiquissimũ dixit orpheus in argonautica, sed pro aqua ponitur hoc loco, neros. n. aq dr. ❡ Discludere nerea põ. fuerat olim chaos. i. elementorum cõfusio, postea quicquid ex omni materia de qua cũcta sunt omnia purissimũ, ac lucidissimũ fuit. Id tenuit summitatẽ. & æther vocat' est. Pars cui minor puritas inerat & aliquid leuis ponderis aer extitit, & in secũda loca delapsus est. Post hæc quod liquidũ & corpulentũ erat in aquã fluxurum coagulatum est. Quod deinde impenetrabile & densatũ ex defecatis abrasum resedit elemẽtis hærẽt in imo. & terræ nomẽ accepit, hãc spersus aer vndique fulcit & continet, nec in recessum aut accessum moueri eã patitur. Legito Mac. li. i. de som. nat. quo & li. i. met. optime scripsit. ❡ Iãque nouũ, & canebat vt terræ iã stupeãt nouum solẽ lucescere. ❡ Imbres. i. aquã & pluuiæ ipsæ, a terra dũ caligo humida & per vapores fumida exhalat, hic nubes, quæ in sublime egressæ in liquorẽ soluũt, id Pli. li. ii. docet. ❡ Incipiãt siluæ & canebat cũ primũ siluæ incipiãt surgere, & cũ primũ rara aialia errent per ignotos mõtes. *Chaos*

Hinc[a] lapides Pyrrhæ iactos saturnia regna,
Caucaseasq́[b] refert volucres, furtúq; p̄methei.
His adiungit[c] Hylam nautæ quo fonte relictus
Clamassent, vt littus Hyla Hyla omne sonaret.
Et fortunatam, si nunq̄ armenta fuissent,

SER. a HINC lapides pyrrhæ, quæstio ẽ hoc lo co. Nã relictis prædictibus rebus de mũdi ori gine subito ad fabulas transitũ fecit. Sed dici mus aut exprimere eũ voluisse sectã Epicuri, quæ rebus serijs īserit semp̄ voluptates, aut fabulis plẽis ad mirationib⁹ puero℞ corda mul ceri. Nã fabulæ cũ delectatiõis inuentæ sũt, vt ipse in georgi cis dicens, Cæ tera quæ vacuas tenuissent carmina mentes. Quod aũt dicit regna saturnia, fabula℞ ordi nẽ vertit. Nã quo tp̄e Saturnus regnauit ĩ ter ris nõ fuit diluuiũ, sed sub Ogyge rege theba no℞. Secundũ aũt diluuiũ fuit sub Deucalio ne & Pyrrha. Sane sciendũ & p̄ diluuiũ & p̄ ecpyreosim significari tempo℞ mutationes. b ¶ Caucaseasq; refert volucres, furtumq; p̄ methei. Et hic fabulæ ordinẽ vertit, quæ talis est Prometheus post factos a se hoĩes dr̃ au xilio Mineruæ cœlum ascendisse, & adhibi ta facula ad rotam Solis ignẽ furatus, quem hoĩbus indicauit. Ob quam causam irati dij duo mala ĩmiserũt terris, febres, & morbos, sicut & Sappho, & Hesiodus memorant.

ἀλλα δὲ μυρὶ πλυγρακατ ἄνθρωπους ἀλαλνται
πλεια μὲν γαρ γαῖ α κακὸν πλὲ ια δε θαλασσα

Quod tãgit & Oratius dicẽs, Post ignẽ æthe rea domo subductus, Macies & noua febriũ terris incubuit cohors. Ipsũ etiã Promethe um p̄ Mercurius in mõte Caucaso religaue runt ad saxũ, & adhibita est aq̄la, quæ ei⁹ cor exederet. Hæc autem oĩa nõ sine rõne fingũ tur. Nam prometheus vir prudẽtissimus fuit. Vnde etiã Prometheus dictus est ἀπο τῆς προμηθὶ ας a p̄uidentia. Hic primus astro logiã assyrijs indicauit, quã residẽs in mon te altissimo Caucaso nimia cura & solicitu dine deprehenderat. Hic aũt mõs positus est circa ass..rios vicinus pene sideribus, vñ etiã maiora astra demõstrat, & diligenter eo℞ or tus, occasusq; significat. Dicit aũt aquila cor eius exedere, qđ ἄχος est sollicitudo, qua il le affectus siderũ oĩa deprehenderat motus. Et hoc q̄a per prudentiam fecit duce Mercu rio, qui prudentiæ & rõnis deus est, ad saxũ dr̃ esse religatus. Deprehendit p̄terea rõnem fulminũ & hoĩbus indicauit. Vnde cœlestẽ ignem dr̃ esse furatus. Nam q̄dã arte ab eo dem monstrata sup̄nus ignis eliciebatur, qui mortalibus p̄fuit, donec eo bene vsi sũt. Nã postea malo hoĩum vsu in p̄niciem eo℞ ver sus est, sicut in Liuio lectũ est de Tullo Host i lio, q eo igni exustus ẽ cũ oĩbus suis. Numa ṽo Pompilius ĩpune eo vsus est tñ in sacris deo℞. Hic est q̄ igne rapto ab iratis numini bus morbi dicunẽ ĩmissi. c ¶ His adiũgit hy lam, puer℞ comitẽ Herculis, quẽ p̄didit in fini b⁹ ionijs iuxta myhã, nec vsq̃ potuit reperiri. Postea cũ esset cognitum q̄ pe risset ĩ fonte ei instituta sũt sa cra, in q̄b⁹ mos fuerat, vt ei⁹ nomẽ clamaret in fontibus, ad quã imitationẽ nũc dicit, vt Littus hyla hyla oẽ sonaret. Postremum aũt la breue est, ideo q̄a vocalis vocalẽ sequitur. Nã omnis voca tiuus græcus a masculino veniens a termina tus longus est, vt Aenea, Hyla, Palla.

ANTO. HINC lapides, ordo est. hic refert lapides pyrrhæ iactos hic refert regna saturnia &c.

¶ Lapides pyrrhæ. Tp̄e deucaliõis & pyr rhæ, vt narrat Oui. lib. j. me. aiunt, diluuium p̄ vniuersam terram fuisse, quum ipsi duo tñ modo quia optimi restitissẽt. Themidis ora culo ducti lapides post tergum iacerent. Inq; breui spacio supero℞ numie saxa Missa viri manibus faciẽ traxere viro℞. Et de fœmineo reparata est fœmina iactu, veritas tñ alia est. nã vt Iustinus lib. ij. scri. Amphitteonis Athe narum regis tẽporibus aquarum illuuies ma iorẽ græciæ partẽ assumpsit, supfuere qui re fugia montiũ cœperunt, aut ad regẽ Thessa liæ Deucaliones ratibus euecti sunt a quo p̄ p̄terea genus humanũ conditum dicitur.

¶ Saturnia regna, saturnus ætate aurea in latio regnauit, vnde ait Maro. libro nono, Aureaq; vt perhibent illo sub rege fuere Se cula, sic placida populos in pace regebat, la tius tamen supra in quarta ecloga. ¶ Cau caseas volucres. Caucasus Scythiæ mons ẽ dictus quasi graucasus, hoc est niue cãdidus, vt Pli. ait lib. vj Ibi dicunt aquilam Prome thei iecur indeficiens assidue deuorasse, & eã Hercules occidisse. Diodo. autem libr. j. rei veritatem exponit. Videto ergo ibidem ne ego sim longior. ¶ Furtumq;, dicunt Pro metheum ferula furatum esse ignem e solari curru, & in terras duxisse, & homini quẽ ex luto formauerat eo spiritum immisisse. Sed reuera ipse docuit ignem ferula asseruari, vt scri. Pli. li. vij. ¶ Promethei, pro Promethi, nam ei pro vnica syllaba posuit, vt ibi iam validam ilionei na. pro ilioni. est itaq; Syne resis, de qua in carmine figurarum legito, po tes igitur & promethi & ilioni legere. ¶ Pro methei, prometheus dici potest p̄uidens, vel pendens. id enim promethis dr̃, & p̄metheo

saturnia Regna

caucasus

prouideo

prouideo. ¶ Hylam, hylas vt Strabo docet li. xij. Vnus ex socijs herculis fuit, qui etiam argonauta erat, & quum aqua tu3 egrederet̃, a nymphis captũ finxerunt. Fuit autem in Bythinia iuxta prusiadem vrbem, vbi adhuc festa quædam celebrantur, in quibus per montes vagi ac saltantes hylam vocant, quasi in siluas ad illum inquirendum egrediantur, hyalo autem & hiacteo resono ac latro significant. ¶ Vt littus, adiungit etiam vt. i. quemadmodum.

CHRI. ¶ PROMETHEI, ex Titano cæli & terræ filio natus est Iapetus, & ex iapeto Promethus q̄ matrẽ habuit Asiam nymphã. Fingũt hũc auxilio Palladis in cælum sublatũ ferulis ignẽ solarẽ accepisse & in statuã quã de limo finxerat imisisse. Deos vero pp hoc iratos per Mercuriũ in caucaso religasse, aquilãq; q̄ eius iecur corroderet apposuisse, hæc figmenta exprimũt q̄ relicto fratri regno in chaldæos pfectus mathematicã oẽm didicit. Deinde in caucasi vertice moratus, sydeꝝ ortus occasusq; fulminũ naturã obseruasse, inde ad assyrios reuersum illos astrologiã docuisse, & ciuilibus moribus informasse. Sicq3 ex feris mansuetos reddidisse Eusebius refert, nõnullos sentire Prometheũ & Epimetheũ & Atlantẽ fratres & Argũ cũcta cernentẽ & Io filiã Promethei fuisse tpibus Cecropis, alios añ Cecropẽ annos quinquaginta vel nonaginta Lactãtius ait, illũ primũ simulacrũ hoĩs fecisse. Pli. scribit primũ e silice ignẽ excudisse, & ferula seruari docuisse. De pasiphae dicet̃ in æneide. Hyla omne sonaret, hylas teste Solino. Lacus Bythiniæ est, in quẽ hylam Herculis delitias cecidisse credũt, cuius in memoriã solẽni tripudiatione populus lacũ circuit hylã voce clamãs.

Pasiphaen [a] niuei soluatur amore Iuuenci.
Ah virgo [b] infelix quæ te dementia cepit?
Prœtides [c] implerunt falsis mugitibus agros.
At non tam turpes pecudũ tñ vlla secuta est
Concubitus, q̄3uis collo timuisset aratrum,
Et sæpe in leui quæsisset cornua fronte.
Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras,
Ille latus niueum molli fultus Hiacyntho

BER. a ¶ Pasiphae nõ fabula, cretensium reginam Minois vxorem, q̄ tauri amorẽ flagrauit, ah vgo, ad hoc ptinet qđ ait solatur, vt q̄ amat taurũ fortũæ magis videatur eẽ q̄3 moꝝ. b ¶ Virgo aũt, vt diximus supra viridiori ætate. Nã iã mater fuerat phædræ, Ariadnes, Androgei. c ¶ Prœtides iplerũt falsis mugitibus agros, Prœtides Prœti et Sthenobeæ siue Antiopæ secundũ Homeꝝ filiæ fuerunt, Hæ se cum iunoni in pulchritudine prætulissent, illa irata hunc errorem earum immisit mentibus, vt se vaccas putarent, adeo vt plerũq3 gemerent, & timerent aratra. Has Melampus postea purgasse prohibetur.

ANTO. ¶ PASIPHAEN, Pasiphae tetrasyllabũ est, non enim diphthõgon habet in penultima. Vnde Propertius ait, vobiscum europæ nec proba pasiphae, fuit autem Minois Cretæ regis vxor, solisq3 filia. Traduntq3 Minoe3 quotãnis speciosissimum omnium taurum Neptuno solitũ de more sacrificare, sed quũ ei taurus esset cæteris præstantior alium sacrificauit deteriorẽ, qua ex re iratus Minoi Neptunus, eius tauri amores pasiphaæ iniecit: Cui arte Dædali supposita decãtatum fabulis genuit minotaurum natura duplici, vt q̄ vsq3 ad humeros taurus, cætera homo esset. Diodo. li. v. id scribit. ¶ Prœtides, prœt⁹ Abantis filius argiuorum rex inimicam felicitatis suæ habuit fœcunditatem, Tres enĩ sustulit filias & ad tempus nuptiarum vsq3 pduxit, sed incontinens virginũ lingua infelicitatis edidit causas, ex enis ferunt̃ solæ in tẽplũ Iunõis itrasse, & se ptulisse deæ his reb⁹ offensa Iuno imisit eis furores, vt se vaccas putarent & cupiditatem iniecit siluas petendi, credẽtes se formã induisse vaccaꝝ, qđ eousq3 passæ sunt donec a Melãpode de insania liberatæ sunt, qui quidẽ herbariæ artis pitissimus fuit. De hĩ lege Lactã. th. iij. Victru. q̄q3 li. viij. sic ait, fontes Apđ Clitoriu3 Melãpus purgauit Prœti filias, restituitq3 earũ mentes in pristinam sanitatem.

CHRI. ¶ PROETIDES, prœtos Abantis argiuorũ regis filius & Lini nepos, pronepos q3 ægypi, ex antia q̄tuor suscepit filias. Merã. Euryalẽ. Lysippen, & Iphianassam, q̄ cũ se Iunoni in forma pponerent ab ea in eum furorẽ quẽ ponit Seruius cõuersæ sunt. Veru3 cum prœtus regni partem & vnam ex ijs se daturũ illi polliceretur, q̄ eas liberasset. Melampus illas helleboro liberauit. Iphianassamq3 vxorẽ accepit, ex qua suscepit Mãtũ & antiphate3 vr. de est oiclus. Vitruuius tñ i libro de architectura ait, illa esse a Melãpo ductas apud Clitorium arcadiæ oppidu3 vt ab ebrietate liberarent̃, cum illic ex spelunca limpiada aq̄ fluat, quæ pota vini odiũ inducit, de quo Oui. Clitorio quicunq3 sitis de fonte leuauit. Vina fugit, gaudetq3 meris abstemius vndis. Diodo. tñ dicit, melampum vatẽ fuisse & argiuas mulieres. quæ ob iram Bacchi furore vexatæ erant Lustrasse. Ob qđ

Margin: pasipahe; Prœtus

duas regni partes ab Anaxagora Megapēthei argiuorū regē accepisse, & ex vxore Iphianira Megapenthei filia antiphaton & manto genuisse. ſ In leui impolita.q.d.nullis bubulis setis obsita. ſ Hyacintho, sm Diosco.herba est quæ florem purpureum habet & radicem similem bulbo.hastam duorum palmorum & tenuem comam viridem & gibbosam. Dicitur etiam margabaret. Est etiam lapilli species hyacinthus. Iacithus

Ilice[a] sub nigra pallenteis[b] ruminat herbas.
Aut aliq̄z[c] i magno seq̄ grege claudite[d] nīphæ
Dicteæ Nymphæ nemorū iam claudite saltus.
Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda[e] bouis vestigia forsitan illum
Aut herba captum viridi aut armenta secutum
Perducāt aliquæ stabula ad Cortinia[f] Vaccæ
Tum canit[g] hesperidum miratā mala puellam.
Tū Phaethontiadas[h] musco circundat amaræ[i]
Corticis, atq; solo proceras erigit Alnos.

SER. a ILICE sub nigra, vel vmbrosa, vel re vera nigra. Nam talis ē. b ſ Pallenteis ruminat herbas, reuomit. & denuo cē sumit. Ruminatio āt dicta est a ruma eminente gutturis parte, per quam admissus cibus a certis reuocatur aīalibus. Pallenteis autem, vel aridas, vel quæ ventris calore propria viriditate caruerūt. c ſ Aliquam in magno sequit̄ grege, ac si diceret, habes aliqd spei, siquidē nouit amare quē diligis. Notandum autem gregē eū de bobus dixisse cū armenta dicamus, licet grex sit quorumlibet animalium congregatio, Sic Cicero in philippicis, Fudit apothecas, cecidit greges armentorū. d ſ Claudite nymphæ, melius hoc a psona pasiphaes dictū accipimus, vt dicat Silenus hoc illā aliquādo dixisse. e ſ Errabunda bouis vestigia, illud expressit qđ vno verbo Home. ait εἰλίποδας βοῦς, hoc ē flexis pedibus incedentes. f ſ Ad cortynia, Nā apud Gnoson imperabat Minos eius maritus in Creta, vnde illuc taur non vult venire, sed ad cortynō, vbi fuerāt aliquādo Solis armēta. g ſ Tum canit hesperidum miratā mala puellā, mala qbus acceptis a Venere Hippomenes vicit Atlantam puellam Scyriam cursu potentem: quæ multos spōsos superatos occiderat, qđ plenius in æneidos tertio libro memorauimus. h ſ Phaetontiadas, Clymenes & Solis filias, q̄ dū extinctū fratrē flerent, cōuersæ sunt in arbores, vt hoc loco dicit in alnos, vt in decimo in populos, vbi et plenius hāc diximus fabulā. Mira aūt est canentis laus, vt q̄si non factā rē cātaret, sed ipse eā cātādo facere videat̄. i ſ Amaræ corticis, alibi ait, Rapt° de subere cortex, qđ magis seq debem°, vt masculino vtamur

ANTO. CLAVDITE. s. vt. s. eū facilius inueniat. ſ Nymphæ dicteæ .i. dictæi montis Cretæ Nymphæ nemorum.i.dryades. ſ Cortynia, erat cortyna illustris Cretæ vrbs sita in campo, nec multū a Gnoso minois regia distās plura Stra.li.x. ſ Hesperidū mala, in æthiopia speciosissimū pomarium Atlanti fuit in quo nascebantur aurea mala quæ hespides custodiebant. ſ Aegle, heretusa, hesperetusa & draco puigil. Lactan. th ij. inde aūt malis tribus p Veneres habitis Hippomenes Athalantam Schenei filiam cursu superauit, de quo late.x.li.met. Diony.a. scri. hesperidū īsulas nō frustra fabulatū esse, aurea poma pduxisse, cū plurimo auro ditissimæ sint atq3 oīum pene metallorum gr̄a pariāt eas vicini quoq3 iberi tenuerūt. Solinus & de Lybia scribēs & de hortis hesperidū & puigili dracōe ait, q flexuoso meatu æstuariū e mari fert̄ adeo sinuosis lateribus tortuosum, vt visentib° pcul lapsus āguineos fracta vertigine mētiant̄, itaq3 qđ hortos appellauere circūdat, vñ pomorum custodē īterpretantes; struxerūt iter ad mēdaciū fabulādi. ſ Phaethontiadas phaetō solis. Epithetō trisyllabū ae diuisas hēt, cū apud græcos ae hēat, & a phaeno deriuet̄ qđ est ostēdo, & phaenos splendidus dr̄. Quin. itē in. i. phaethon trisyllabū docet esse. Fuere aūt Phaethōtis sorores i arbores versæ flēdo fratis obitū, ppe padū Phaethusa. Lāpeti seu lapetia, & lāpethusa, d̄ qbus late Oui. li. ij. met. ſ Musco, muscus pprie dr̄ lanugo viridiorq̄ locis humidis nascit̄. Oui. li. i. met. ad delubra deæ quorum fastigia turpi Palliebāt musco. ſ Proceras, altas. ſ Alnos, in quas versæ sunt phaethontiades.

Phaethō Phaethōtiadas

Muscus

CHRI. RVMINAT, rumē pars colli quo esca deuorat̄. Vñ rumare, qđ nūc rumiare ait fest°. ſ Dicteæ, sic appellant̄ a dicte qui sm Stra. eiusdem īsulæ vir mōs in Creta est in quo a nymphis enutritus est Iuppiter alentibus illū apibus, quāuis Diodo. siculus dicat Iouē cū ad viridē ætatē peruenisset, urbē nomine dictē ædificasse, cuius etiam sua tēpestate vestigia extitisse scribit. ſ Cortynia, a Cortyna vrbe q̄ post Gnoson principatū in Creta obtinuit, ea sita est i plano, & olim muro teste Home. circūdata, deinde illo funditus diruto sine mœnib° fuit vsq3 ad Ptolomei Phi

Rumen] Rumare

lopatris

lo' patris tempora. Ille enim ad magnam partem restituit. Deinde incolæ opus absoluerunt. ¶ Phaethontiadas, patronymicum est a fratre. Nam solis filiæ & sorores Phaethontis fuere. ¶ Musco corticis, idest muscoso cortice. Muscum dicimus lanuginem quandam viridē quæ in mucidis locis oriēs aut saxis aut imis arboribus hæret. Nascitur & in aquis, hæretq; saxis. ¶ Alnos, arbor est alnus, & dicitur vt placet Isidoro, quia amne alatur. Nascitur enī iuxta fluuios. Alnus

SER. a ¶ PERmessi, ad flumina gallum, Helicon mons est boetiæ, quæ et Aonia dicitur ẽ hoc plurima cadūt flumina inter quæ etiā Permessus, iuxta ques dicit ambulātē Gallus ab vna musa ad cæteras esse deductū, & illic esse factū poetā. b ¶ Assurrexerit, honorē præbuerit, vt Tmolus assurgit quibus & rex ipse phaneus. i. cedit. c ¶ Vt Linus, Apollinis fili', quē supra memorauit. d ¶ Diuino carmine. i. vaticinans. e ¶ Ascræo quos ante seni, Hesiodo q Ascræus fuerat, quē dicuntur musæ raptū de mōte Parnasso poetā fecisse munere calamorū. f ¶ Grynei nemoris dicat origo, Gryneū nemus est in finibus Ioniis Apollini ɔsecratū, i quo aliqñ Calchas & Mopsus dicunt de peritia diuinandi inter se habuisse certamen, & cum de pomorū cuiusdam arboris cōtenderent numero, fuerit gloria Mopso, cuius rei dolore Calchas interijt, Hoc autem Euphorionis cōtinent carmia, q̄ Gallus trāstulit in sermonē latinū. Vñ ẽ illud in fine vbi Gall' loquit, Ibo, & chalcidico q̄ sūt mihi ɔdita versu Carmina. Nā Chalcis ciuitas ẽ Euboeæ, de q̄ fuerat Euphoriō.

Tum canit errantē permessi[a] ad flumina Gallum,
Aonas in montes vt duxerit vna sororum
Vtq; viro Phoebi chorus assurrexerit[b] omnis.
Vt linus[c] hæc illi diuino[d] carmine pastor
Floribus, atq; Apio crines ornatus amaro
Dixerit, hos tibi dāt calamos, en accipe, musæ;
Ascræo[e] quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus Ornos.
His tibi Grynei[f] nemoris dicatur origo,

ia coronare victores sacri certaminis nemeæ & in cōdimentis peculiarem gratias habet, suauiores aquas potui incoctus pstat. ¶ Ascræo seni, ascra vicus ẽ Boetiæ, vt Probus ait in quo extimat natus Hesio. Ouidi. li. iiij. de ponto. Intumuit vati nec tamen ascra suo. Stra. item li. ix. scri. Ascram esse in Thespiis iuxta Heliconis partes & Hesiodi patriā, vtq; Pli. li. xviij. docet. Is princeps omnium de agricultura præcepit, & carmīe executus est, quē postea Maro inge. imitatus est. ¶ Ascræo, quos ante seni, Tradunt q Hesio. Dum dij patris oues iuxta Heliconem custodiret, a musis ad fontem hipocrenem deductus est & poeta effectus, Vnde & Ouidi. lib. vi. fa. inquit, Ecce deas vidi non quas præceptor arā di viderat. ascræas cus sequeret oues. ¶ Grynei nemoris, gryneum oppidum est myrineorum in æolia, & apollinis fanum & peruetustum oraculum, & templum candido lapide sumptuosum Stra. docet li. xiij. Ascra Gryneum

ANTO. ¶ PERmessi flu. permessus & Olmeus ex helicone Boetiæ mōte fluentes, in vnūq; pmixti, in Copaidem lacum incurrunt. Strab. li. ix. edocet Gallum. C. Cor. Gal. Foroiuliēsis poeta de quo Virg. hoc loco scribit Ægyptū Romanam pūinciam primus rexit & āno ætatis suæ. xliij. propria se manu interfecit. Fuit & C. Asini' Gal. orator, Asinij polliōis filius, qui diris a Tyberio supplicijs necatus est. Eusebi. auctor est. ¶ Aonas in mō. i. boetios, nam Aones Barbaræ gentes Boetiā incoluerunt, vt scribit Stra. li. ix. Sunt autē plurimi Boetiæ mōtes quorum Citherō & Helicon celeberrimi, musisq; sacris, sunt autem denominati a Citherōe & helicone fratrib' qui illic singulari, pugnauerūt certamine, vt scribit Lysima. ¶ Linus, de hoc legito in pollione. ¶ Apio, Pli. lib. xix. & lib. xx. de Apio multa, vbi etiā ait, q honos erat ipsi in acha

Cornelius Gallus
Asinius Gallus

CHRI. ¶ AONAS mōtes, in Boetia, in qua etiā aones po. fuerunt. ¶ Chorus ph. cœtus musarū, de quibus in. i. æne. Apio de hoc Macer. Est apium dictū q apex hoc ferre solebat Victoris Veterum fieret dum more triumphus græce dicitur selinon. Duo eius genera domesticū & agreste. Agrestis, quiq; sunt species hydroselinō, idest aquaticum, apium, hipposelinō quod macedonicum appellatur. Tertia oroselinon, idest apium montanum. Quarta petroselinon petrosum. Quinta smirmon. præter hæc est apium raninum quod Batracon appellant. Coronabātur apio victores in ludis nemæis. Item in conuiuijs, qa ebrietatem prohibere dicitur. ¶ Ornos, Hæc arbor gaudet montibus vexasse, cornutus anneus hūc locum reprehendit q vexare in hoc monstro leue & parui icommodi putet nec tantū atrocitatem congruere, sed Au. ge. respondet graue esse, tractumq; a veho in quo iam inest vis quædā alieni arbitrij, Non. n. sui potens est qui vehitur.

Aona
Aones
Apium
Ornos

Ne quis[a] sit lucus, quo se plus iactet Apollo
Quid loqr[b], aut Scyllã Nisi, quã fama secuta est
Candida succinctã latrãtibus inguina monstris
Dulichias[c] vexasse [d]rates: [e] gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis,

SER. a ¶ NE QVIS sit lucus, quo se plus iactet
Apollo sensus hic est, Si tu grineũ laudaue
ris nemus, in nullo se tantũ iactat Apollo.
b ¶ Quid loquar aut Scyllã Nisi, quã fama se
cuta ẽ, Scyllæ duæ fuerũt, vna Phorci & cre
tidos nym//
phæ filia pul/
cherrima, quã
cũ amaret Gla
ucus deus ma/
rinus dum ipse
amaret a Cir/
ce, & eã contẽ
neret, illa irata fontẽ in q̃ se Scylla solebat
abluere ĩfecit venenis, in quẽ quum descen
disset puella media sui pte in feram mutata
est. Hãc postea Glaucus fecit deã marinã, q̃
classem Vlyxis & socios euertisse narrat.
Altera vero Scylla fuit Nisi Megarensium re
gis filia, cõ quos dũ deuictis iã atheniensibus
pugnaret Minos ppter filij Androgei interi
tum, quẽ Athenienses & Megarenses dolo
necauerũt, amatus est a Scylla Nisi filia, quæ
vt hosti posset placere, comam purpureã pa
rẽtis abscisam obtulit, quã Nisus ita habue/
rat cõsecratã, vt tã diu regno potiretur q̃diu
illã habuisse intactã, Postea & Scylla a Mi/
noe contempta dolore in auẽ conuersa est,
& Nisus extinctus deorum miseratione in auis
mutatus est formam, quæ aues hodie, vt ipse
in Georg. docet, flagrant inter se magna di/
scordia. Modo ergo Virgilius aut poetarũ
more miscuit fabulas, & nomẽ posuit p no
mine, vt diceret Scylla Nisi p Phorci, sicut
alibi Domitus pollucis habenis Cyllarus,
cum Castor equorum domitor fuerit. Item Et
manibus Progne pectus signata cruẽtis, cũ
Philomenæ non Progne abscisa sit lingua,
Aut certe sit hysterõproteron, vt quasi vtri/
usq; fabulæ videatur facere cõmemoratio/
nẽ, vt intelligamus, Quid loquar aut scyllã
Nisi, aut quã fama secuta est Cãdida succin/
ctam latrantibus inguina mõstris Dulichi/
as vexasse rates, Aut certe accipiam[e], Quid
loquar, aut Scyllam Nisi, aut quã fama secu
ta est, vt est illud in primo, Non ignara mali
miseris succurrere disco. c ¶ Dulychias ve
xasse rates, Ithacenses a monte. Dulychiũ
ĩsula est, vbi mons est Ithacus, in qua fertur
habitasse Vlyxes, eoq; & ipse Dulichius &
Dulychias habuisse rates dicitur. d ¶ Ve/
xasse autem rates, per tapinosin dictum est.
Nam nõ vexauit sed euertit, qđ Probus vult
hac ratione dicens vexasse venire ab eo qđ
est veho, vecto, vexo, vt vexasse sit portasse,
& sine dubio pro arbitrio suo euertisse.

ANTO. ¶ SCYLLAM ni. Pandioni athenarum re/
gi. iiij. fuere filij Ægeus Lycus, Pallas & Ni/
sus. Cũq; attica regio in partes. iiij. essent di
uisa, Niso megara sorte obueniunt, qui Ni/
seã condidit. Stra. li. ix. Contra hunc demũ
minos bella gessit. Scelere autẽ Scyllæ filiæ
obtruncatus est, vt Minoe ipsa quẽ adama/
bat potiretur po
stea i aues am
bo cõuersi sunt,
de quibus Oui
dius libr. viij.
met. Str. vero li.
viij. scri. Scyl/
lam Nisi filiam
Minois cupidine captã quũ ei Niseã pditio
ne tradidisset, ab eo in pfundũ deiectã esse.
¶ Quã fama se. est, ordo est, aut quid loquar
Scyllã quã &c. hic loqtur de Scylla Phorci
filia, quã Glaucus marinus deus amauit, p/
pter qđ a Circe venefica in mõstrũ marinũ
cõuersa est, de quo lege Ouid. lib. xiiij. meta.
Maro etiã lib. iij. æneid. hanc describens ait,
Prima hominis facies, & pulchro pectore
virgo &c. Re vera tñ Scylla scopulus est in
freto Siculo, vt scri. Pli. li. iiij. Salu. itẽ dixit
esse saxum ingens humanam habens effigiẽ
parte superiori, ĩferiori vero plures hẽre sco/
pulos sub radicibus cauernosos, vbi canum
latratus & vlulatus luporũ vnda refracta re
presentat. Scylla autẽ dicitur a scyllo quod
est vexo. ¶ Inguina, summæ coxæ ptes dicũ
tur. ¶ Dulychias ve. ra. Dulychiũ insula est,
vna echinadum, iacens ad Acheloi hostium
ANTO. CRVIT, eruitit, Ab vertice, a septentrione. ¶ Tempestas, ventorum furor. ¶ Ferens, flans. ¶ Hoc vbi, supple euenerit. ¶ Infœlix, sterilis. ¶ Borea spirante, Cum solum flatibus aquilonis concrescat atque siccescat, austrinis contra labescat, atque humescat, plantaque pari ratione humidor, siccior ue seipsa reddatur, hac de causa melius per austrum seritur. radicatur enim, germinaturque celerius, cum planta turgens creditur solo turgenti, cordumque adest emollitum atque benignum. aquilone autem aduersa omnia veniunt, frigent etenim plantæ atque laborant, & solo gelato neque radicem æque demittere, neque germen edere possunt, hæc ex Theophrasti li. v. de causis plantarum. ¶ Optima vinetis satio, est Columella li. iij. ca. iij. ait, Plantaria facito ab exoriente a decima luna & a vicesima, hæc vel melior est vitibus satio, sed quum seres frigidos ventos vitato, docet etiam ibidem Colu. quo pacto plantaria fieri debeant, & li. iiij. cap. xiiij. ait, quod vitis vere autumno tempestiue deponitur. ¶ Vere, melius, si aut pluuius aut frigidus status coeli est, vt ager pinguis aut campestris & vliginosa planicies. ¶ Rursus autumno si sicca, si calida est aeris qualitas, si exilis aut aridus campus, si macer propinquus ue collis. Vernæque positionis dies fere quadraginta sunt ab idibus Februarij vsque in æquinoctium; rursus autumnalis ab idibus Octobris, in calendas Decembris. sationis autem duo genera malleoli, vel Viuiradicis, quod vtrunque ab agricolis vsurpatur &c. Prima vel autumni, Theophrastus li. iij. de causis plantarum ait, Turgescit solum quum humectum atque tepidum est, statumque temperatum aeris obtinet, tunc enim agile fertile atque lætum consistit, quod duobus fieri temporibus maxime arborum generi solent vere ac autumno, & quidem ijs temporibus arbores magis serimus, sed melius vere tunc enim solum humidum est, & sol tepefaciens elicit germen, & coelum placidum atque rosidum constat, ita vt ex ijs omnibus educatio & germinatio prospere sequi possit, tum satio communior omnium vel plurimorum tam fructuum quam plantarum tempori verno tribuitur, hæc ille. ¶ Rubenti, florido. ¶ Candida auis, Ciconiam intelligit, quam e longinquo venire non dubium est, vti & grues, illas hyemis, has æstatis aduenas nec venire. sed venisse cernimus. honos ijs serpentium exitio tantus vt in Thessalia capitale fuerit occidisse, eadem legimus pœna, quæ in homicidas, hæc & plura Plinius libro decimo, capit. xxiij.

CHRI. SEMINE iacto, imposito malleolo. Nam semen non solum de granis segetum siue pomorum dicimus, sed etiam de virgultis, vnde arbores serunt, & ipsas nouellas arbores quæ e seminario transferuntur semina appellant.

Ciconia

Prima vel Autũni sub frigora, cũ rapidus Sol
Nõdũ hyemẽ contigit eqs, iam præterit æstas.
Ver adeo frondi nemorum, Ver vtile siluis
Vere[a] tumẽt[b] terræ, & genitalia semina poscunt.
Tũ Pater[c] Oipotens fœcundis ibribus Aether
Coniugis[d] in gremiũ lætæ descendit, & omnes
Magnus alit[e] magno cõmixtus[f] corpore fœtus.
Auia[g] tunc resonant[h] auibus virgulta canoris,

SERV. ¶ CVERE tument terræ, A spēi simpliciter accipit, vt terræ nōīatiuus pluralis sit, q̄ dicū tur verno tumere, & semina poscere. Donatus vero terræ genitiuū vult esse singulares, vt sit sensus mutata distinctione Vere tumēt siluæ. s. a superioribus terræ & genitalia semina requirũt terrarũ, sed melius a sperum sequimur, vt genitalia semina, quæ nos iacimus intelligamus, nõ q̄ siluæ ex terra suscipiunt. Genitalia aũt dicimus semina, q̄bus aliquid procreatur & gignit. b ¶ Tument, suspendunt. c ¶ Tũ pater oīpotens, Interdum pro aere Iuno, pro æthere iuppiter accipitur, aliquotiens & pro aere & pro æthere iuppiter. Iuno vero pro terra, & aqua ponit, sicut hoc loco intelligimus, Nā æther nõ habet pluuias, vnde Iouem pro æthere accipimus, cui attribuuntur aer, & æther, quæ duo mixta terræ & humori, per quibus iuno ponit vniuersa pereāt. Dicit aũt verno tempore esse pluuias, quib[9] cuncta nascuntur, vnde & fœcūdis imbrib[9] dixit, quibus terra fœcundat. d ¶ Cõiugis in gremiũ descendit in terram, quæ intelligitur per iunonem, in gremiū suū. e ¶ Alit, nutrit, fouet. f ¶ Commixtus corpore, pro corpori, vt Hæret pede pes, item alibi, Et magno se corpore miscet licet possimus accipere mixtus terræ magno suo corpori. s. æthere. g ¶ Auia virgulta, in quibus nõ est via vel deserta, tum vere. s. h ¶ Resonat, auibus canoris, rē dicit naturalē, quod veris tpe amplius solent aues cantus edere, tam ex serenitate tpis, q̄ ex herbarũ, frondiumqs innouatione, & naturalis voluptatis.

ANTO. ¶ CVM RAPIDVS sol, rapit enim ac attrahit ad se cuncta torrens & sorbens calore suo, quo liquor siccatur, de quo etiam alī patuit. ¶ Aestas, autumni calorem æstatem appellauit. ¶ Tument, turgescunt. ¶ Et genitalia semina poscunt, semper enī solo turgenti semina mandare oportet. Sic. n. optime germinatio agitur, vt scribit Theophrastus lib. iii. de causis plantarum. ¶ Coniugis in gremium, Iuppiter vt dixit Ennius, is est quem græci vocant aerem, qui ventus est & nubes, imber postea dictus, qa mortalis atq̄ arbores, herbasqs omnis iuuat. Iuppiter item cœlum dicitur. Var. scribit talis. Iuppiter igitur idest aer qui vētus est, & nubes imber postea, Descendit in gremium lætæ coniugis

Aer

idest Iunonis, q̄ & terra & plis est, libro. viij scribit. Euripidem hæc dicere. Quū est sicca tellus ipsa certe tum imbrem amat quū turget æther. imbri quum cœlū tumet affectat, vt telluris in sinus cadat. ¶ Aether, iuppiter, quē sūmū deū, mundiqs aīam voluere, Euripides æthere cœlū ipsum ac iouem voluit, vt scribit Tull. lib. i. de. n. de. ¶ Lætæ, fœcūdæ veris temperie. ¶ Magno corpore. s. terræ. Subest enim natura terræ, vnde superius ait. Quippe solo natura subest. Natura autem res omnes creat auget, alitque vt Lucretius inquit. Resonant. Ouidius item lib. primo Fastorum ait, Et tepidum volucres concentibus aera mulcent, Ludit & in pratis, luxurians atqs pecus.

CHRI. ¶ CVERE tument. q. d., facile concipiunt ex natura sua calida & humida. ¶ Tum pater, Iouem multis modis intelligi suo loco demonstrauimus. ¶ Modo enim iouem stellā illam salutarem, quæ in ordine secunda est modo pro aīa mundi. Sæpissime autem pro ipso summo Deo, a quo oīa sunt intelligimus. Nonnunq̄ vim ipsam duorum superiorum elementorum, q̄ actiua est p ioues exprimimus, q̄ dum agit in hæc duo inferiora ad generationem & corruptionem eorum, quæ ex his duo mutantur omnino facit. Iunonem ipsa vero duo inferiora elementa aquam, terrāqs intellexerunt physici, quæ passiua nuncupat. Vnde quoniā pariter ad gignendū concurrunt fratrem, ac sororem dixerunt, quoniā vero illa agunt hæc patiuntur, Iouem masculū qm̄ masculinam, agentemqs iunonem vxorem, quoniam fœmineam, patientemqs vim obtinet, appelarunt. Verno igitur tēpore propter maximam elementorum contemperantiam, cum iam calor in humidum agere incipiat, tecta temperie dicimus iouem actiuam vim fœcundis imbribus, idest genitiuo humore descendere in gremiū Iunonis, idest terræ, quæ egentem vim tanq̄ fœmina virile semen accepit. ¶ Lætæ, passiuæ. ¶ Auia, ex illa enim contemperie caloris in humidum excitatur natura, ita ducente desiderium ad procreandum, ex quo desiderio & aues suauiter queruntur, & animalia cuncta salire & inire cupiūt, & in terra ipsa plātæ in quibus non est sensitiua, sed vegetatiua vis parturiunt.

Et venerem certis [a] repetunt armenta diebus
Parturit almus [b] ager, Zephyriq; [c] tepẽtib' auris
Laxãt arua sinus, superat tener oĩbus humor,
Inq; nouos [d] soles audent se gramina tuto
Credere nec metuit [e] surgentes Pãpinus austros,
Aut [f] actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem.
Sed trudit [g] gemmas, & frondes explicat omnis.
Non alios [h] prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, alium ue habuisse tenorem [i]
Crediderĩ. Ver [k] illud erat, Ver magn' [l] agebat [m]
Orbis, & hibernis [n] parcebant flatibus Euri.
Cum primum lucẽ pecudes hausere. virumq;
Ferrea [o] progenies durum caput extulit aruis.

SER. a ¶ CERTIS diebus, statutis legitimis, a natura arcana quadã rõne dispositis, vt tractat Lucretius, q dicit rõnẽ hanc æthereo calore descendere. b ¶ Almus ager, ab eo q̃ nos alat. c ¶ Zephyri, fauoni. alibi zephyro putris se gleba resoluit. Horati. Soluit acris hyems grata vice veris, & fauõij. d ¶ Nouos soles, vernales dies. e ¶ Nec metuit surgentes pãpin' austros, varie dicit. nã supra ait, audẽt se gramina cõmittere. f ¶ Aut actum cæ. m. a. im. i. nullos calores aut et pluuias. Tunc uites timent, quippe temperie. g ¶ Trudit gẽmas; propellit, effundit in folia. h ¶ Non alios prima, hoc secundum licentiam poeticã dixit, nã falsum est. Constat. n. post factũ mundũ ex qualitate cursus solis tpa esse diuisa. i ¶ Tenorẽ, ductus. k ¶ Ver illud erat, absoluta locutio. q. quid illud fuit, ver fuit. l ¶ Ver magnus agebat. i. magn' orbis. Tũc vernale tps ducebat in sui. s. primordio, põt & magnũ orbem zodiacũ circulum dicere, q temporũ diuisiones facit, q̃ si est. m ¶ Agebat, pro circumagebat accipiendũ erit orbis. n ¶ Hibernis, asperis, sæuis. o ¶ Ferrea progenies, procreata ex lapidibus ad laborem. alibi, Vnde hoies nati durũ genus,

ANTO. ¶ ZEPHYRI, de his late li. i. Georgi. Ex zephyro putris se gleba resoluit. ¶ Superat tener omnibus humor, Ver vo calidus fecit & humectus, deus oĩum fabricator. Sicca æstas & calida, Autũnus siccus & frigidus, hyems humida pariter & frigida, est auctor Macro. Lib. vij. ¶ Nouos soles, tunc. n. est noua temporis ætas, vt et Ouidius libro primo fastorum inquit. ¶ Austros, qui humidi sunt & nubila nutriunt, de quibus latius supra. ¶ Imbrẽ, idest grandinẽ, ait. n. Aquilo libro sexto metamorphoseon, Iduroq; niues, & terras grãdine pulso. ¶ Gemmas, vitium oculos intelligimus per metaphoram, vt latius patuit ecloga septima. ¶ Origine mundi, Pli. scribit, Mũdus. mundum qđ alio noie cœlũ appellari libuit neq; genitum, neq; interiturum vnquam. Nostri Theologi scribunt decimoquinto calendas Aprilis, mundum creatum fuisse die solis. Poeta et id idem vr̃ asserere, ait. n. Ver illud erat &c. ¶ Orbis, dictus est mundus, qm̃ orbis. eius forma in speciem orbis absoluti globata est, vt Pli. docet. ¶ Magnus orbis, magnus ait, qm̃ vt testatur etiam Plinius, immensus est & infinitus ac finito similis, furorq; ẽ mẽsura eius anio quodã agitasse atq; perdere ausos. ¶ Pecudes, quinto & sexto die volatilia & animalia cũcta genita sunt, deinde homo qui illis dominaretur. in quo quidem poeta ipse nostræ fidei sequitur opinionẽ. ¶ Ferrea progenies, fabulas sequitur. narrãtes e lapidibus natos hoies. de quo latius Ouidi.

CHRI. ¶ VENEREM, SIC DICTA vel quod somnia veniat, vt inferius. Omne adeo genus in terris, hominumq;, ferarumq;. &c. g. æ. p. q. u. In furias ignemq; ruunt amor omnibus idẽ. ¶ Certis diebus, vernali tempore, quod singulis annis statuto tpe redit. vel quia certo quodã tpe, & non omni fœmina marẽ expetit exceptis, vt ait Aristo. muliere & equa q̃ omni tpe etiã fœtæ cõcubitum expetunt. Item ijs quæ superfœtant. i. quæ adhuc prægnantes aliũ fœtum concipiunt vt lepores. ¶ Almus, quia suis fructibus nos alat. ¶ Zephyri, venti sunt occidentales, qui vere flantes sua ꝯtemperantia caloris & humoris terrã ad varios cõceptus aptam reddũt. Dñr autem ab eo qđ est ζέω. i. ferueo, quia illis terræ cõcalescẽtes grauidæ redduntur. ¶ Laxãt, quod caloris est vt frigoris condẽsare. ¶ Superat, abunde est quod non ita in reliquis anni temporibus accidit. ¶ Tener, quasi nouellus pp anni principium. & qui facile ad quidvis gignẽdum verti possit. ¶ Nouos, renouatos ꝓpter principium ãni. ¶ Sed trudit gemmas & frondes explicat omnis, alterum ab altero est. Primo enim turgẽt oculi in ramis hæ gemmæ dicuntur, prodeũt frondes. ¶ Nõ alios, verisimile videtur principium mundi a vere fuisse. Et secundum Macrobium incipiente die illo, qui omnium illuxit, quẽ iure natalis mundi vocatur, fuit aries in medio cœli, & quia medium cœlum, quasi mundi vertex est, iccirco, aries vt mundi caput in exordio lucis apparuit. Sed de hoc dictum est in alio loco.

Immissæq;[a] feræ siluis, & sidera coelo.
Nec res hunc teneræ possent perferre laborem[b],
Si non[c] tanta quies iret, frigusq;[d], caloremq;
Inter: & exciperet[e] Coeli[f] indulgentia terras[g].
Qđ[h] supest quæcūq;[i] premes[k] virgulta p agros
Sparge fimo pigui, & multa memor occule terra
Aut lapidē[l] bibulū, aut sq̄llenteis[m] īfode ɔchas.
Inter enim labentur aquæ, tenuisq; subibit.
Halitus, atq; animos[n] tollent sata. iāq;[o] reperti
Qui saxo super atq; ingentis pondere testæ
Vrgerent hoc effusos[p] munimen ad imbres.
Hoc vbi hiulca[q] siti findit Canis æstifer arua.
Seminibus positis superest deducere terram
Sæpius ad capita[r] & duros[s] iactare bidentes.
Aut presso exercere solum sub vomere, & ipsa
Flectere[t] luctantes inter vineta iuuencos
Tum leues[u] calamos, & rasæ[x] hastilia virgæ

SER. a IMMISSAEq; feræ siluis, hūc ordinem pp arcadas tenuit, q sepsekos esse asserūt. i. añ lunā natos, qđ & Cicero in fundaniana cōmemorat, & Statius q ait, Arcades astris lunaq; priores. b ¶ Laborē, vel frigoris, vł caloris. c ¶ Si nō tanta quies iret, trāqlitas, & ē veris diffi nitio. d ¶ Frigus caloremq; Inter dicit. oriente iccirco veris tēperamentū fuisse, vt res noue tūc orientes & adhuc teneræ nec hyemis frigora, nec æstatis ferre sufficerent. e ¶ Excipet, accipet. f ¶ Cœliq; ĩdulgentia i. serenitas & tēpatio. g ¶ Terras. i. fœtas terræ, & noue ĩdulgentiā dixit. veteres. n. ĩdulgitatē dicebant, vt Cælius in septlo, Cōsuetudinē vxoris ĩdulgitate liberp. h ¶ Quod supest, nō qđ deest, sed qđ sequitur. i ¶ Premes, demerges, infodies. k ¶ Quæcūq; virgulta, siue de plātarijs, siue de arborib⁹. l ¶ Lapidē bibulū, q arenarius vocatur. m ¶ Aut squallenteis infode conchas, cochleæ pp admittenda spiramina īfodiunt. Lapis ṽo arenari⁹ aut pp spiramina, aut pp hauriēdū hūorē, si forte nimius fuerit. squallētes, sordidas n ¶ Aīos tollent, sument ex his rebus magnanimitatē. o ¶ Iāq; reperti. s. sunt diligētiores. p ¶ Effusos ad imbres. i. cōtra nimias pluuias. q ¶ Hiulca siti, pre nimijs caloribus scissa. r ¶ Ad capita. s. vitiū positarum. s ¶ Et duros iactare bidentes, hoc ad cōminuendas pertinet glebas. t ¶ Flectere luctātes iuūcos, cū quadā moderatiōe ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiant. v ¶ Leues calamos. i. nitidos. x ¶ Et rasæ hastilia virgæ, præcipit & cānas in virgas radi oportere, ne videlicet ex corticibus rubigo aduersa vitibus procreari possit.

ANTO. CET SIDERA cœlo, quarto die vt aiunt, fcā sunt luminaria duo in firmamento cœli vt lucerent sup terrā. ¶ Laborē. s. caloris & frigoris. ¶ Indulgentia cœli. i. aeris tranqllitas & temperies, Quod supest, qđ restat docendū est supple vel aduertendū. ¶ Fimo,

Fimus

Theophrastus li. ij. de causis plantap̄ inqt, q

Agric.

stercus agrū & solutū, & tepidū reddit, qđ alij protinus terræ pmixtū plantæ aggregant, alij inter terrā superiorē medium disponūt. ¶ Occule terra, terra ĩferior alit vitē & arborē, supior custodit, Colu. lib. iij. ca. iij. auctor. ¶ Lapidē, lapides sub ĩjciūt vt plātæ & p hyemē humore pfrui, & p æstatē possit refrigerari, Enĩ vero ɔtra virū qs tpš ita ppasse oportet, vt lapides humorē contineant, & æstate radicib⁹ calorē ppulsent, alij sarmenta substernūt, alij vas fictile plenum aquæ apponūt Theophrastus edocet lib. ij. Colu. ēt li. iiij. capi. iiij. ait. In imo scrobe lapides circa pōdo quiq; ponito ne vitē pmāt. Sed iuxta radices sint. Theophrastus aūt pdicto libro ait oportere esse calculos ab amne, aut faucib⁹ torrētis petitos, nā si lapis latus atq; perpetuus sit arbori ē noxæ, si rotūdos, minutosq; subijciat, refrigerat, & aquā trāsmittit, & locū radicibus peruiū pstat. lapides pterea hyeme tepefacere æstate refrigerare posse affirmāt. ¶ Sq̄llētis, squallēs a squāmis dr̄, splēdēs a calore ṽo sordidū.

squallēs

¶ Qui saxo sup. Maronis pceptū fuit, vti ĩ scrobib⁹ lapides disponerent, q singuli non excederēt. quiq; librap pōdus, hij. n. vident & aquas hyemis, & vapores æstatis ppulsare radicib⁹, auctor est Columel. li. iiij. ca. xv. ¶ Munimē. s. ē ¶ Hoc. s. munimen est. ¶ Hiulca siti. i. siccitate aperiente ea arua. s. ab hio hiulcus deducitur. Catullus ēt ait, Quū grauis exustos æstus hiulcat agros. ¶ Canis, æstifer, septimo calē. Augu. canicula appet, estq; caligo æstuosa, vt scribit Col. li. xij. Et Pli. li. ij. ait. caniculæ exortu accendi solis vapores quis ignorat. ¶ Ad capita, capita vitiū putata circūfodito, arare ĩcipito, vltra, citraq;, sulcos ppetuos ducito, ita pcipit Cato teste Pli. lib. xvij. ca. xxj. Colu. aūt lib. v. capi. quinto ait, quod sat plerisq; visum est ex cal. Martij vsq; in Octob. tricesimo quoq; die nouella vineta cōfodere, omnesq; herbas & pcipue gramina extirpare &c.

Hiulcū

Fraxineasq; aptare sudes, furcasq; bicornes.
Viribus eniti quarum, & contemnere ventos.
Assuescãt, summasq; sequi tabulata[a] p Vlmos.
Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas
Parcendum teneris, & dum se lætus ad auras
Palmes agit laxis per purũ[b] immissus habenis.
Ipsa[c] acie falcis nondum tentanda, sed vncis
Carpendæ manibus frondes, interq; legendæ.
Inde vbi iã validis amplexæ stirpibus[d] Vlmos
Exierint, tum stringe comas, tũ brachia tonde.
Ante reformidant ferrum, tum deniq; dura[e]
Exerce imperia, & ramos compesce fluenteis.
Texendæ[f] sepes etiã, & pecus omne tenẽdũ est
Præcipue dum[g] frons tenera, iprudensq; labor:
Cui super indignas[h] hyemes, Solemq;[i] potentẽ
Siluestres[k] Vri assidue, Capreæq;[l] sequaces
Illudunt, pascuntur Oues, auidæq; iuuencæ.
Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut grauis incũbens[m] scopulis arentibus æstas,
Quantum illi nocuere greges: duriq; venenũ
Dentis, & admorso[n] signata in stirpe Cicatrix.

SER. a ¶ TABVLATA, sunt rami effusiores & in plana tendentes, non ad altiora crescentes, & est relatio facta a domibus, in quib^9 extructiones singulæ tabulata dicuntur. b ¶ Per purum, idest per aerem. c ¶ Ipsa acie falcis nondum tentanda, si acies legerimus hic erit sensus, teneris adhuc vitibus nondum est falcis acies necessaria. si acie sub audim^9 virgulta, vt sit ipsa virgulta nondum falcis acie tentanda sunt. d ¶ Stirpibus, solidiorib^9, palmitibus. i. truncis, alii stirpem pro ipsa materie vitium posi tam volunt, vt idẽ alibi, et admorso signata in stirpe cicatrix. e ¶ Dura exerce impia, aut laboriosa, aut quasi durus sit ipsis vitibus ferro amputari. f ¶ Texendæ sepes etiam, alii hic distingunt, alii separant Texendæ sepes etiã & pecus omne tenẽdum. g ¶ Dum frondis tenera, vera lectio est frondis. Lucretius, Frondiferasq; domos auium. hodie vo & a fronte & a fronde vn^9 est nominatiuus frons, vt frons frõtis, & frons frondis, sicut & lens a lente, & a lẽde capitis breuiore pediculo. h ¶ Indignas aũt hyemes, sæuas. i ¶ Solem potentem, intolerabilem grauẽ. k ¶ Siluestres vri, boues agrestes, qui in pirenæo nascuntur monte posito inter gallias & hispanias. Sunt aũt exceptis elephantis maiores cæteris animalibus, dicti vri ἀπὸ τῶν ὀρῶν. i. a montib^9. l ¶ Capreæq; sequaces, persecutrices, vt Maleæq; sequacibus vndis. m ¶ Incumbens scopulis, idest etiã saxa calore penetrãs. n ¶ Admorso, participium est, ac si diceret abroso.

PRO. ¶ TABVLATA p vlmos, rami sunt q vites sustinent p translationẽ, qa rustici quũ putãt, supra eos ramos stant, hoc est tabulas.

ANTO. ¶ CAPTARE, superest. ¶ Tabulata, cacumina ipsa & arborum casulas. ¶ Parcendum teneris, Pli. li. xvii. cap. xxii. docet non eẽ festinandum ad putationem nouellæ vitis, sed primo in circulos materiem colligendam; nec nisi valide putationem admouẽdam.

¶ Palmes agit, viti materia mollis. Qui per nouella brachia emissus fructum affert, propterea lætus palmes ait poeta, Dicit autẽ palmes, vt Festus ait, q in modum palmarum virgulas, q̃si digitos edit. Et Colu ait li. iiij. c. vi. qd malleolus nouell^9 est palmes innatus prioris anni flagello &c.

Vri. ¶ Vri, in silua hercynia Germaniæ sũt magnitudine paulo infra elephãtes specie & colore & figura tauri. magna vis eorũ & velocitas, neque hoĩ, neq; feræ quas ↄspexerũt parcũt, hos studiose foueis captos iterficiunt cornua studiose cognita ab fabris argento circũcludũt, atq; in amplissimis epulis pro poculo vtuntur, Hæc ex libro sexto commenta. Cæsaris de bel. Gal, Macrobius libro sexto ait, qd vri Gallica uox est, qua feri Boues significãtur.

Capreæ. ¶ Capreæq;, capreæ in plurimas similitudines trãsfigurãt, sunt capreæ, sunt rupicapræ sunt Ibices pernicitatis mirandæ, sũt & Damæ, multaq; alia haud dissimilia, Plinius libro octauo. ¶ Incumbens scopulis arentibus, idest saxa etiam ipsa calore penetrans.

¶ Admorso, caprarũ morsus, arboris exitialis Oliuam lambendo quoq; sterilem faciunt, eaq; ex causa Mineruæ immolantur, auctor Plinius lib. viij, cap. xlvii.

CHRI. ¶ INTERq; legendæ, ut rariora omnia sint in arbore, quo sol facilius p omnia penetret quod interlucare & insolare dicunt qui d re rustica scribunt. ¶ Vri, soli. ait, ubi post scythas Germania incipit esse Vesontes qui bones feris similes esse, ideq; ueros quos imperitum uulgus uocat bubulos, cum bubali pene ad ceruinam faciem in affrica generent, sed Vris taurina cornua esse, quæ in tantum modum protenduntur, ut inter regias mensas potuum gerula fiant.

Vris

¶ NON

PYR.

Non aliam[a] ob culpã Baccho Caper oĩbus aris
Cæditur, & veteres[b] ineunt Proscænia Ludi[c],
Præmiaq;[d] ingentes pagos, & compita[e] circum
Thesidæ[f] posuere, atq; inter pocula læti
Mollibus[g] in pratis vnctos saluere[h] per vtres.

a ¶NON aliã, ob culpã, victimæ numinib' aut per similitudinẽ, aut p cõtrarietatẽ imolant. p similitudinẽ vt nigrũ pecus Plutoni, p cõtrarietatẽ, vt porca, q̃ obest frugibus Cereri. & Caper q obest vitib' libero. itẽ capra Aesculapio, q est deus salutis, quã Capra non q̃ sine febre sit. Aris aũt oĩbus nõ sine causa dixit. Nã cum numinibus cæteris varie p qualitate regionum sacrificet, vt Veneri paphiæ tm̃ de thure. vnde est, Haud equidẽ tali me dignor honore. Genitrici vo Veneri. i. Romanæ etiã de victimis. Libero vbiq; caper imolatur. b ¶Veteres ineunt pscænia ludi, primi ludi theatrales ex liberalibus nati sunt, iõ veteres ait. Proscænia aũt sunt pulpita ante scænã, in quibus ludicra exercentur. c ¶Veteres ludi, dionysia. antiquissimi. n. rustici confecta vindemia faciebant. d ¶Præmiaq; ingentis. i. per quadriuia, quæ compita appellantur ab eo quod multæ viæ in vnam confluant, & villas, quæ pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν. i. a fontib' circa quos villæ cõsueuerant condi. vnde & pagani dicti sunt, q̃ si ex vno fonte potantes. e ¶Cõpita, vnde ludi cõpitalitij. f ¶Thesidæ, athenienses, q primi ludos instituere liberales. g ¶Mollibus in pratis, vnctos vel oleo, vel lixiuia. In pratis autem ideo ne læderent cadentes. Vtres vo fiebat ad isultationẽ & mortuorũ opprob, ne quid ex eis esset qđ non sentiret iniuriam. h ¶Saluere, sm artem dixit. Nã antiqui salio salui dicebãt, nunc aũt & salui, vnde Cicero in miloniana, Quum hic de rheda reiecta penula dessiluisset, sic etiam ab eo qđ est cano non cecini, sed canui dicebãt vnde Salustius, Cornua occanuerunt.

PRO. ¶NON aliam ob. c. b. c. o. a. Cæditur. &. ve. in. Proscænia ludi præmiaq; in. p. e. c. cir. Thesidæ. p. a. i. p. l. Mollibus. i. p. n. saluere p vtres. Postq̃ mortale genus aĩalium cœpit carne vesci, ex his quæ frugibus nocerent, vel aliquos læderet fructus. Prima existimatur hostia fuisse sus. Secunda caper ille, quia terrã rostro pro trudendo semine rueret, hic quia vitem læserat. Itaq; etiam Ouidius in xv. Testimoniũ huic opinioni dicẽte, Pythagora, Et prima putat hostia sus Meruisse necẽ, quia semina pãdo eruerat rostro, spemq; Interceperat anni, vt caper. m. hirn. ad. aras ducitur, Vltoris nocuit sua culpa duobus. Præmia aũt posuisse thesidas, Quũ dicit ingẽtes pagos, & compita circũ. Athenienses significat a Rege Theseo dictos. Itaq; ludis, qa præmium victori erat caper, qui græce tragos, tragœdia cœpit appellari genus quoddã carminis ab antiqs causa spectaculi institutum.

ANTO. ¶CAPER, pma hostia fuisse putat sus, secũda caper. illa qa rictu semina eruerat, hic qa vitem læserat. Hic Oui. li. xv. met. Loquente Pythagora fere. Et prima putat hostia sus meruisse necem, Quia semina pãdo Eruerit rostro, spemq; interceperit ãni, vite caper morsa Bacchi mactat' ad aras Dicitur Vltoris nocuit sua cl'pa duobus, Afferit Idẽ Varro li. ij. c. iiij. ¶Oĩbus aris, Nã cum alijs Dijs pro varia regionũ ɔsuetudine vario modo sacrificetur Bacchus semp & vbiq; in liberalibus mactatur caper. ¶Veteres lu. spectaculorũ origo. teste Cassiodoro, ab græcis tracta est, nã quum agricultores feriatis diebus sacra diuersis numinibus p lucos, vicosq; celebrarent. Athenienses primum agreste principiũ in vrbanũ spectaculũ collegerunt. Theatrum græco vocabulo appellãtes. Vtq; Diomedes ait. hircus præmium cãtus præponebatur. tñ & Hora. in arte ingt. Carmine q̃ tragico vilẽ certauit ob hircum. Inde itaq; tragœdia dictũ est carminis gen' a trago. i. hirco. Thespis aũt genere atheniensis primus inuenit tragœdiam, ait. n. Hora. in arte ignotũ tragicæ genus inuenisse camœnæ dr̃, & plaustris vexisse poemata Thespis. ¶Ineunt, petunt, adeunt. ¶Proscænia, pulpita erant ante scænã, in qbus ludicra exercebant. ¶Pagos. i. vicos, & cõuenticula rusticorũ. sm Diomedẽ, dicti aũt pagi a fontibus, πηγή. n. aqua dr̃ Dorice auctor est Fest. ¶Cõpita, sunt triuiorũ plateæ vel spatia. ¶Thesidæ athenieses, Thesæus. n. vt Eusebius scri. athenienses prius p regionẽ dispsos in vnã ciuitatẽ cõgregauit. ¶Posuere. s. caprũ, Vt ijs esset pmiũ. ¶Vtres. Icaro patri Erigones, Liber pr̃ vinũ & vitẽ & vuã tradidit, q eũ seuisset vitẽ ipsaz, & hircus in vineã se pieciffet, & q̃ ibi tenerrima folia videret descerpsisset ex pelle eius vtrẽ fecit, ac vẽto plenũ perligauit, & in mediũ mare piecit, suosq; sodales circa eũ saltare coegit, auctor est Higinus.

CHRI. ¶ET VETERES ineunt. p. lu. initium tragœdiæ significat, φ a rebus diuinis est ichoatum, quibus pro fructibus vota soluentibus operabant antiqui. Nãq; incensis iam altaribus & admoto hyrco id carmẽ qđ sacer chorus Libero patri reddebat tragœdia dicebatur. Hoc est ab hyrco vinearum hoste, & a cantu, vt refert Dona. Vel quod vter ex eius.

Tragœdia — Thespis — Proscænia — pagus — Cõpita — Theseus

pelle vini plenus sollẽne ꝑmissũ cãtoribus fuerat, vt in hoc loco ostẽdit Virg. vel qđ hyrcã dõnabaẽ eius carmis poeta. ¶ Veteres ludos dixit, qꝛ vetustissimis tpibus ab atheniẽsibus repti fuerũt. ¶ Proscænia dicimus, vt ꝓ pylea. Est aũt ꝓscænia pulpitũ añ scænã. Scænaꝝ aũt tria gña sunt. Tragicæ formanẽ colũnis & fastigijs ⁊ signis regalibus. Comicæ ædificioꝝ priuatoꝝ hñt spẽm. Satiricæ arboribus speluncis, & montib' ornanẽ. Ob aliã culpã qꝫ ꝓ vitibus noceat. ¶ Pagos & cõpita .i. circa cõpita pagoꝝ. Nã vetusto tpe athenienses nondum intra vrbem coacti, sed per pagos dispersi constructis aris hos ludos exercebant.

Proscæ nium

Scænæ

SER.

Necnon[a] Ausonii: Troia gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risuq;[b] soluto.
Oraq;[c] corticibus sumunt horrenda cauatis.
Et[d] te Bacche vocant per carmina læta. tibiq;[e]
Oscilla[f] ex alta suspendunt mollia[g] pinu

a ¶ NECNON ausonij Troia gens, idest etiã romani hos ludos celebrant & canunt, Nã hoc est vñb' incomptis ludũt, Idest carminibus saturnio metro cõpositis, qđ ad rhythmũ solũ vulgares cõponere consueuerunt. Horatius, Libertasq; recurrentes accepta ꝑ annos lusit amabiliter. b ¶ Risuq; soluto .i. cachino. c ¶ Oraq; corticibus sumunt, qꝛ necesse erat pro ratione sacroꝝ aliqua ludicra & turpia fieri, qbus posset populo risus moueri, q ea exercebãt ꝓꝑ verecũdiæ remediũ hoc adhibuerunt, vt personas factas de arboꝝ corticibus sumerẽt, ne agnoscerenẽ. d ¶ Et te bacche vocãt, hymnos in tuũ honorẽ canũt. e ¶ Tibiq; oscilla mollia, pensilia, vt pilentis matres in mollibus. Oscilloꝝ aũt variæ sunt opiniones. Nã alij hãc asserũt fabulã. Icarus atheniẽsis pr̃ Erigones quũ acceptũ a libero p̃re vinũ mortalibus ĩdicaret, occisus est a rusticis, q quum plus æquo potassent, ebriati venenũ se accepisse crediderant, huius canis est reuersus ad erigonẽ filiã, q̃ cũ eius comitata vestigia peruenisset ad patris cadauer, laqueo vitã finiuit. Hæc deoꝝ volũtate ĩter astra relata est, quã ꝟginẽ vocãt. Canis ille est ĩter sidera collocatus. Sed post aliquantũ tp̃s atheniẽsibus morbus ĩmissus est talis, vt eoꝝ virgines quodaꝫ furore ad laqueũ compellerenẽ. Respõditq; oraculũ sedari posse illã pestilentiã, si erigones & icari cadauera requirerenẽ, q̃ quũ diu quæsita nusq̃ inuenirenẽ, ad ostẽdendã deuotionẽ suã athenienses, vt etiã in alieno ea q̃rere viderenẽ elemento suspenderunt de arboribus funẽ, ad quẽ se tenẽtes homines hac atq; illac agitabatur, vt etiaꝫ quasi in aere illorum cadauera quærere viderẽtur. Sed quũ inde pleriq; caderent, inuentum est vt formas, vel personas ad oris sui similitudinem facerent, & eas pro se suspẽderent & mouerent. Vnde & oscilla dicta sunt ab eo, qđ in his cillerenẽ .i. mouerentur ora. Nã cillere ẽ mouere. Vnde & furcillæ dictæ sunt, quibus frumẽta cillenẽ. Alij dicunt oscilla eẽ mẽbra virilia de floribus facta, quæ suspendebantur per intercolũnia, ita vt in ea homines acceptis clausis personis ĩpingerẽtur, & ea ore cillerent .i. mouerent ad risus populo cõmouendũ, & hoc ĩ Orpheo lectus est

Prudẽtioribus tñ aliud placet, q dicũt sacra Liberi patris ad purgationẽ aĩæ ptinere. Ola aũt purgatio, aut per aquas, aut per ignes fit, aut per aerẽ, sicut & in sexto ait, Aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos, alij sub gurgite vasto Infectũ eluiẽ scel', aut exuriẽ igni. Vt nunc ꝑ oscilla genus purgationis qđ maximũ est ĩtelligamus. Nã primũ aquæ, scđm ignis, tertiũ aeris. g ¶ Mollia .i. mobilia & vt̃ Vir. illoꝝ opinionẽ seq. q in honorẽ liberi patris putant oscilla suspẽdi, ꝙ eius sit pẽdulus fructus. f ¶ Oscilla autem dicta qđ capita & ora bestiarũ in summis porticibus tegebanẽ. Siue qꝛ hũc vsum oscl dñr frequẽter exercuisse, & per italiam sparsisse.

¶ NEC nõ ausonij troia gẽs missa coloni, V. PRO. in. l. r. q̃. s. ¶ Oraq; corticibus. s. h. c. Et. te. b. vocãt. p. l. t. q;. Oscilla ex. a. s. m. p. Hic ritus oscilloꝝ iactationis frequẽs in italia ab atticis est traditus. Celebranẽ aũt ferijs, sementinis ex hac causa ab atheniẽsibus ĩstitutus, Icarus pastor atticus, quũ a libero patre accepisset vinũ depurãdũ venale, & ꝑciperet ignorãtib' adhuc vsũ hui' vt pce biberẽt. Illi sapore delectati, ꝯtumaces fuerũt ꝑcepto. Itaq; quũ & corp' eoꝝ soluerenẽ, & ĩmo ebrietate, arbitrati se venenũ accepisse, ĩterfecerũt Icaꝝ. Cãis aũt ei' sine dño reuersus ad erigonẽ filiã, dux fuit q̃rẽti patrẽ. Illa aũt cognita morte icari, suspendio se necauit. Canis nõ recedẽs a corpore dñorũ inedia ꝯsumptus est. Quũ autem subita pestilẽtia in attica ĩcidisset, & noui generis ꝟgines alienata mẽte suspẽdio se necabãt ĩ siluis, Cõsultũ ẽ oraculũ apollinis de fine tã luctuosi furoris. Respõsuꝫ est remediũ futuꝝ, pñs supplicũ eoꝝ q occiderãt icarũ. Quib' acquisitis & ĩterfectis. sacratisq; inter sidera icaro filia, & cane plane numinib' sacrificiũ ĩstitutũ est, quo oscilla imitarenẽ suspẽdia atticaꝝ virginũ. Eleã græce dicunt oliuã, ex qua premiẽ oleum, qđ eleon vocatur. Eleos dr̃ misericordiæ quæ quia cõtingit eis quibus pax datur, olea pacis signum est.

¶ NEC non

ANTO. ¶ NEC non ausonij, prędictos atticorum ritus, vt Cassiodorus & Probus scribunt Romam sicut cætera externa ad suū rempu. traxerunt, ausonij antea italiæ populi pometio agro vicini cāpaniam tenebant, & cū mare siculum ne semel quidē incoluerint, Siculum tñ pelagus ausoniū appellatur, auctor est Stra. li. v. Festus vo sic, ausoniā appellauit Auson vlixis & Calypsus filius eam primā italiæ partem, in qua sunt vrbes beneuentum & cales, Deinde paulatim tota quoqȝ italia, quæ apœnino finitur dicta est Ausonia ab eodem duce a quo vrbem etium Auruncam conditam ferunt. ¶ Ora pro personis posuit, vt Macro. etiam libro sexto ait. ¶ Per carmina læta. i. per hymnos. ¶ Oscilla, Higinus sic ait, Cum in finibus atheniensium mulʼæ virgines sine causa suspendio sibi mortem consciserent, quod erigone moriēs erat pcata, vt eodem læto filiæ atheniensium afficerentur, Quo ipsa foret obitura nisi Icari mortem persecuti, & eum forēt vlti. itaqȝ cum id euenisset, petentibus eis Apollo dedit responsum, si uellent euentu liberari erigone satisfacerent, quiqȝ ea se suspenderat, instituerunt, vti tabula interposita pendente funibus se iactarent, vtqȝ pendentes vento mouerent, quod sacrificium solemne instituerunt, itaqȝ & priuatim & publicæ faciebant. Probus autē scribit. Oscillorum ritus in italia ab atticis quoqȝ sumptum esse, qui ritus celebrabatur serijs sementinis, dictæ vo feriæ sementinæ auctore Var. a semente. Refert autem Probus eadem pene quæ Higinus de oscillis. ¶ Mollia, idest pensilia, vt apud Martia. nec triuiæ tēplo molles laudentur honores, idest pensiles, nam summa miracula inquit Plinius li. xxxvi. c. xij. Erant ibi epistilia tantæ mollis attolli potuisse, nec de re alia intelligendum est. fit enim comparatio ad amphiteatrum ab ædificio, non a statuis vel alijs. ¶ Tibiqȝ, mortuus fuerat Icarus bacchi munere, inde Erigone filia se suspenderat, inde etiam Atheniēsium virgines ob erigones imprecationem, sed habito responso postea vt dictum est Oscillorum sacra instituta sunt. Postea dicit baccho illa fieri solita, vt placaret. s. ac ñ eiusdem irato numine suspēdia virgines exercuissent, hac rōne baccho oscillorum sacra potissimū tributa existimo, cū propter Icaꝛ & Erigonum fuerint instituta, ad tollēnda virginum suspendia. oscilla

CHRI. ¶ CAVATIS, cōcauis, & in formam personarum recuruatis. ¶ Oscilla, hæc a seruio exponuntur, Cæteꝝ Herodotus scri. ægyptios similia græcis sacra baccho facere, in quibus mulieres cubitales statuas, quas phallos vocāt circunferunt. Hæ pene maiorem reliquo corpore habent, illumqȝ solum mouent. Aliæ autem mulieres phallos sequuntur Dionysium canentes. Et Var. teste Augusti. liberum esse dictum vult a liberamento quod mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idē in fœminis agere liberā quā Venerem putant. Et ob hoc libero membri virilis liberæ muliebris formam in templis ponebat. Ob eandē rē mulieres aiunt attributas libero, & vinum pter libidinem cōcitandam. sicqȝ bacchanalia concitantur. Colebant ergo auctore eodē Augustino in eius sacris virilia, & per dies festos hoc membrum postellis positum primum iure in cōpitis, & vsqȝ in vrbem postea vectabant, in oppido vo Lauino vni libero totus mensis tribuebatur, cuius dies b' flagitiosis verbis vtebant, donec illud membrum per forum transuectū suo in loco quiesceret, cui honestissima materfamillias coronā iponebant, hæc habui q̄ de huiusmodi sacris referrē. Oscilla etiam ab ore diminutiuum esse af. Nā Colu. oscilla lupinorum dixit. Liberum

Hinc[a] omnis largo[b] pubescit vinea foetu.
Complentur vallesqȝ cauæ, saltusqȝ pfundi
Et quocūqȝ deus circum caput egit honestum.[d]
Ergo[c] rite suū Baccho dicemus honorem
Carminibus[e] patriis, lancesqȝ, & liba feremus.

SER. a ¶ HINC. i. post hæc sacra celebrata. b ¶ Largo, abūdanti, & fertili. c ¶ Ergo rite suū. b. d. h. iuste igitur Liberi sacra celebrabimus. d ¶ Honestū, pulchrum. e ¶ Carminib' patrijs. i. romana lingua. pleraqȝ. n. sacra p gentiū qualitate, pleraqȝ: sm suum ritū colunt. Nam hymni Libero apud græcos græca, apud latinos latina voce dicūtur, hymni vo matris deum vbiqȝ propriam idest græcam linguam requirunt.

ANTO. ¶ HINC post bacchi sacra. ¶ Pubescit, germinat. crescit, floret. ¶ Honestum pulchrum carminibus patrijs, idest latina lingua, nam apud græcos et græca lingua hymni libero dicebant. ¶ Lāces, sacrificādi vascula. ¶ Libaqȝ, de ijs eclo ga. vii. legito.

CHRI. ¶ HINC, ab istis sacris. Et hortatur ad religionē qm̄ tantum ex sacris proueniat cōmodum. ¶ Fœtu, quicquid concipitur fœtus appellat. siue ab aīatis, siue ab ianimatis proueniat. Vnde & fœminas & arbores quæ conceperint foetas dicimus hinc fœtura est, hinc etiam fœnus quod pecuniæ fœtus fit. ¶ Et quocūqȝ deus cir. ca. Ostēdit quid nobis proueniat ex pſentia numinis. Cūqȝ qd circumspexerit fœtus vberes pducat. Et tacite admonet non minorē curā circa sacra q̄ circa culturā agrorū habendam esse. fœtus Fœnus

Et ductus[a] cornu stabit sacer Hircus ad aram.
Pinguiaq; i veribus[b] torrebimus exta colurnis.
Est etiam[c] ille labor curandis vitibus alter
Cui nunq̃ exhausti[d] satis ẽ naq; oẽ[e] quot annis
Terq; quaterq; solum scindẽdũ. glebaq; versis
Aeternũ[f] frangẽda bidentibus. omne leuãdũ[g]
Frõde nemus, redit[h] agricolis labor actus ĩ orbẽ,
Atq; in se sua per vestigia voluitur Annus.
Ac iam olim[i] seras[k] posuit cum Vinea frõdes,
Frigidus[l] e siluis Aquilo decussit honorem,
Iam tum acer[m] curas[n] veniente extẽdit in annũ
Rusticus, & curuo[o] Saturni dente relictam[p]

SER. a ¶ DVCTVS cornu stabit sacer hircus ad arã, stabit placebit, tunc. n. est aptũ sacrificiũ quũ animal dedicatũ victimæ patiens innenitur. Vñ alibi sic ait, et statuã añ aras aurata fronte iuuencũ. i. placere faciam. Contra Lucan' Discussa taur' ab ara. Nã iprobãt ari spices hostiã q̃ admota altaribus reluctatur. Sacer autẽ execrabilis, vt Auri sacra fames. b ¶ Verib' colurnis. i de corylo factis, & id propterea quia sicut cap est inimicus vitib', q libero immolatur, ita teiã eis nocẽt coryli. Vñ & supra ait, Neue iter vites corylũ sere. c ¶ Est ẽt ille labor, Iã se paulatim tẽdit ad vitiũ vituperationẽ dicens, & infinitũ esse eap laborẽ, vt Cui nunq̃ exhausti satis est, & incertũ fructũ, vt Et iã maturis metuendus iuppiter vuis, & ipsum etiã fructũ pnitiosum, vt Bacchus & ad culpã causas dedit. d ¶ Exhausti, exhaustionis finitionis, qđ q asperũ visum est se ad figurã transtulit dicens exhausti, vt seruantissimus æqui, pro æquitatis. e ¶ Oẽ solũ continens. s. vites. f ¶ Aeternũ, semper, & perpetuo, & absolute locutus est. g ¶ Leuandus, releuandũ, spoliandũ. Omne autem nemus dicit & arbop & vitium. Vnde paulo post dicturus est Bis vitibus ĩgruit vmbra. h ¶ Redit agricolis labor actus in orbẽ, idest in anni circuitũ labor se inuicẽ sequitur rusticop. i ¶ Olim, quandoq; significat autem finale tẽpus autumni. k ¶ Seras frondes, sero cadentes. Tarde enim spoliantur vites frondibus. l ¶ Frigidus & siluis aquilo decussit honorẽ, Varronis hic versus est m ¶ Acer rusticus, nõ qlibet, sed acer & diligens. n ¶ Curas venientẽ extendit quasi in tpe alieno p̃meditaẽ futurũ labores. o ¶ Curuo saturni dente. i. falce q̃ est in eius tutela. Nam saturnus dicit patri Cœlo falce virilia amputasse q̃ in mare cadentia venerẽ creauerunt, qđ iõ fingitur, q nisi humor de cœlo in terras descenderet, nihil crearetur, Alij saturnũ deũ esse temporum dicũt, q̃ sicut falx in se recurrunt, Alij vero dicunt saturnũ ĩ progressu nihil nocere, quum retrogradus est esse periculosum, ideoq; eũ habere falcem in tutela, qđ & ipsa ptenta nihil valet, retro vero acta, qcquid ei occurrit secat. p ¶ Relictam, s. a se

ANT. paulo ante desertam. ¶ STABIT. non fugiet, per quod aptũ sacrificiũ notãt. ¶ Sacer, execrabilis. ¶ In veribus colurnis, in pasillis. veribus aũt ait, qm̃ q̃das exta in olla, quædã in veru coq̃bant, Vñ ait Varro, hæc sũt quorũ in sacrificijs exta in olla non in veru coquunt. ¶ Satis exhausti. i. sufficiens finis vel pfectio, vt q̃ bella exhausta canebat. i. finita, & pfecta. ¶ Terq; q̃terq; Pli. li. xvij. cap. xxi. scri. Satis esse vineam ter anno confodi, ab æquinoctio verno, ad virgiliap exortum & canis ortũ, & nigrescente acino. Quidã ita determinãt veterẽ semel a vindemia añ brumã, cũ alij ablaqueare, & stercorare satis putent. Itẽ ab idibus Aprilis anteq̃ cõcipiat, hoc est in. vi. idus maij deinde priusq̃ florere ĩcipiat, & quũ defloruerit, & variante se vua. Peritiores affirmãt si iusto sepius fodiatur in tñ tenerescere acinos, vt rumpãt quæ fodiunt, ante feruentes oras dici fodiendas cõueniũt. Aeternũ, semp. ¶ Frangenda gleba, (occare) id occare appellant ab occidendo, q̃ grãdes terræ cædit globos, vt Festus ait, Omne nemus vitiũ. s. de quo vide paulo inferius, Bis vitibus ĩgruit vmbra. ¶ Labor actus. i. in ipsa, vinea habitus & effectus. ¶ Annus, (Annus) solis annũ nõ solũ a calẽdis Ianuarijs vsq; ad easdẽ vocamus, sed ẽt a sequenti post calendas die ad eundẽ diẽ, & a quocũq; cuiuslibet mensis die, vsq; in diẽ eiũdẽ redditus annuus vocatur, auctor Macrobius li. ii. de som. & lib. i. sat. inq̃t, q̃ At eius Capito annum circuitu tpis putat dictũ, q veteres an p circũ ponẽt solebãt. ¶ Honorẽ, nam vt aiũt turpe. & sine frõdibus arbor, & sine crine caput. ¶ Saturni dentẽ, falcẽ saturno putant attributã qđ tpa ola metat, excedet, & scidat, nã idẽ Chronos est. i. tempus, auctor Mac. li. i. saturnalium, falcis autem vinitoriæ figura a Columel. li. v. ca. xxv. docetur ample.
(CHRI.) ¶ SACER, execrabilis. ¶ Pinguia, nam pingues decet eẽ hostias q̃ sacrificant. ¶ Versus, nã capitib' bidẽtiũ, & marap assiduo vsu glebas. i. ĩminutissima :situla terẽdo frãgũt ex q̃ humescit soli supfic. ca, & refrigescit frigefactaq; vitẽ opaco frigore ptra caloris vĩ munitã reddit. ¶ Nem'. i. opacitatẽ pãpinorũ q̃ speciem

speciem nemoris pbet. Est igit interlucanda vitis, vt sol ad vuas maturādas facilius penetret. ¶ Redit agricolis labor actus in orbem. Sententia est, Toto anno laborat circa vites, quo qdē finito redit labor redeūtis anni. ¶ Per sua vestigia, nā ita p duodecim zodiaci signa circū agitur sol a quo annus ē, vt nusq̄ ex suo trito cursu discedat. ¶ Dente curuo saturni, Falcē putatoriā intelligit, quā inuenisse Saturnū ferūt. Vnde simulachra illa insigniuntur.

Persequitur vitem attondēs, fingitq;[a] putando.
Primus[b] humū fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta. & vallos[c] primus sub tecta referto.
Postremus metito[d]. bis vitibus[e] ingruit vmbra.
Bis segetem[f] densis obducunt sentibus herbæ.
Durus[g] vterq; labor: laudato[h] ingentia rura
Exiguum colito necnon etiam aspera Rusci[i]
Vimina per siluam, & ripis fluuialis arundo

SER. a ¶ FINGIT, cōponit, vt Figitq; pmendo. b ¶ Primus humum fodito. i. ad labores primū te esse conuenit, Vltimus ad fructus legēdos. Vinū enim factum de vuis immaturis cito acescit. & in hoc loco est vitiū vitupatio, quaꝝ fructus aut imaturi collecti depereunt, aut si eaꝝ fuerit expectata maturitas, nihilominus peunt, Nam dicturus est. Etiam maturis metuendus Iuppiter vuis. c ¶ Vallos primos sub tecta referto, idest vitiū sustētacula, quæ nōnullis locis sub tecta portant, ne imbribus cito depeant. d ¶ Metito, vindemiato. e ¶ Bis vitibus ingruit vmbra. s. & ipsi vitis & arboris, quæ amputanda est, vt demptis, folijs sol admittat, quo possint vuæ maturescere. f ¶ Bis segetē densis obducūt sentib' herbæ, semel autumnali, & semel vernali tēpore. g ¶ Durus vterq; labor, & euellendaꝝ herbaꝝ & secādarum frondiū. h ¶ Laudato ingentia rura Exiguum colito, hoc etiā Cato in libris dicit ad filium de agricultura, quod ideo dictū est, vel quia maiores agros incultos rura dicebant, idest siluas & pascua. Agrum vero dicebant eum qui colitur, vt intelligamus Laudato ingentes siluas, colito agrum minorem, vel quod melius, quia ait in primo, Alternis idez tonsos cessare nouales, Et segnem patiere situ durescere campū quod fieri non potest nisi fuerint spatia maiora terrarum. Nam & Cato, vt diximus, & Cicero in œconomicis ob hoc laudant prædia latifundia, vel qa (vt Donatus dicit) etiā non culta præstant aliquid hoīs. i ¶ Rusci, ruscum virgultū est, vñ vites ligantur, & cōmemorat labores qui licet circa alia, tamen pro vitibus exercentur.

ANTO. ¶ FINGIT, cōponit. ¶ Putando, Theophra. li. iij. de causis plantaꝝ ait, q̄d qñ bñ vitis putat & germen & fructū meli' affert, & viuet diutius pōt. Tpa aūt amputandi alij locis tm̄ modo diuidunt, alij genera ēt tangunt, iubēt mature illas recidere q̄ solo sicco & calido cū primū sua demittere folia cessauere q̄ in frigido atq; pluuio positæ sunt has paulo añ germinationē, quippe que ī solo sunt stricte,

humorē suū seruātes ipsæ meliorescūt, & fructū vini suauioris pgenerāt, q̄ vo ī frigido sūt emisso humore, nec ipso deteriores quicq̄ reddant, & fructus sit incorruptior, mediū āt ac tēperatū obtinētib' agrū mediū tpa statuit Pli. vo li. xvij. docet, quo maturius putant aptis dieb' eo plus materiæ fundūt quo serius eo fructū vberiorē, quāt macras prius ꝯficit putare validas nouissime plagā oēm aliq̄ fieri vt facile decidāt ibres Recidi āt sp īter duas gēmas, ne sit vulnus oculis ī recisa pte. Si macra vitis idoneos palmites nō hēat ad terram recidi eā, nouosq; elici vtilissimū. ¶ Sarmēta, Sparsa vinea putata. i. putrefacta. Vñ & virgulæ abscisæ sarmēta dicunt, sarpere. n. antiq p purgare ponebāt, vt est auctor. ¶ Sub tecta, ne pluuia marcescat. ¶ Vallos, palos. Sarmēta sarpere
¶ Metito, fructus sumito. ¶ Bis vitibus ingruit. i. supuenit, bis aūt ait, qm̄ post primam pampinationē iteꝝ crescūt pampini, & q̄titate, & numero. vnde Pli. li. xvij. ca. xxj. ait, pampinatio verna in ꝯfesso est ab idib' maij inter dies decem vtiq; anteq̄ florere īcipiat, de sequēte variant sniæ, quum defloruerit alij q pampinandō putant, alij sub ipsa maturitate, his igit patet nō ꝯuenire illud. ¶ Bis vitibus ingruit vmbra, scilz ipsius vitio & arboribus. ¶ Bis segetē, post primam nāq; purgationē iteꝝ opus est purgare atq; euellere herbas, nec pcedere pōt bis, idest autūno & vere qa hyemis initio, vt plurimū seritur, aut autumni fine. ¶ Vterq; labor, vitiū & segetum purgatio dēūs sentibus, id pp carduos, & tribulos, ac lappas, vñ lib. j. inquit, vt mala culmos esset robigo segnisq; horreret in aruis, Carduus intereūt segetes subit aspa silua lappæq;, tribuliq; &c. ¶ Exiguū colito, modum agri in primis seruādū antiq putauere qppe, ita cēsebāt, Satius esse minus serere melius arare, qua ī snia, & Virgiliū fuisse video, ait Plinius libro decimooctauo. Columel. etiā refert libro qnto, ca. tertio, Paridium quendam duas filias, & vineis consitum habuisse fundum, cuius tertiam partem nubenti maiori filiæ, dedisse in dotē, ac nihilom n' æque

magnos fructus ex duabus partibus eiusdẽ fundi pcipere solitũ. Minores deĩde filiã nuptũ collocasse in dimidia pte reliq agri, nec sic ex pristino reditu detraxisse &c. ¶ Rusci, ruscũ herba est sponte nascẽs, qa in cibis vtunt pleræq; gẽtes, Plinius lib. vigesimoprĩo. ca. xxviij. Maro tamen fruticis genus esse ostendere videt, eo demum vites ligabantur.

CHRI. ¶ PERSEQVITVR vitem relictam, quasi dicat, continuat laborem anni insequentis I vi-te, cuius præteriti anni culturam reliquerat. ¶ Fingit, componit, & indebitam formam re-ducit ea amputando. ¶ Sarmenta, omnia quæ superflua ex arboribus amputamus sarmẽ-ta dicuntur. ¶ Vallos, in masculino genere palos dicimus. ¶ His, idest sustentantur vi-tes, & alio vocabulo dicuntur pedamenta. ¶ Metito. i. vindemiato. ¶ Rusci, q sentes alio nomine appellantur. Nascuntur vbiq; in agris, & sepibus. est autem ad vituperationem vi-tium, q non solũ ipæ maximo studio colendæ sunt, sed & multi frutices pp vites coluntur.

Cæditur, incultiq;[a] exercet cura Salicti.
Iam vinctæ vites, iam falcem[b] arbusta reponũt,
Iam canit[c] extremos effœtus vinitor Antes,
Sollicitanda tamen tellus. puluisq;[d] mouẽdus.
Et iam maturis[e] metuendus Iuppiter Vuis.
Contra non vlla[f] est oleis cultura, neq;[g] illæ
Procuruã[h] expectant falcem, rastrosq;[h] tenaces

SER. a ¶ INCVLTIq; exercet cura salicti, quasi eius indignatione ait causa vitium cura, nos etiã sponte nascentium rerũ fatigat. b ¶ Iã falcem arbusta reponunt. i. iã putatæ sũt, nec falcem reqrũt. c ¶ Iã canit extremos effœtus vinitor antes, melius est effœtus legere, q̃ effœtos, vt quidam volũt, & antes. alij extremos vineaꝝ ordines accipiunt. Alij macerias qbus vineta claudunt, quæ maceriæ fiunt de assis. i. de siccis lapidibus, vñ & assæ tibiæ dñr, quibus canitur sine chori voce. Dicuntur aũt antes a lapidibus eminẽtioribus, qui interponuntur ad maceriem sostentandam. licet Cato de re militari primo, Pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus duces. Nam proprie antes sunt eminẽtes lapides, vel colũnæ vitiæ, qbus fabrica sustinetur, & antes appellantur ἀπὸ τοῦ ἀντισηκοῦν, ad quaꝝ etymologiã etiã extremos ordies vineaꝝ possumus trahere, qui ante stant. hoc aũt dicit, iaꝝ canit rusticus labore finito, tñ deesse non potest, qđ circa culturam vitium exercere adhuc debeat, & quod dicit iã canit extremos antes, ita sentiendum, quasi dicat, iam quod vltimum & finitum esse videtur in vineis cultor rusticus compleuit. nã & vltimam parteꝝ vineæ per columnas & macerias struxit. vltimum. n. vr̃ esse, vt inde q̃ũ iaꝝ securus sui laboris canit & gaudet, tñ adhuc debet eẽ solicitus, nec vnq̃ in oĩbus esse securus. d ¶ Puluisq; mouendus, genus ipsum culturæ puluera-tio vocat, quo imminutæ glebæ vitibus applicantur. e ¶ Maturis metuẽdus Iuppiter vuis, aer more suo, cuius varietas laborẽ plerunqꝫ decipit rusticorũ & tacite vr̃ admonere, qđ in primo aperte dixit, In primis venerare deos, sacrificijs tempestates esse pellendas. f ¶ Nõ vlla, idest nulla, Alij nõnulla legũt. i. aliqua, nõ vt in vitib⁹ nimia. g ¶ Neq; procuruã expectant falces, vt putentur, qđ tñ ad curas anniuersariã refert. Nã necesse est lieꝫ tarđ oliuã putari. h ¶ Rastros, ad fodiẽdũ. s. Negligẽtiam aũt ferũt oleæ quum iã cœperit esse valentiores, Naꝫ adhuc paruæ nimiam curam requirũt.

PRO. ¶ ANTES effœt⁹, ordies. n. ad vĩdemiã scõdiẽ, & tũ maxĩe subitos ĩbres piculosos eẽ.

CHRI. ⁋ DOLOR, nam & lachrymas victos emittere, & victores letitiã oſtẽdere dixerũt. ſ Cum ſpes arrectæ, Ecbaſis ornandi loci cã. ſ Inſtant, nunq̃ ceſſant ab ope. ſ Torto, nã ex crebro motu ꝓtorquent, & inflectunt lora. ſ Ruunt effuſi, pinxit illoꝝ celeritatem. ſ Iamq; humiles, tota hæc curſus deſcriptio, picturæ q̃ ſcripturæ ſimilior eſt, ipſæ etiã conciſæ, breueſq; clauſulæ faciunt, vt celeritas narrãtis expꝛeſſius demonſtret celeritatẽ currentiũ. ſ Iã humiles, iam elati, q̃a ſaltu rem peragũt, vt pp̃ eoꝝ leuitatem per aerẽ potiuſq̃ per terrã ferri videant. ſ Tantus. a. lau ideirco accelerãt, q̃a victoriæ cupidiſſimi ſunt. Pelethronij frenos ac ſtrata equoꝝ primi inuenerũt. ſ Erichthonius, Auguſtinus in li. de ciui. dei ait, hũc puerũ athenis in Vulcani, mineruæq; tẽplo adinuentum ſerpẽte implicatum, & quia ſibi regnum portendebat diligenter enutritum, Horumq; deoꝝ filium, cũ parentes ignorarentur, iudicatũ. idem Augu. refert. Hic, vt placaret iratũ Apollinem, q̃ eius templum a Danao rege incenſum fuerat, nec græci id prohibuerant, & ꝓpterea ſterilitate regionẽ oppreſſerat, ludos muſicos eidem Apollini inſtituit, itidemq; Mineruæ, vbi victores oleo donabant, Plinius autem ſcribit Erichthonium quadrigas inueniſſe, item argentum Athenis.

> Impoſiti dorſo, atq; eq̃tem [a] docuere ſub armis
> Inſultare ſolo, & greſſus [b] glomerare ſuperbos.
> Aequus vterq; [c] labor æque, iuuenemq; magiſtri
> Exquirunt [d], calidumq; animis, & curſibus acrẽ.
> Quamuis [e] ſæpe fuga verſos ille egerit hoſteis.
> Et patriam [f] Epirum referat, fortiſq; Mycenas.

SER. a ⁋ EQVITEM docuere. i. equũ, nã pro equo rectorem poſuit. b ſ Greſſus glomerare ſupbos vt cum diſciplina incederet. c ſ Vterq; labor, & ſub iugũ mittere, & ſubuertere frænũ. d ſ Exq̃runt, calidumq;. e ſ Quãuis ſæpe fuga, ordo eſt, q̃uis ſæpe victor fuerit q̃uis nobili genere ꝓcreatus, tñ a magiſtris ætas eſt magnanimitaſq; requirẽda, quæ ſi non fuerint, illa nihil proſunt. f ſ Et patriam epirum referat, q̃a in epiro ſunt equæ optimæ, q̃bus exercẽtur curule certamen, Iouis olympici.

ANTO. ⁋ EQVITEM. i. equum portantem hominẽ omnes enim antiqui ſcriptores vt homines equo inſidentem, ita & equum qui portaret hominem equitem vocauerunt, & equitare non hominem tantum, ſed equum quoq; dixerunt, auctor eſt Macro. lib. ſexto in fine.

Equus Equitare

ſ Vterq; labor. ſ. docere equum ſaltus & ingreſſus, poteſt etiam per epexegeſim legi, vt dicatq;. i. æque magiſtri exquirunt iuuenem equum, Calidumq; animis & curſibus acres. ſ Quãuis, ſenſus eſt eligendum eſſe equum iuuenem, calidũq; animis & curſibus acrem q̃uis ſæpe curſu victor aliorum fuerit, q̃uis optimã patriam referat, & optimã ſtirpẽ. ſ Egerit fugauerit. ſ Epirũ, de epiro latius libro ꝑmo Georgi. Palma epiros equaꝝ. ſ Fortiſq; mycenas ad agamemnona reſpexit q græcoꝝ ductor exercitus Troiã deleuit. vnde alibi ait, Agamemnoniaſq; Mycenas. Præterea docet Stra. li. viij. q̃ Argos a primordio magis ac magis extitit potẽtia primariũ, ſubinde Mycenæ ampliora ſuſceperunt incrementa pp̃ commigrantes in illas pelopidas, nam cum omnes ad Atrei filios cõſiſterent. Agamemnon natu grandior regnum adeptus duce virtute, ac pariter fortuna comite regionis paternam poſſeſſionem ampliauit, & mycenæo laconicum adiecit imperium, verum Menelaus Laconicæ regimen tenuit. Agamemnon Mycenarum vſq; Corynthum, & Sicyonem & Ionnm & Agialeoꝝ. ſic enĩ ea vocabantur ætate cum poſterius Achei dicti ſunt, regnum ſuſcepit. Hæc & plura Stra.

Menelaus

Neptuniq; [a] ipſa deducat origine gentem.
His [b] aiaduerſis inſtant [c] ſub tempus & omnes
Impendunt curas denſo [d] diſtendere pingui,
Quem [e] legere ducé, & pecori dixere [e] maritum.
Florenteiſq; [f] ſecat herbas, fluuioſq; miniſtrant.
Farraq; ne blando [g] nequeant ſupereſſe labori.
Inualidiq; patrum referant ieiunia [h] nati.
Ipſa autem macie tenuant armenta volentes.
Atq; vbi concubitus primos iã nota [i] voluptas
Sollicitat, frondeſq; [k] negat, & fontibus [l] arcent.
Sæpe etiam curſu [m] quatiunt, & Sole [n] fatigant,
Cum grauiter [o] tunſis gemit area frugibus & cum
Surgẽtem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes
Hoc faciunt [p], nimio ne luxu obtuſior vſus
Sit genitali [q] aruo, ſulcoſq; [r] oblimet inertes.
Sed rapiat ſitiens Venerem, interiuſq; recondat
Ruſus [t] cura patrum cadere: & ſuccedere matrũ

SER. a ¶ NEPTVNIq; ipſa deducat origine gentem. i. ſi ſit procreatus ab equo Neptuni, qui editus eſt tridentis percuſſióe. b ¶ His animaduerſis, morib' & ætate dephẽſis. c ¶ Inſtant ſub tempus, coeundi. ſ. quo eis cura maior adhibetur. d ¶ Denſo diſtẽdere pingui, non laxo, qđ quibuſdam potionib' agaſones per fraudẽ facere cõſueuerũt, vñ ait Dẽſo pingui. i. virib' pleno. Sane pigue generis eſt neutri, & ita in oib' idoneis inueniũtur. Nã nec pinguedo nec pinguetudo latinũ ẽ. e ¶ Dixere, p deſignauere. Cicero de re. p. ſic õ accuſatore. l. v. dcã. & Hora. quem Venus arbitrũ dicit bibendi p deſignat. f ¶ Florẽteſq; ſecãt herbas, adultas, maturiores, qbus robur acquirit. g ¶ Ne blando nequeat ſupereſſe labori, periphraſis eſt coitus. h ¶ Ieiunia, infirmitatẽ ex inedia venientẽ. i ¶ Nota voluptas, dicẽdo nota p tranſitũ rẽ ab alijs diligenter expreſſam tetigit. Nã equæ puellæ quũ primũ coeunt, ſi macræ ſunt & debilitantur, & debiles gignunt, poſt primũ aũt partum tenues eſſe debẽt. k ¶ Frõdeſq; negãt, cõtra illud, Florenteſq; ſecãt herbas, fluuioſq; miniſtrant. l ¶ Fontibus arcẽt. i. a potu etiã phibent. m ¶ Curſu quatiũt, currere faciũt. n ¶ Sole fatigant, calore faciunt laborare. o ¶ Cũ grauiter tunſis, hoc eſt die medio. hoc aũt ad exprimẽdũ diei tẽs eſt poſitũ, nõ q eo tpe æſtatis coeant. p ¶ Hoc faciunt nimio ne luxu, nimio pigui, & bñ rẽ turpẽ aperte a lucretio tractatã vitauit trãſlationibus, quas oẽs ab agricultura traxit, vt luxu pp luxuriẽ ſegetũ. q ¶ Genitali aruo, p muliebri folliculo, quẽ valuã vocãt. vt etiã Plinius dicit, nã añ folliculus dicebat. r ¶ Sulcos oblimet inertes, claudat meatus. & hoc ſimiliter p tranſlationẽ dixit. Nã legimus ſupra, Et obducto late tenet oĩa limo. s ¶ Interiuſq; recondat. i. intra naturalia ſecreta & loca, quibus foetus claudit. t ¶ Ruſus, nõ iterum, ſed contra ponitur.

vim afferre vellet, ea ſe in equam vertit, Neptunus vo eã, ita compreſſit, vnde generoſi equi proditi eſſe dicunt, auctor Probus. nos autem latius de neptuni equis lib. i. Geor. ibi ſcilicet. Tuq; o cui prima fremẽtũ &c. ¶ His vſ ætate & annis equi. ¶ Inſtãt, incumbũt, attendunt. Sub tẽs prope tẽpus coeundi. ſ. cui dat initiũ teſte Varrone li. i. c. vij. ab æquinoctio verno ad ſolſtitium. Admittẽ ãt oportet, quum tempus anni venerit, bis die, mane & veſpere. Columella ẽt lib. vij. ca. xxv. ſic ait, vulgaribus equis, paſſis maribus, ac foeminis paſci pmittitur, nec admiſſuræ certa tpa ſeruent. Generoſis circa vernũ æquinoctiũ mares iungentur, vt eodẽ tpe quo cõceperit iã lætis, & herbidis campis poſt anni menſem paruo cũ labore foetũ educẽt, nã menſe. xij. partũ edunt. ¶ Dẽſo, pigui. Ait idẽ Colu. eoq; tpe quo vocatur a foeminis, equus. ſ. roborandus eſt largo cibo, appropinquãte vere hordeo, eruoq; ſaginandus, vt Veneri ſupſit, quantoq; fortior inierit, firmiora ſemina præbeat futuræ ſtirpi. & Varro li. ij. c. v. de bubus ſic ait, pp foeturam, Hoc obſeruare ſoleo añ admiſſurã, mẽſem vnũ ne cibo & potione ſe ipleant, qđ exiſtimaẽ facilius macras cõcipere, Cõtra tauros duobus mẽſibus añ admiſſuram, herba & palea, ac foeno facio pleniores, & a foeminis ſecerno. ¶ Blãdo labori. i. Veneri. Iam nota voluptas, de eqbus intelligit alias enixis. ¶ Paleæ, quid pprie palea ſit l. i. geor. videto. ¶ Luxu, copia abũdantia. ¶ Obtuſior. i. hebes eſt, n gradus p gradu. ¶ Vſu, vtilitas. ¶ Genitali aruo. i. vuluæ, & matrici. ibi. n. cõcipit, ibi educatur, & creſcit qcqd cõcipit. ¶ Oblimet, obducat, coopiat, claudat, limo repleat pprie. ¶ Sulcos inertes, vuluæ meatus cõceptioni ſeptos, ſi repleti fuerint nimio luxu. ¶ Sitiens, vulua ipſa macrior. ¶ Venerẽ, equi ſemen. ¶ Patrũ admiſſariorũ, vbi. n. equas impleuerint, eorũ cura habetur nimia.

ANTO. ¶ NEPTVni origine, Neptunus cereri quum

¶ GENITALI aruo, tranſlatio ab agricultu CHRI.

na. Fit aũt obscœnitatis vitãdæ cã. Inachiæ ab eo q᷒ est Iachus. Fuit. n. & vigesimusprim Sicyonoȝ, q regnauit annos. xlij. cui successit Phest⁹, & ipse polybo successerat, Sycionoȝ ꝓmus rex agya'eus fuit, a quo agyalea dicta est, q̃ deide Peloponnesus est vocata, ícepit át regnũ regnãte Nino apud assyrios anno mũdi quĩto, ac octogesimo supra mille, ac centũ, & ꝓductũ est vsqȝ ad mũdi annũ septuagesimũ supra q̃ttuor milia, fuitqȝ vltius rex zeusippus.

Incipit, exactis^a grauidæ cum mensibus errant.
Nõ illas grauibus quisq̃ȝ iuga ducere plaustris,
Non saltu^b superare viam sit passus. & acri
Carpere prata fuge, fluuiosq̃ȝ innare rapaces.
Saltibus^c in vacuis pascant & plena^d secundum
Flumia, muscus vbi & viridissima gramie ripa,
Speluncæq̃ȝ tegant, & saxea procubet vmbra
Est lucos^e Silari circa illicibusq̃ȝ virentem,
Plurimus Alburnũ volitans, cui nomen^g Asilo
Romanum est, Oestrũ^f graij vertere vocantes,
Asper, acerba sonans, quo tota exterrita siluis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther

MR. a EXACTis grauidæ cum mensibus, vicinis partui, tunc. n. diligentius tractandæ sunt ne abigant. b Non saltu superare viam sit passus. q᷒ solet fieri quum pascunt pedibus l peditis. c Saltibus l vacuis, magnis. d Et plena flumina, ne sclinent ad potũ. e Est lucos silari circa ilicibusqȝ virẽtẽ Plurim⁹ alburnũ volitãs, Ordo talis ẽ circa lucos silari fluminis lucaniæ & alburnum eiusdẽ mõtẽ plurim⁹ volitãs, ac si diceret est, multa musca. Volitãs autẽ mod̃ o nomẽ est nõ participiũ. f Oestrũ graij vtere vocãtes, vtere ex soni similitudine onomatopeiã fecere. Non. n. possumus accipere ex latina lingua mutauere, quũ cõstet græcã primã fuisse, œstrũ aũt græcũ est, latine asilus, vulgo tabanus vocaẽ. g Cui nomẽ asilo Romanũ ẽ, vt cui Remulo cognomẽ erat.

PRO. EST LVCOS silari circa ilicibusqȝ. u. p. l. al. u. c. n. asilo. Ro. e. œstrũ graij. u u. Silarum flumen est lucaniæ, portus alburnus, & eiusdẽ nominis mons ad sextum a primis tabernis. mentionẽ facit lucilius hoc versu.

Quattuor hinc ad silari, flumen, portũqȝ alburnũ. Asilo, genus est tabani adeo acer, vt soleat armẽta bucera ingetare, vocaẽ græce œstreos. Meminit autem historiæ hoc loco Virg. eius, quã Ouidius in primo met. exposuit plene. referens inachi filiã io cõpressaȝ a ioue mutatã in vaccã actã esse per orbem terrarũ Oestro donec ad flumen Niluȝ venit, Ibi mitigata iunone finit⁹ st eius labor, quã Inachiam dicit Virg.

ANT. EXACTIS mẽsibus. i. perfectis & partui vicinis, vnde li. i. Geor. Exactum ad mẽsem pluuia ventisqȝ carebunt. Varro lib. ij. ca. vij. ait. Quũ conceperint æquæ, videndũ ne aut laborent plusculũ, aut ne frigidis sint in locis, quod algor maxime prægnãtibus obest, itaqȝ in stabulis & humore prohihere oportet humũ, clausa habere ostia, ac fenestras & inter singulas a presepibus interijcere longorios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint, pgnantem neqȝ implere cibo neqȝ exaurire oportet. alternis annis qui admittunt diuturniores esquos, & meliores pullos fieri dicunt. Grauibus palustris, innuit antequã partus vicinus fuerit prægnantes equas ẽt fatigari posse leui mõ. De plaustris videto libro primo geor. Saltibus vacuis, cãpis magnis & carẽtibus saxis, & arboribus deiectis. Secundũ, ꝓpe ad potũ procunbãt. Muscus, Vbi, lanugo viridior q̃ locis humidis, & sole carẽtibus sit muscus dicitur, hic pro herba illa tenella, seu lanugie, quæ in aquarũ superficie nascitur, accipitur. Lucos silari, Silarus fluuius est, qui veteres campaniã diuidit a picentibus, cui quidem fluuio proprium illud inesse tradiẽ, vt in eius Silarus aqua dimissa virgulta saxificentur, forma tamen, coloreqȝ seruato, auctor est Strab. lib. v. Probus scri. silarum lucaniæ fluuium esse, sic etiam Ptolemæus lib. iij. Alburnum, al- Alburn⁹ burnus lucaniæ portus, & eiusdem nominis mons teste Probo. Asilo. Pli. li. xi. c. xvi. scribit ꝙ nascẽtur, aliq̃ in extremis fauis apes grãdiores, q̃ cæteras fugãt. Oestrus, vocaẽ hoc malum Theodorus aũt interꝑs Arist. li. Asilus v. de hysto. animaliũ ait, ꝙ Asilus latiosculis qbusdam bestiolis, q̃ in fluuijs supernatãt enascẽ, quamobrem magna asilorum copia Tabani circa aquas, vbi id genus bestiarũ est. Tabani Oestrus ꝗo ex ligno nascuntur, Festus ꝗo scribit. Oestrũ græco vocabolo furorẽ dici. Præterea oestreo insanio, œstre lateomne stimulor, sunt qui putent asilum a voce dictum ab latinis. Oestrũ quoqȝ a voce græcis. Ego nñ œstrũ dictum ab illis puto a furore, & ita vertisse vocantes œstrum. Latini. n. ab voce asilum, illi œstrũ a furore vocarunt. Vertiẽ aũt nomẽ quoties ab ꝓprio l aliud trãsmutaẽ, sic Birsa cũ sit ꝓprie coriũ, ab re ipsa quoqȝ dicta est Carthaginis arx, sic & œstrus cũ sit furor ab eodẽ effectu œstrus dictum est illud animal.

Concussus, siluæqꝫ, et sicci[a] ripa Tanagri.
Hoc quondam[b] monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno pestem[c] meditata iuuencæ.
Hunc[d] quoqꝫ (nā medijs[e] feruorib[9] acrior īstat).
Arcebis[f] grauido pecori, armentaqꝫ pasces
Sole[g] recens orto: aut noctem ducētibus astris.
Post partum[h] cura in vitulos traducitur omnis.
Continuoqꝫ notas[i], et nomina gentis inurunt.
Et quos aut pecori[k] malint sūmittere habendo[l],
Aut aris seruare sacris, aut scindere terraꝫ,
Et campum[m] horrentem fractis iuertere glebis.
Cætera[n] pascuntur virides armenta per herbas.

SER. a ¶ SICCI tanagri, nō multū valentis. Tanager aūt fluuius ē Lucaniæ, & hoc dicit armētoꝝ mugitu cūcta resonare. b ¶ Hoc quondā monstro, argumentat̄ ab exēplo dicens, Iunonē œstrū se ꝯtra pellicē defendisse. Nota aūt ē fabula Io Inachi filiā ab ipso qdē Ioue Iunonis aduentu ꝯuersam eē in vaccā, cui Iuno īmisit œstrum quo toto orbe fatigata tādem aliqñ vēit ad ægyptum, & illic in hūm cōuersa ē. Trāsijt aūt p mare augustū quod bosphorō ab ea appellatū ē, nunc helespontus noīat̄. c ¶ Pestē meditata iuuencæ, vel quā pestē aū excogitauerat, vel meditata īferens & exercens accipiamus. Horatius, Horrēdaqꝫ cultis Diluuiū meditat̄ agris. i. īfert exercet. Nā & ī ipsa meditatiōe exercitiū ē. d ¶ Hūc quoqꝫ arcebis. i. & hoc malū remoue. e ¶ Nā medijs feruoribus acrior īstat, tunc est acrior. et dicendo ipse ostendit quēadmodum possit euitari. f ¶ Arcebis grauido pecori. i. a grauido pecore. Nā arceo a te dicimus. g ¶ Sole recens, orto statim. Salustius, Coria recens detracta veluti glutino adolescebant. h ¶ Post partū cura in vitulos. mō & de eqs & de bobus accipimus gñaliter. i ¶ Notas, characteres. k ¶ Pecori summittere, admissarios facere. l ¶ Habēdo, vt habeatur. Vt lucius in trigesimo, Nōnunqꝫ dabit ipsa ætas, quod possit habēdo. m ¶ Cāpū horrentē ecbasis poetica, suffecerat enim dicere Aut scindere terram. n ¶ Cætera pascunt̄, p hoc intelligimus illa ola quæ dixit aīalia domi esse seruanda.

PRO. ¶ ET SICCI, ripa tanagri, Tanagrus torrens est lucaniæ: qui quū pluuiæ sunt, effusior est, & sæuit, quum serenum, siccum est.

ANTO. Tanagr. ¶ TANAGRI, tanagrus torrens est Lucaniæ, qui cum pluuiæ sūt effusior est, & sæuit quum serenum siccus est, idem Pro. ¶ Acerba, pro acerbe. ¶ Inachiæ iu. inachus apud argos primus regnauit annis. l. auctor Euse. eius filia Io ab ioue in vacā Iunonis aduentu conuersa, quam postea Iuno dono accepit, tradiditqꝫ seruādā Argo pastori suo quo obtrūcato ab mercurio irata Iuno in Io œstrum immisit, quo exterrita illa vsqꝫ ī ægyptum fugit, ibiqꝫ Ioue agente in humanam redijt figuram, mutatoqꝫ nomine Isis dicta est, & ab ægyptijs pro dea culta. id aūt latius Ouid. narrat lib. j. methamor. ¶ Hūc quoqꝫ, vltra prædicta arcenda, vitādaqꝫ. ¶ Pecori armēta, hic nulla est Sinalœpha. ¶ Post partū cura in vitulos. Varro lib. ij. capi. v. ait de vitulis. Lactātes cū matribus ne cubēt, atteruntur enim quum creuerint vituli, leuandæ matres pabulo viridi obiciendo ī præsepijs, itē his fere in omnib' stabulis lapides sternēdi, aut quid, item ne vngulæ putrescant, ab equinoctio enim autumnali, vna pascūtur cum matribus. Semestribus vitulis obijciunt furfures triticeos, & farinam ordeaceam, & teneram herbam & vt bibant mane, & vespere curāt, hæc ex Varrone. Palladius item de aprili ait. Hoc mense vituli nasci solent, quorum matres abundantia pabuli iuuentur, vt sufficere possint tributo laboris, & lactis. ¶ Notas inurunt, Columella libro. xij. capite secundo loquens de fine aprilis ait, quod eodem tempore fœtus fœcundi pecoris signari oportet. Sed de ianuario scribens circa eius finem inquit. His etiam diebus maturi agni, & reliqui fœtus pecudum, nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent. Palladius quoqꝫ ī aprili ait, Et serotini fœtus hoc mense signētur. ¶ Et quos aut pecori, & omnis cura traducitur in illos quos, & cætera intelligit autem admissarios futuros. ¶ Cætera pascuntur, Varrone teste libr. ij. pascuntur armēta commodissime in nemoribus, vbi virgulta, & frons multa hyeme, quum hybernant secundum mare, æstu abiguntur ī montes frondosos.

CHRIS. Pulli. ¶ IN VITVLOS, Vt pullos dicimus iuniores in equo asino mulone, ac in omni volatilium genere, sic in boue & Elephanto vitulos dicimus. sed & in humana specie pullos dixerunt amatores pueros obscœne amatos. Vnde Fabius qui ob candorem eburnus dicebatur, qꝫ eius natis fulmine icta est, iouis pullus est vocatus, Pullum denique nigrum dicimus, Hinc pullam sicum, & iuuen. pullatos proceres dixit. Vitulos quoqꝫ de maioribus piscibus, vt sunt delphini: & balenæ. Qui & vitulus marinus piscis, hos phocas appellant.

Tu quos^a ad studiũ, atq; vsuз formabis agrestẽ.
Iam vitulos hortare, viamq;^b insiste domandi.
Dum faciles animi iuuenuз, dũ mobilis^c ætas.
Ac primum laxos tenui de vimine circlos^d
Ceruici subnecte, dehinc, vbi libera colla
Seruitio assuerint, ipsis e torquibus aptos
Iunge pares, e coge gradum^e, conferre iuuencos.
Atq; illis iam sæpe rotæ^f ducantur inanes
Per terram, e summo vestigia puluere signent.
Post valido nitens sub pondere fag'nus axis
Instrepat, e iunctos temo trahat^g æreus orbes.
Interea pubi^h indomitæ non gramina tantum,
Nec vescas^i salicũ frondes, vluamq; palustrem,
Sed frumenta^k manu carpes sata, nec tibi fœtæ^l
More patrũ niuea ĩplebuut mulctaria^m vaccæ.
Sed tota in dulces consument vbera natos.
Sin ad bella magis studium: turmasq; feroces,

SER. a CTV Quos ad studiũ, locus de bobus do/mãdis. b Viãq; insiste domãdi, institue ar tẽ domandi. c Mobilis ætas. i. anteq̃ ma gnitudo viriũ & pfecta ætas eis sit, ante eos icipe domare, mobilis flexilis. d Circlos circus est prin/cipale, vñ fit cir culus, & p syn/copam circlus, sicut periclũ a piculo, seclũ a seculo. e Co ge gradũ cõfer re, simul icede/re. f Rotæ ducant inanes, sine pondere. g Trahat ære us, fortis, sic in quinto. Aerea quę obliquũ ro ta trãsiit. Hora tius, Inclusam danaẽ terris ae rea. h Pubi indomitæ, hoc ad iuuencos tã tũ pertinet, Nã de equis paulo post dicturus est, vt Nãq; ante domandum Ingentes tollunt aios. i Nec vescas salicũ frondes, siccas, & teneras. Naз vescũ hoc ẽ pprie, vnde & araneaз telæ ve scæ vocant. k Frumẽta manu. i. ẽt farragi nem eis dabis. l Fœtæ More patrũ, fœtæ nostro more, neq; .n. mulgeri nisi enixæ pñt antiqui .n. fœtũ p grauido solebant ponere, vt Varro, vt cui' fœta feris libiæ, & ipse vir. scãdit, fatalis machina muros Fœta armis, & more patrũ, q lad magis studebãt fœtibus, alio q accusabatur auaritia eoꝝ, q sibi oẽ lac mulgebant. m Mulctaria, legiẽ & mulga ria, vt Valg. ait, Sed nos ante casam Tepidi mulgaria lactis, Et sinum vini cessauim' fun dere bacchi.

ANTO. CHORTARE, assuesce. Viamq; doman di. Columella li. vij. capite scdo ait, qð vitu los oportet, quum adhuc teneri sunt, consue scere manu tractari, ad psepia religari, vt exi guus in domitura labor eorũ, & minus sit pe riculi. Verũ neq; ante tertiũ, neq; post qntuз annũ iuuencos domari placet. Cũ illa ætas adhuc tenera sit, hæc iã prædura. Viam, rõ nem, cõsuetudinem. Insiste, statue, frequen ta, exerce. Iunge pares, custodiendum ne statura vel viribus impar cũ valentiore iũga tur, nã vtraq; res iferiori celeriter affert exi tiũ, verba sunt Columellæ. Ipsis e torqui bus aptos, ipsis e torquibus, idest ab ipsis cir/culis iunge pares & cetera. Aptos autẽ e tõi quibus ait, quia seruitio assueti torquiũ, apti ad domandum effecti sunt. Aereus, For/tis. Pubi indomitæ, vitulis indomitis. Non gramina tantũ. Columella li. vij. capite tertio scribit q si vbertas re/gionis viride pabulũ submi/nistrat, Nemo dubitat quin id genus cibi cæ/teris anteponẽ dũ sit. Ab idib' tñ mensis apri/lis vsq; in idus Maias viride pabulum recte sectant, potest enim in calen. Iulias frigidio ribus locis idẽ præstari, a quo tpe in calendis Nouẽbris, tota æstate, & deide autumno facit tur fronde, pro bat maxime vlmea, post fraxinea, & ab hac populnea, vltia sũt illignea, & querna, & lau rea. Vescas frõdes. i. minutas, vescũ. n. tẽ ste Nonio hunc etiã locũ afferente, minutũ, & obscurum notat. Festus inquit quod ve/scus fastidiosus dicitur, & pro pusillo vtebã/tur. Frumenta, farraginem, de qua latius iam iam. Sin ad bella magis, iam ad equos transit. Turmas, acies est enim tur/ma proprie equitum, habens equites .xxxij. huic qui præest Decurio nominatur, vt scri/bit Modestus.

Vescum CHRI. CVESCAS, Hoc nomẽ vt refert Gellius ex ve, & esca compositum est. Et cũ ve particu la modo augmẽtum, modo priuationem af/ferat, Nam dicimus vehementem a magnitu tudine mentis, & contra dicitur vecors quasi sine corde, poterit vescum vtrunq; signifi/care. Ergo recte Gellius ait, aliter Lucretium dicere salem vescum ab intentione edendi, aliter Lucilium vescum appellare cum eden di fastidio. Quapropter vescas frondes, id/est quibus auide vescuntur iuuenci, Festus quoq; scribit vescum fastidiosum significa/re, & Lucretium pro edace posuisse, vt nec mare quæ impendet vesco sale salsa peresõ, prisci ue particulam pro re parua ponebant, Varro oues vegrandes fiunt, atq; imbecil/les. Frumenta, vt ordeum, spelta. Sin ad bella, Equinum genus tripartito ponit. Co

lumella

ſumella. Eſt enim generoſa materies, quæ circo, ſacriſq; certaminibus equos præbet. eſt mu laris quæ precio fœtus ſui comparatur generoſo, & vulgaris quæ mediocres fœminas, mareſq; progenerat.

Aut alphea[a] rotis prælabi flumina Piſæ,
Et Iouis in luco currus agitare volanteis.
Primus equi labor eſt, animos atq; arma videre
Bellantum, lituoſq;[b] pati, tractuq; gementem
Ferre rotam, & ſtabulo frenos audire ſonanteis.
Tũ magis atq; magis blandis gaudere magiſtri
Laudibus, & plauſæ ſonitum ceruicis amare.
Atq; hæc iamprimo[c] depulſus ab vbere matris
Audiat, inq;[d] vicem det mollibus ora capiſtris.
Inualidus, etiamq; tremẽs, etiam[e] inſcius æui.
At tribus exactis, vbi quarta[f] acceſſerit ætas.
Carpere mox gyrũ incipiat: gradibuſq; ſonare
Compoſitis, ſinuetq; alterna volumina crurũ.
Sitq;[g] laboranti ſimilis, tum curſibus auras.
Prouocet, ac per aperta volans ceu liber habenis
Aequora: vix ſumma veſtigia ponat arena.

SER. a ¶ AVT ALphea rotis. prælabi flumina piſæ, quia vt ſupra diximus circa ea flumina maxime agitabatur curule certamẽ. b ¶ Lituoſque pati, buccinas ſonãtes audire lituus etiã virga regalis quaſi lites diſterminans, nã & virga mercurij nominatur lituus & poteſt hic intelligi virga qua domantur equi vt virgæ ſonitum tanq; percutiẽtis frequẽter audiat. c ¶ Iamprio, non primo vbere, ſed iamprio quã vnũ lege, vt ſit iamprio audiat depulſus ab ubere matris. d ¶ Inq; vices, frenorum. ſ. ne adhuc tenera ora lædant. e ¶ Etiã inſcius æui, nõdum habẽs ab annis fiducias. f ¶ Vbi quarta acceſſerit ætas, ideſt quartus annus. Nam ætatẽ plerũq; gñaliter dicimus & pro anno, pro. xxx. pro cẽtũ pro quouis tpe. g ¶ Sitq; laboranti ſimilis, pparetur ad futurum laborem.

PRO. ¶ ALPHEVS flu. eſt achaiæ piſæ oppidum, quod habuit Oenomaus.

ANTO. ¶ PRÆLABI rotis, ideſt iuxta decurre. ¶ Alphea flumina piſæ, Iouis olympij templum in agro Piſano erat, ab Elide ſtadijs min⁹ trecentis abſens, ante illud vero lucus agreſti veſtitus olea ſurgebat, in quo ſtadium erat, vbi curule certamen, auctor eſt Strabo, libr. octauo. id autem olympicum certamen, & equorum & paleſtræ erat, quod Hercules Ioui patri dedicauerat, elegit aũt optimũ Græciæ locum ad ſtatuenda certamina, campos, ſcilicet iuxta Alpheum flumen ſitos, hæc ex Diodori libro quinto. Diximus & plura in principio huius tertij libri. Cuncta alpheum linquens, & cætera. ¶ Lituos, erat lituus augurum baculus aduncus ſine nodo, de quo latius in principio. Acro vero docet inter Tubam & Lituum diſcrepare. Lituus enim equitum eſt, & incuruus. Tuba autem peditum & directa Litui acutus ſonus eſt, Tubæ grauis, virgilius etiam ait, et lituo pugnas inſignis obibat & haſta, Gellius libro quinto ſcribit, quod Tuba a ſonitu Lituus appellata eſt. ¶ Frenos audire. Varro libro ſcdo capit. vij. admonet, pullos quos ſtẽt cũ matribus interdũ tractandum ne quoq; ſint diſiuncti exterreantur, eademq; cauſa ibi frenos ſuſpendendum, vt oculi cõſueſcant, & videre eorum faciem, & emotu audire crepitum. Quum iam ad manus accedere conſueuerint, interdum imponẽ his puerũ bis, aut ter pronum, & cætera, & hoc quũ ſit trimus. ¶ Sunt q dicant poſt annũ, & ſex mẽſes equum domari poſſe, ſed melius poſt trinum, a quo tẽpore ſartago dari ſolet, hæc enim purgatio maxime neceſſaria equino pecori, quod diebus decem facere oportet, nec pati vllum cibum alium guſtare, ab vndecimo die vſq; ad decimum quartum dando hordeum quottidie adijciendo minutatim, quod quarto die feceris, in eo decem diebus proximis manendum, Ab eo tempore mediocriter exercẽdum, & quũ ſudauerit, oleo perunguendum. ¶ Si frigus, erit in equili faciendus ignis. ¶ Depulſus ab vbere matris, docet Varro dicto loco equinum pullum, non prius biẽnio cõfecto ab lacte remouendũ. ¶ Inq; vicem. ſ. frenorum, ne tenella ora lædantur. ¶ Inualidus ias, iamq; tremens, etiam inſcius æui. Legitur item inualidus etiamq; tremens, quod non eſt abſurdũ, licet us breuis ſit, nam ſæpe in hoc opere, & alibi poeta vtiẽ Diaſtole, quod latius in verſilogo oſtendimus. ¶ Inſcius æui, antequam vires habeat, ¶ Tribus exactis, tranſactis & præteritis tribus ætatibus. i. trib⁹ annis, quo autẽ tpe. Varro id iubeat iam iam diximus. ¶ Aperta æquora, cãpos amplos.

CHRI. ¶ FRENOS, in ſingulari frenũ eſt, in plurali & freni, & frena. ¶ Blandis vocibus, Manſueſcat. & vocib⁹ & tactu magiſtri, ¶ Carpe gyrũ, Vt facile in gyrũ fleti aſſueſcat. ¶ Sinuet, incuruet, vt pedes altius a terra tollat.

Lituus

Tuba

Qualis[a] Hypboreis Aquilo cum densus ab oris
Incubuit, Scythiaeque hyemes atque arida[b] differt[c].
Nubila, tum segetes altae, campique natantes
Lenibus horrescunt[d] flabris, summaeque sonores
Dant siluae, longique vrgent ad littora fluctus.
Ille[e] volat simul arua fuga, simul aequora verrens[f].
Hic vel ad Elaei[g] metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas[h] aget ore cruentas.
Belgica[i] vel molli[k] melius feret Esseda collo.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito: namque ante domandum
Ingentes tollent animos, prensique negabunt
Verbera lenta pati, & duris[l] parere lupatis.
Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quam Venerem, & caeci[m] stimulos auertere amoris[n]
Siue boum siue est cui gratior vsus equorum

SER. a AEQVALIS hyperboreis, hyperborei montes sunt scythiae, dicti quod supra eos flet boreas. Dicit autem equus sic currat, vt ventus. b ¶ Arida nubila, sine pluuijs. c ¶ Differt, dissipat. d ¶ Horrescunt, contremiscunt. Persius, Scis comitem horridulum trita donare lacerna. i. trementem. e ¶ Ille volat, sic licet ventus. f ¶ Verrens, trahens. g ¶ Ad elaei metas. i. circi. Elis namque ciuitas est arcadiae, in qua agitabatur curule certamen, & species est pro genere. h ¶ Spumas aget ore cruentas, quod est signum equi fortissimi, si velut rubras egerit spumas. i ¶ Belgica esseda, gallicana vehicula. Nam belgae ciuitas est galliae, in qua huiuscemodi vehiculi vsus repertus est. k ¶ Molli, domito, vt Et mollia colla reflectit. l ¶ Duris parere lupatis, frenis asperrimis. Dicta autem lupata a lupinis dentibus, qui inaequales sunt, vnde & eorum morsus vehementer obest. m ¶ Caeci, latentis. n ¶ Amoris, cupidinis.

PRO. ¶ HIC vel. a. e. m. e. m. campi, Eleus campus stadium olympiacum vbi equi quoque certant. ¶ Scythia, regio est septentrionalis. ¶ Belgae, natio gallorum.

ANTO. ¶ HYPERBOREIS oris, habitant hyperborei supra aquilonis flatum, dicti quod humanae vitae modum excedant, viuendo vltra centesimum annum, vt scribit Festus. Solinus etiam scribit, quod hyperborei incolunt vltra aquilonem, apud quos mundi cardines esse credunt. Domus sunt nemora, vel luci, in diem victum arbores subministrant, discordiam nesciunt, aegritudine non inquietantur, ad innocentiam omnibus aequale votum. ¶ Scythiaeque niues, de scythia late li. j. Geor. Mundus, vt ad scythiam. Differt in diuersas fert partes, ac pellit. ¶ Nubila dum, legitur item tum, & quum in antiquis. ¶ Campique natantes, exundant enim sata ob ventorum flatus. ¶ Horrescunt, contremiscunt. ¶ Longique vrgent, legitur longeque vrgent. ¶ Verrens, trahens. ¶ Hic, legitur & hinc in antiquis. ¶ Elaei metas campi, Seneca in Thyeste ait. Alpheus studio notus olympico id autem iam iam apertum est. ¶ Metas, currendi terminos. ¶ Molli collo. i. domito ac placido. ¶ Spumas cruentas, fortissimi equi signum est, si velut rubras egerit spumas. ¶ Belgica esseda melius feret. i. aptior erit ad belli currus, qualibus quidem Belgici pugnacissimi vsi sunt. Transalpinam Gallias quidam tris in partes diuiserunt, Aquitanos, Belgas, Celtasque. Belgas nominabant Oceano confines vsque ad hostia Rheni, & nonnullos Rheni & alpium vicinos incolas. E belgis Veneti sunt, qui aduersus Caesarem nauali certamine contenderunt, & superati sunt. Vniuersa vero natio, quam haec aetas, inquit Strabo suo aeuo gallicam, vel Gallaticam vocat Martis studio & animorum ardet impetu, conserendae pugnae alacritate impigra, semperque spectantes in boream, aut oceano propiores conserendis pugnis audatiores. e quibus summos Belgas asserunt esse per gentes quindecim diuisos intra rhenum, ac Lygerim vergentes in oceanum, Belgarum fortissimos Belloacos esse dicunt, post istos Vessiones haec ex strabonis libro quarto. ¶ Farragine, de hac paulo superius dictum est, ibi scilicet, Frenos audire sonantis. ¶ Lenta, flexibilia, mollia, scuticae enim & virgae lentae, & molles sunt. ¶ Duris lu. duris frenis a lupinis dentibus dictis. Lupus autem lupatum frenum dicitur Ouid. in Tri. Et placido duros accipit ore lupos. Et Mar. Mordent Aurea quod lupata cerui. (lupus) ¶ Caeci amo. Vis magna mentis, blandusque animi calor Amor est, inquit Seneca in octauia. Est item amor mentis quaedam passio ab exterioribus illata, & per sensus corporeos introducta, caecum vero amorem fingunt, vt aduertamus amantes ignorare quo tendant, nulla eorum esse iudicia, nullas rerum distinctiones, sed sola passione duci. (Ouid) Charinus autem in mercatore Plauti amorem haec cuncta vitia sectari solent, inquit Cura, aegritudo, nimia elegantia, insomnia, aerumna, error & fuga, ineptia, stultitia, temeritas, immodestia, petulantia, cupiditas, maliuolentia, desidia, iniuria,

dia, iniuria, inopia, contumelia, dispendium, multiloquium, pauciloquium. hoc ideo fit, quia nec quæ attingunt ad rem, nec sumptus videt. Amoris item pathos latius ecloga octaua ostendimus. ¶ Stimulos auertere, Columella libro septimo, capitulo vigesimoseptimo scribit. Maxime curandum esse verno tempore anni, vt tam fœminis, q; admissarijs desiderantibus coeundi fiat potestas, quoniam id præcipue armentum si prohibeas, libidinis extimulatur furijs. Vnde etiam veneno inditum est nomen Hippomanes, quod equinæ cupidini similem mortalibus amorem accendat. Equos autem preciosos reliquo tempore anni remouere oportet a fœminis ne, aut cum volent ineant, aut si id facere prohibentur cupidine sollicitati noxam contrahant. Itaq; in longinqua spacia marem placet ablegari, vel ad præsepia contineri.

Atq; ideo tauros procul, atq; in sola relegant[a]
Pascua post mõtez oppositũ, ẽtrãs flumina[b] lata
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.
Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo[c]
Foemina, nec nemorũ patit mẽinisse, nec herbæ
Dulcibus illa quidem illecebris & sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
Pascitur in magna[d] silua formosa iuuenca.
Illi alternantes multa ui prælia miscent.
Vulneribus crebris lauit ater corpora sanguis.
Versaq; in obnixos vrgentur cornua vasto
Cũ gemit. reboãt[e], siluæq; & magnus olympus
Nec mos bellantes una stabulare, sed alter
Victus abit. longeq; ignotis exulat[f] oris
Multa gemens ignominiam. plagasq; superbi
Victoris. tum quos amisit inultus amores.
Et stabula aspectans[g] regnis excessit auitis.
Ergo omnis cura vires[h] exercet, & inter

SER. a ¶ RELEgant, remouet. b ¶ Trans flumina lata, scilicet ne natatus sit facilis. c ¶ Videndo, dum videtur, gerundij modus passiuo. d ¶ In magna silua, alij sila legũt, vt sit mons lucaniæ, quod modo nulla necessitas cogit, vt in æneide, Ac velut ingenti sila summoue taburno, vbi vtrunq; speciale est. e ¶ Reboant siluæ, resultant, remurgiunt. Reboo autem græcum verbum est. Nam apud latinos nullum verbum est quod ante o finalem o habeat, excepto ichoo. Quod tamen maiores aliter scribebãt aspirationẽ interponentes duabus vocalibus, & dicebãt incoho. tria. n. tantum habebant nomina, in quibus c litteram sequeretur aspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher, ex quibus pulcher tãtum hodie recipit aspirationem. f ¶ Exulat, extra solum suũ habitat. g ¶ Aspectãs, Cicero de Catilina, Retorquet oculos profecto sæpe ad hanc vrbem, quam e suis manibus ereptam luget. h ¶ Vires exercet, ab inculto robur acquirit.

ANTO ¶ VIDENDO, dum videtur. ¶ Illecebris, suasionibus, voluptatibus, blanditijs, sed in malam & bonam partem sunt. Tul. de repu. libro. vi. suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus, item pro. M. Cæl. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ, e pro Milone quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem. ¶ Subigit, impellit, cogit. ¶ Silua, silua in antiquis semper legi. ¶ Decernere, certare. ¶ Lauit, a lauo lauis præsens e, lauit autem inficit, deturpat. ¶ Obnoxios, contrapositos, contranitentes. ¶ Reboant, resultant per echo, scilicet Magnus olympus, mons est Thessaliæ, qui excellenti vertice tantus attollitur, vt cacumina eius cœlum accolæ vocent. ara est in cacumine Ioui dicata, cuius altaribus si qua de extis inferuntur nec difflantur ventosis spiritibus, nec pluuijs diluuntur, Sed voluente altero anno, cuiusmodi relicta fuerint, eiusmodi reperiuntur, litteræ in cinere scriptæ ad alteram anni cerimoniam permanent. hæc solinus, capitulo octauo. ¶ Multa, pro multum. ¶ Ignominiam, est enim hæc nominis nota, atq; macula ¶ Aspectans, ex patho, & affectione idest.

CHRI. ¶ LAVIT, Præsentis temporis est. Erat enim apud Priscos lauo lauas & lauo lauis. Plautus in pseu. Gestans tabellas eas lachrymis lauis. ¶ Ater, Quia quamprimum venas egreditur contabescens nigrescit, vel quia in Tauro sanguis melenconicus est. descriptio autem huius certaminis, ac deinde fugæ, & postremo reuersionis ad vltiones verbis a militia humana translatis vehementer illustratur ¶ Aspectans, ex qua re exprimitur desiderium. ¶ Ignominiam plagasq;, magnũ oportebat esse dolorem in eo qui præter ignominiam, quod victus esset, etiam

graue damnum vulnerum reportaret, super oĩa autes intolerabilis videtur superbia victoris regnis auitis, Dup eſt exulare durius ex antiqua patria, duriſſimum inde vel vbi maiores sui non vinci, sed regnare cõsueuerant. Omnia autem q̃ hic de certamine, & fuga victi, & de corpore reficiẽdi, ac de reditu & de vltione vera eſſe perhibẽt. Qui de re paſtoria ſcribũt, magno aũt ingenio poeta naturam aiantium exprimit, vt in ſecundis rebus obtorpeſcant, in aduerſis aũt magis, magiſq; excitentur, vt ſæpiſſime victores a victis vincantur. Cum alteri ſecordiæ, ignauiæq; ſe dedãt & fortunæ ſucceſſu elati a nullo ſibi noceri poſſe putent. Alteri vrgentibus rebus aſperis nihil inauſum nihil intentatum relinquant.

SER. a ℂPERNIX, mõ pſeuerans. Horatius, pernicis vxor apuli, q̃ eſt tractũ pernix a pnitẽdo. b ʃ Carice acuta, herba duriſſima. c ʃ Obliuũ, iã ſecurus ex anteacta victoria. d ʃ Fluctus vt ĩ medio ſic paulati taurũs mouetur ad ꝓlia. d ʃ Immane ſonat, ꝑ immaniter, nomen pro aduerbio. f ʃ Amor omnibus ides, ideſt ĩ vno quoq; genere vnus eſt amor. i. ſimilis, vt puta in lupis vnus eſt amor, ideſt ſimilis. Item in equis, aliiſq; omnibus pro qualitate generis ſui. ſicut alibi ait, Sopor ſuus occupat artus, ideſt ipſis aptus. Nã in omnib⁹ aĩalibus non eſt amor vnus atq; ides, ſed in ſingulis generibus pro qualitate naturæ.

Dura iacet Pernix[a] inſtrato ſaxa cubili
Frondibus hirſutis, & Carice[b] paſtus acuta
Et tentat ſeſe, atq; iraſci in cornua diſcit
Arboris obnixus trunco, ventoſq; laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena
Poſt vbi collectũ robur, vireſq; receptæ
Signa mouet, præcepſq; oblitũ[c] fertur in hoſtẽ
Fluctus[d] vt in medio cœpit cũ albeſcere Põto
Longius, ex altoq; ſinum trahit. utq; volutus
Ad terras immane[e] ſonat per ſaxa, nec ipſo
Monte minor procũbit, at ima exæſtuat vnda
Vorticibus, nigramq; alte ſubiectat arenam
Oẽ adeo gen⁹ ĩ terris, hominumq; ferarumq;
Et genus æquoreum, pecudes. pictæq; volucres
In furias, ignemq; ruunt. amor[f] oĩbus idem
Tempore non alio catulorum oblita[g] Leæna
Sæuior errauit campis, nec funera vulgo
Tam multa informes[h] Vrſi ſtragemq; dedere

cũbit, decidit. ʃ Adeo certe. ʃ Amor oĩbus idem. i. eodem mõ ſæuus & vehemẽs. ʃ Leæna, Magna leænis libido coit⁹, & ob hoc maribus ira. Coitũ ſentitĩ adulteram leo, totaq; vi conſurgit in pœnam, quum pro catulis fœta dimicat oculorum aciem traditur defigere in terras, ne venabula expaueſcat, Plinius, libro octauo capi. decimoquinto. ʃ Vulgo, paſſim. ʃ Informes vrſi, eorum coitus hyemis initio ambobus cubantibus, complexiſq; pariunt trigeſimo die, ac plurimũ quinos, hi ſunt candida, informiſq; caro paulo muribus maior, ſine oculis, ſine pilo, vngues tantum prominent, hãc lambendo paulatim figurant, idem lib. viij. — leones — Vrſi

g ʃ Oblita catulorum leæna, cauſa. ſ. nimij amoris. Leæna aũt græcũ eſt, ſicut dracæna. nam nos hic & hæc leo dicimus. lea namq; vſurpatum eſt, quia in o exeuntia fœminina ex ſe non faciũt, vt fullo, latro, leo, h ʃ Informes vrſi, vel magni. vel q̃a tpe quo naſcũtur carẽt forma. dicitur enim q̃dam caro naſci, q̃; mater lãbendo in mẽbra cõponit.

ℂCARIX, herba q̃ naſcitur in paludibus.

PRO. ANTO. ℂPERNIX, PERSEVERANS. ʃ Carice, herba paluſtri, teſte probo. ʃ Obnixus, incumbens obluctans. ʃ Laceſſit, prouocat, affligit, lacerat. ʃ Proludit imaginem quandam veri ludi & certaminis agit ʃ Vireſq; receptæ, legitur & refertæ. ʃ Signa, pugnandi ſcilicet, vnde a mari ſumpſit metaphorã, nam quum mare in medio albeſcit, ſpumas agens, ac paulatim vndas eleuat, inde exæſtuat maxime, Sic taurus paulatim ſigna bellandi mouens in hoſtem poſtea irruit, ʃ Pro

CHRI. ℂOMNE ADEO, Oſtendit quam vehemẽs ſit amoris perturbatio. Quæ quidem omni amantium generis communis ſit, vt tota tremor pertentet equorum corpora. ʃ Ex vi, ſcilicet amoris. Ariſtoteles enim libro de animalibus, affirmat equum ſalatiorem eſſe reliquis animalibus, homine excepto. Ipſumq; inire omni tempore & dum viuit. Quin & equæ, ſicut mulieres etiam fœtæ coitum patiuntur. Cætera marem fugiunt, niſi quæ ſuperfœtant, vt lepores. Equæ ſocietate coniunctæ, ſi equa ſocia moriatur pullum ſuum nutriunt. Sunt adeo prolis cupidæ vt ſæpe ſteriles auferant pullos a matribus, quos tueantur, ſed lacte carentes deprauant, quos diligũt ait Ariſtoteles. Equæ potiſſimũ ex fœminis libidine accenduntur, equiuntq;. Vnde & mulieres libidinoſiores equire dicimus.

Per siluas, tūc sæuos Aper, tūc pessima Tigris.
Heu male tunc Libyæ solis[a] erratur in agris.
Nonne vides vt tota[b] tremor pertentet equorum
Corpora, si tantum[c] notas odor attulit auras?
Ac neq; eos iā frena[d] virum, neq; verbera sæua,
Nō scopuli, rupesq;[e] cauæ, atq; obiecta retardāt
Flumina, correptosq; vnda torquentia mōtes,
Ipse ruit, dentesq; sabellicus[f] exacuit Sus.
Et pede prosubigit[g] terram, fricat arbore costas,
Atq; hinc[h], atq; illic, hūerosq; ad vulnera durat.
Quid iuuenis[i], magnū cui versat i ossib[9] ignē
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæca serus freta, quē super ingens
Porta[k] tonat Cœli, & scopulis illisa reclamant
Aequora, nec miseri[l] possunt reuocare parētes.
Nec moritura super crudeli funere virgo.

SERV. a SOLIS, desertis, libyæ aūt in arulis serpē tibus plenis. b ❡ Vt tota tremor pertentet equorum Corpora signatis sermonibus vtit ad vim amoris exaggerandā, dicens, & tota corpa & ptentet. i. penitus tentet quū dicat le pē odorē equarū. c ❡ Si tantum notas odor attulit auras, hypallage est pro si auræ notum odorem apportauerit. d ❡ Frena virum, virorum fortium. e ❡ Rupesq; cauæ, ad illud respicit quod supra posuit, Post montem oppositum, & trāsflumina lata. f ❡ sabellicus Sus, sabinus. & est species p genere. dicit autē sue domesticū, quē cicurem vocant, nam de apris supra ait, Tūc sæuus aper. hoc. n. vult p bare nō tm̄ feras, sed & māsueta aīalia amore in furorē moueri. g ❡ Et psubigit terrā. i. fodit, & pedibus ipellit alternis, qd̄ pugnaturi sues facere psueuerūt ad acqrendū robur, quū & latera & costas terentes durant ea i futura certamina. h ❡ Hinc atq; hinc, & ad pedū motū & ad attritionē costarū. i ❡ Quid iuuenis, ne forte occurrat illa aīalia carere rōne, dicit & grauius hoīes in amores cōmoueri. fabula talis est. Leāder abydenus & Hero Lesbias fuerunt inuicem se amantes. sed Leander ad Hero noctu ire cōsueuerat p fretum hellespontícū. qd̄ seston & Abydon ciuitates interfluit, quum igitur iuuenis oppressi tempestate cadauer ad puellam delatum fuisset, illa pcipitauit se e turri. k ❡ Porta tonat coeli, aer nubibus plenus, per quem iter est ad coelū. l ❡ Miseri parentes. i. amor parentū.

PRO. ❡ SABELLI, gens est Italiæ coniuncta marsi, vbi maxima copia aprorum est.

ANTO. ❡ TIGRIS, de tigribus videto ecloga quinta. ❡ Heu male tunc libyæ solis erratur in agris. i. desertis. hoc autē ppter varias feras dixit poeta, Nam vt scribis stra. li. xvij. multa libyæ loca, quæ habitari possent, nō habitantur propter feras, maxiāq; mediterranea pars, & regio circa oceanos deserta est, Multum quoq; torrida zona occupat. ❡ Torquētia, voluētia. ❡ Montes, ingētes lapides, quod ōndit equorū furorē, cū flumina etiam rapidissima tranent. ❡ Sabellicus sus, species est pro genere. sed de sabellis videto latius li. ij. Geor. Pubemq; sabellam. suilli tñ pecoris admissura a Fauonio ad æquinoctium Vernus implet vno coitu. Pli. lib. viij. & Varro li. ij. cap. iiij. plurima. ❡ Prosubigit, effudit. Humeros durat in luto volutatio suibus gratissima, vt scribit Pli. & Colu. li. viij. ❡ Quid iuuēis, agit supple. ❡ Nocte natat, alludit ad Leandrū. iā aūt apud Oui. ad Hero suam scribēs, sic ait, Nox erat incipiens (namq; ē meminisse voluptas) Quum foribus patrijs egrediebar amans. Nec mora deposito pariter cū veste timore, Iactabā liquido brachia lenta mari. ❡ Freta, Hellespontum itelligit, de quo soli. capi. x. inquit. ille autē magnus Helrespontus stringit in stadia septem, qbus ab Europa Asiaticā plagas vindicat, hic quoq; vrbes duæ, Abydos asiæ, & sestos europæ Leander autem abydo discedens seston per Hellespontum ad Hero nauigabat. Hinc ait ipsa, Quid referam quoties do vestibus oscula, quas tu hellespontiacas ponis iturus aq̄s.

❡ Porta tonat cœli, ianum quidam solem demonstrare volunt (vt scribit Mac. lib. sat. j.) & ideo geminū, quasi vtriusq; ianuæ coelestis potentem, qui exoriens aperiat diem, occidens claudat. Et apud Ouid. lib. j. fast. ipse Ianus ait, Præsideo foribus cœli cum mitibus horis, Et redit officio iuppiter ipse meo. Ianus Porta itaq; cœli duplex est oriens, & occidēs de qbus lib. j. geor. sic ait Maro, At boreæ de parte trucis quum fulminat, Et cū euriq;, zephyriq; tonat domus. omnia plēis Rura natant fossis. ❡ Illisa, impulsa. ❡ Moritura virgo, Hero leandro scribens ait, Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ. Quæ nūq̄ nisi te sospite sospes erit.

CHRI. ❡ QVID iuuenis, leandrum abidenum intelligit. Hoc exēplo docet tantā esse vim amoris, vt & in quo rō ē, illi repugnare nō possit. Fabulā hāc describit Museus græcus poeta.

Quid Linces Bachi variæ? & genus acre Luporum?
Atque canum? quid quæ imbelles dant prælia cerui?
Scilicet ante omneis furor est insignis equarum,
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.
Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem
Ascanium. superant montes & flumina tranant.
Continuoque auidis vbi subdita flamma medullis
Vere magis (quia vere calor redit ossibus) illæ
Ore omnes versæ Zephyrum stant rupibus altis,

SER. a IMBELLES, licet sint imbelles, tamen mouentur ad prælium. b Furor est insignis equarum, notabilis & præcipuus. c Potniades, potnia ciuitas est de qua fuit Glaucus, qui quum sacra Veneris sperneret, illa irata equabus eius immisit furorem, quibus vtebatur ad currum, & eum morsibus dilaceranerunt. Ordo autem talis est. Quo tempore Glauci membra malis absumpserunt Potniades quadrigæ. hoc autem ideo fingitur, quod eis furores Venus immiserit, quia dilaniatus est Glaucus, efferenatis nimia cupidine equabus, quum eas cohiberet a coitu, vt essent velociores. d Trans gargara, transque sonantem Ascanium, gargara pro quibuslibet montibus, sicut Ascanium, pro quibuslibet fluminibus posuit, quod & sequentia indicant. e Superant montes & flumina tranant, ore omnis versæ in zephyrum, hoc etiam Varro dicit in Hispania vlteriore verno tempore equas nimio ardore commotas contra frigidiores ventos ora patefacere ad sedandum calorem, & eas exinde concipere & edere pullos, licet veloces diu tamen minime duraturos. Nam breuis ad modum vitæ sunt.

PRO. QVO tempore g. potniades malis. m. abs. q. Potnia vrbs est bœotiæ, vbi Glaucus sisyphi filius, & Meropes, vt Asclepiades in tragodumenon lib. i. ait, habuit equas, quas adsueuerat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent, & perniciosius. Ipsum autem quum alimenta defecissent, deuorauerunt in ludis funebribus Peliæ. Quidam autem has equas Diomedis fuisse, quas Hercules ad Eurystheα perduxerit, & ab Eurystheo & sisypho distractas, eumque filio suo dedisse.

ANTO. LYNCES bacchi, videto ecloga quinta in illo versu daphnis, & armenias. coeunt autem lynces auersi, vt camelli, leones, elephanti, tigres, auctor est soli. Genus acre luporum, coeunt lupi toto anno non amplius dies .xij. vt soli. & Plini. scribunt. Atque canum, canum iusta ad pariendum annua ætas, gerunt in vtero sexagenis diebus, gignunt cæcos, nec vlli præter hominem memoria maior, Plinius libro octauo. Quid, ordo est, quid cerui imbelles, quæ prælia dant, vel que pro &. Cerui, a conceptu separant se ceruæ, at mares relicti rabie libidinis sæuiunt, animal est simplex & omnium rerum miraculo stupens, Plinius libro octauo. Furor equarum, videto paulo superius ibi, stimulos auertere amoris, quid ex Columella dixerim. Mentem, voluptatem, & appetitum libidinis. Potniades, non longe thebis in bœotia sita est & fons Dyrce & Potnia, in quibus obuenere, quæ de potniado glauco fabulæ vulgant, illum Potniades discerpserint equæ, Strabo scribit lib. nono, Probus eo inquit quod Potnia vrbs est bœotiæ, vbi Glaucus sisyphi filius, & Meropes, vti Asclepiades libro primo ait, habuit equas, quas assueuerat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent. ipsum autem cum alimenta defecissent deuorauerunt. in ludis funebribus peliæ. Quadrigæ, de iis videto superius in lib. i. georgicorum. Gargara, de iis item videto lib. primo georgicorum. Mirantur gargara messes. Ascanium, Strabo libro decimoquarto scribit, Ascanium fluuium ex Ascanio mysiæ lacu defluere. Versæ in zephyrum, in fortura res incredibilis est in Hispania, sed est vera quod in Lusitania ad Oceanum quædam e vento certo tempore concipiunt equæ, vt hic gallinæ quoque solent quarum oua hipenemia appellant, sed ex iis qui nati pulli non plus triennium viuunt, hæc Varro libro secundo, capi. primo. Colu. quoque libro septimo, ca. xxv. ait, Notissimum etiam esse in sacro monte hispaniæ, qui procurrit in occidentem iuxta Oceanum, frequenter equas sine coito ventum pertulisse, foetumque educasse, qui tamen inutilis est, quod triennio priusque adolescat, morte absumitur.

CHRI. QVID lyn. Non idem sunt lynces, & ceruarij lupi, vt multi crediderunt. Nam Pli. cum de lupis tractet ait, sunt in eo genere, qui ceruarij dicantur, qualem e Gallia in Pompei magni arena spectatum diximus, Huic quamuis infame mandenti, si respexerit obliuionem cibi surrepere aiunt, digressumque quærere aliud. Lyncum autem humor ita redditus vbi gignuntur glaciatur arescit in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes durescit. non sunt si lynces, & inuidentes vrinam terra tegunt, sed eo celerius solidatur. lyncas vulgo frequentes in æthiopia gigni ait Pli. & multa alia monstrosa animalia.

EXCEPTANT,

GEOR. a EXCEPTANT, frequenter accipiunt. b Caur. pro corū, sicut faurex p sorex caulis pro colis. c Hinc demū hippomanes, Scit lectus esse apud Hesiodum herbā esse q̄dam, quæ hippomāes vocatur, quasi ἵππου μανία. si enim eā comederint equi furores patiunt. vnde nūc adiecit Vero qđ nomine dicunt. nam vult illam herbam abusiue hippomanes dictam ab equorum furore & insania quā possint eq furere, & alia q̄cunq; ratione. Re vera autem hippomanes dicit eē virus defluens ex equarū inguinibus, quo tempore feruntur amoris furore & insania vt sit hippomanes virus natum ἀπὸ τῆς μανίας τῶν ἵππων. d Lentum virus, viscidum, glutile. Theocritus autem herbā dicit nasci in Arcadia, q̄ gustata equæ in libidinem ardescunt. & Theophra. Caruunculum in fronte equi. e Miscuerūtq; herbas, exprimit augmentum malitiæ nouercarum quæ virus herbis & cantibus herbarum augmentant venena. f Singula dum capti, dum speciatim singula describimus.
g Hirtasq; capellas, setosas, vt hirsutumq; supercilium. h Hinc labor, ad tuenda imbecilliora animalia. i Et angustis hūc addere rebus honorem. i. humilem materiā alto sermone decorare. Sic illud in quarto est, In tenui labor, at tenuis non gloria.

ANTO. SPICVLA relinquunt, hoc latius dictum est, iam ibi. s. pulchramq; petunt per vulnera mortem. ¶ Si duram metues hyemem, sed an eximendis fauis necessaria dispensatio, quæ inopia cibi desperant, moriunturq; aut effugiunt. Contra copia ignauiam affert. Qui sunt diligētiores ex verna vindemia decimam partem apibus relinquunt, æstiua in mellatione decimam partem Thasio Dionysio relinqui placet, si pleni fuerint aluei, si minus pro rata portiōe, aut inanes omnino nō attingi. In mellatiōe vero quæ sine vindemia & Virgiliarum occasu Idibus Nouembris fere includitur, relinqui ex ea duas partes apibus ratio persuadet, & semper eas partes fauorum quæ habeant Erythacem, quam alij Sandaracam, alij Cerinthum vocant, hic erit dū operantur cibus, qui sæpe inuenitur in fauorum inanitatibus sepositus, & ipse amari saporis, sed plenus humoris cibus. gignitur autem rore verno, & arborum succo gummi modo, Hæc oīa Pli. li. xi. in Varrone aūt lib. iij. Erythacen legitur, At suffire thymo, Colu. li. x. admonet vsq; in autumni æquinoctium. x. quoq; die aluos aperiendas esse & fumigandas, quod cum sit molestum examinibus, saluberrimum tñ esse conuenit. Aluos deinde æstuantis apes refrigerare oportet cōspersis vacuis partibus aluorum & recentissimi Rigoris aqua infusa. Præterea, vt tineæ si apparuerint euertantur, papilionesq; enumerentur, qui plerunq; inter aluos morantes apibus exitio sunt, Nā & ceras erodunt, & stercore suo vermes progenerant, quos aluorum tineas appellamus. Ergo Virgiliarum occasu primo statis peruenit aperire aluos, & purgare quicquid immundi est, diligentiusq; curare, quā p tēpora hyemis nō expedit mouere, aut tepefacere vel frigore ex Colu. Var. et li. iij. sic ait, verno igitur & æstiuo fere ter in mense inclusa inspicere debet fumigās leniter, & a spurcitijs purgās aluum & vermiculos eijcere. ¶ Cerasq; recidere inanes, quod pro vel exponendū est pp aūt præcedēs, Iginus scripsit Aristomachus existimasse succurrēdū laborātibus hoc modo, primū, vt oēs vitiosi faui tollant, & cibi ex integro recēs ponat, deinde vt fumigētur, Colu. li. x. Vbi etiā dicit; vacuas cerarum partes cōputrescere, & vitijs paulatim serpētibus corrupto melle ipsas quoq; interire. ¶ Ignotus, vnde. n. venerit nō apparet, Vel potius ignotus quia in aluis latet, & se mellario ignotus est ergo ignotus. i. latens. ¶ Stellio, lacertæ genus a colore dictus est. n. corpore picto lucentibus guttis in modū stellarū, teste etiā Ouid. ait. n. li. v. met. Latebrasq; petit: aptūq; colori Nomē habet variis stellatus corpora guttis. ¶ Stellio, apes plurimorum animalium iniurijs obnoxiæ, impugnant eas naturæ eiusdem degeneres vespæ atq; crabrones, populantur hirundines, & quædam aliæ aues insidiantur aquatibus ranæ, papilio etiā ceras depascit, & relinquit excremēta quibus teredines gignuntur. Nascuntur & ipso ligno teredines, quæ ceras præcipue appetunt. Filia etiā aranei quacunq; incesserit alarum maxime lanugines obtexit. Pli. libro vndecimo. ¶ Lucifugis blaptis, Blaptas in aluearijs gigni notum est, quæ & ipse pennatæ sunt, inquit Aristote. libro quinto de animalibus, Dicunt autem a blapto quod est noceo, nec solū in aluearijs gignuntur, sed etiam extra, vnde Horat. sat. ij. lib. ait, cui stragula vestis blaptarū ac tinearum epulæ putrescat in arca, & Plinius libro vigesimo, cap. quinquagesimoquarto de Cunilagine herba sic ait, Manipulo quoq; eius adiecto omnes etiam a tota domo blaptas conuenire ad eam tradunt. idem quoq; libro xi. ca. xxvij. ait, quod tenebrarum alumnæ blaptæ vitant, lucemq; fugiunt, in balneis maxime humido vapore prognatæ.

Stellio.

Blaptæ.

CHRI. IGNOTVS, cum indignatione dictus, quasi dicat, quod animal inertissimum deuoret apes quibus nihil sit solertius. ¶ Blatus, & hoc insecti genus est.

IMMVNIS

Immunisque sedens aliena ad pabula Fucus,
Aut asper Crabro imparibus se immiscuit armis,
Aut dirum Tineæ genus aut inuisa Mineruæ,
In foribus laxos suspēdit Aranea casses.
Quo magis exhaustæ fuerit, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas,
Cōplebuntque foros, & floribus horrea texent.
Si vero (quoniam casus Apibus quoque nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo,
Quod iam nō dubijs poteris cognoscere signis:
Continuo est ægris alius color, horrida vultum
Deformat macies, tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt,
Aut illæ pedibus cōnexæ ad limina pēdent,
Aut intus clausis cunctātur in ædibus omnes,
Ignauæque fame, & contracto frigore pigræ.
Tum sonus audit grauior, tractimque susurrāt,
Frigidus vt quondā syluis īmurmurat Auster,
Vt mare solicitum stridet refluentibus vndis,
Aestuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.

a IMMVNIS, a labore scilicet, vt iā tantum indulgeat. b Imparibus armis, inæquali conflictu. Nam apes laborant, iste cōsumit, alibi, et quærere conscius arma, i. consilium. c Inuisa Mineruæ foribus suspendit aranea casses. Araneam louisam mineruæ ideo dicit, quod ab ea in hoc animal puella Lyda cōmota est, quum dea ipsam lanificio prouocasset, inferior. Sane Virgilius quidem ob sanditatem scientiam: maiores animal ipsum masculino genere appellasse hic araneus, Retia vero quæ faciunt fœminino genere. d Casus apibus quoque nostros Vita tulit, vitæ longitudo morborum creatrix, sicut in Bucolicis, O lycida viui peruenimus. e Continuo est ægris alius color, i. pallidus, quod dixit supra, Ardentes auro & paribus lita corpora guttis. f Tristia funera ducūt, cū exequijs, i. pompa, & ducere proprie funerum est. Persius, Nerio iam tertia ducit vxor. g Aut illæ pedibus cōnexæ ad limina pēdent, hinc multi dictas apes esse volunt, quod se pedibus inuicem teneant, licet crebrior sit illa opinio, quod sine pedibus primo esse dicuntur, vt Trunca pedum primo. h Tractim, sine intermissione, iugiter. i Frigidus vt quondam. Vt mare sollicitum stridet, Tres comparationes singulis impletæ versiculis de Homero trāslatæ sunt, quas ille binis versibus posuit.

PRO. INVISA MINERVÆ. L. i. f. i. aranea. Cum Mars deuicta Thracia dicitur Mineruæ donasse regiā puellam, ex captiuis noīe Arachnen, quæ subtilitate operis lanificij negauit cedere Mineruæ, ob hoc in Araneam conuersa est, & græce ἀράχνη vocatur.

ANTO. IMMVNIS. expers sine labore & officio. Imparibus armis, Crabrones maiori aculeo vtuntur, vnque Pli. li. xi. Ictus eorum haud temere sine febri est. Auctores sunt ternouenis punctis interfici hominem. Tineæ, paulo superius dictum est. Aranea inuisa Mineruæ, aragnæ. n. optima lanificij studio Mineruæ non cedens cum ea certauit posita tela, irata inde illius telam dilacerauit, eiusdemque frontem terque quaterque radio percussit, suspendit se dolore mota puella. Pallas eam tunc miserata leuauit, & in vermē araneū vertit, hinc flamen remittit, & exercet antiquas telas. Hæc autem latius li. vi. metamor. Ouidi. habet. Araneæ vero telas obesse apibus iam dictum est. Casses, rætia telas. Exhaustæ, ad illud potissimum retulit, cæteris que accidere in orbe, nam si carnem fuerint recisæ acrius incūbent vt resarciantur. Retulit itē ad apium pniciē dicens, quo magis fuerit exhaustæ & consumptæ ab prædictis magis conabuntur sarcire generis ruinas. Foros, cellas. Horrea, fauos. Est ægris, alius color minus valentium signa si sunt pilosæ & horridæ vt puluerulentæ, nisi opificij eas vrget ipsa, tunc enim propter laborē asperantur & marcescunt, Varro lib. iij. Tractim, continue. Quondam, quandoque.

CHRI. FVCVS, de quo diximus, nam cum ipse non mellificet, aliena cōsumit. i. mel ab apibus partum. Crabro, nam cum grandior ape sit validiorem habet aculeum quo apes conficiat. Solent autem crabrones apiū tergoribus insidere, atque dum misellæ hostē fugere nituntur, illum ferre coguntur. Ille interim succum omnem ab eis haurit, & se pascentes illas conficiunt. Armis, viribus. Aranea, araneus insecti genus est, qui ex interioribus suis, quibus pro filo vtitur rætia texit, in quibus hærentes apes inuadit, irretitasque necat, atque depascit. Araneorū genera plura sunt. In foribus, vt ingredientes irretientur. Foros, loca proprie in nauibus vacua relicta per quæ ferantur ij qui naui ministrant, Sed hic per similitudinem foros dixit.

Hic[a] iam Galbaneos suadebo incēdere odores,
Mellaq; arundineis inferre canalibus vltro
Hortantem, & fessas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tunsum[b] Gallæ admiscere saporem,
Arentesq; Rosas aut igni pinguia multo
Defruta[c], vel Psythia passos de vite racemos,
Cecropiumq; thymū, & graue[d] olētia Cētaurea,
Est etiam[e] flos in pratis, cui nomen Amello
Fecere agricolæ: facilis quærentibus herba;
Nanq; imo ingentem tollit de cespite siluam
Aureus[f] ipse, sed in folijs quæ plurima circum
Funduntur, Violæ[g] sublucet Purpura nigræ,
Sæpe Deum nexis ornatæ torquibus aræ,
Asper in ore sapor. tonsis[h] in vallibus illum

SER. a HIC IAM galbaneos suadebo incendē
re odores. i. quum iam hic processerit mor
bus, galbanus incendēda est, nō vt supra thy
mus. mel etiam in aluearia medicatus tñ est
īferendū, non vt supra cæræ inanes. b Tū
sus gallæ sapo
rem, multi pi
las cyparissi ac
cipiūt. c De
fruta, vina coc
cta, & defrauda
ta, ꝓprio sapo
re. d Graue
olentia centau
rea, herbæ hoc
genus est a Chi
rone centauro
repertū, a quo
curatus dr, cum
Hercules exce
ptus hospitio ꝙ
tractanti arma
telum excidis
set in pedem, ꝙ
re aliqui chironium appellant, folia sunt la
ta & oblonga, serratā ambitu densa a radice,
caule circungeniculato, trium cubitorum.
e Est etiam flos in pratis cui nomen amel
lo, plene hanc herbā, vt etiam supra arbores
fœlicis mali exequit, nam dicit vbi creet, ꝙ
lis sit, quid possit. f Aureus ipse, flos. s.
g Violæ sublucet purpura nigræ, mire ait
sublucet, vt oñdat purpurei coloris folia quo
dā nitore esse pfusa. h Tonsis in vallib',
nō siluosis. Vñ est cōtra intonsi mōtes.

ANTO. Galban. HIC, TVNC. Galbaneos odores, galba
nus odore comitialibus subuenit, & in sto
machi defectu. Plini. libro vigesimoquarto.
latius tamen circa finem libri. iij. georgico
rum, videto Columel. xo libro decimo sic
ait, necnon etiam ille morbus maxime est
conspicuus, qui horridas cōtractasq; carpit,
quum frequenter aliæ mortuarum corpora
domicilijs suis efferūt, aliæ intra tecta, vt pu
blico luctu mœsto silentio torpent, id cū ac
cidit arundineis infusa canalibus offeruntur,
cibi maxime decocti mellis & cū galla vel
arida rosa detriti, galbanum etiam, vt eius
odore medicetur incendi cōuenit, passoq; &
defructo vetere fessas sustinere, optime
tñ facit Amelli radix, cuius est frutex luteus
purpureus flos, ea cum vetere amineo vineo
decocta exprimitur, & ita liquatus eius suc
Defrutū cus datur, hæc ille. Defruta, defrutum dicit
si mustum ex duabus partibus ad tertiam par
tem redigatur deferuere faciendo, ad mediā
Sapa vo partem decoctum Sapa vocatur, vti Mar
cellus scribit. Plini. libro decimoquarto op

pōitum scribit, sapam nāq; appellat musto
vsq; ad tertiam partem mēsuræ decocto, de
frutum vo ad dimidiam partem, libro etiam
vigesimotertio inquit, Vino cognata res sa
pa est musto decocto, donec tertia pars sup
sit, ex albo hoc
melius. Gal
læ saporem tū
sum, idest tunsæ gallæ, galla
rum autē sapor
stipticus est val
dē, Galeo teste.
Vniuersaliter q
dē administran
dæ sunt ad stipti
candū, retinen
dum, & desiccā
dum, & satis in
frigidāt fortifi
cant membra
fluxa, omnesq;
ægritudines pi
hibet, quæ fiūt
ex humoꝝ dissolutione, earum etiam fluxus
prohibetur. Psythia passos, de hijs late vi
deto libro secundo georgicorum. Cecropi
um thymū, atticū, est. n. optimum in hymet
Centaurea to mōte, est autem species pro genere. Cen
taurea, herba hæc maior & minor est, ambæ
tamen calidæ & siccæ complexionis in se
cundo grado. maior totum ventrem purgat,
minoris elixatura bibita coleram & humo
res pingues deponit, auctor Dioscorides,
Pli. etiā multa libro vigesimoquito. Amel
lo, paulo añ de eius flore, & frutice diximꝰ.
Violæ sublucet purpura nigræ, purpuræ flo
rem illū tingendis expetitum vestibus in mi
dijs habent faucibus, liquoris hic minimi est
in candida vena, Vnde pciosus ille bibitur
nigrantis rosæ colore sublucens, Pli. li. ix. c.
xxxv. Tōsis, falce messis, vel nō siluosis, in
de e cōtra intonsi montes dicuntur.
CHRI. GALBANEOS, Galbanum teste Diosco
ride lachryma est herbæ similis ferulæ quæ
in Nicomedia & in syria nascit. Multi Me
toponon vocant, vtile colores thuris habet,
grana vt faba, arabice kenech dicitur. Verū
propter proprietatem quam habet aduersus
venena bezard dicunt, ꝙ nomen commune
est oībus medicinis contra venenū. Plini. xo
ait, Dat & galbanum Syria in eodem Ama
no monte, quod maxime laudant cartilagi
nosum, purum ad similitudinem hāmonia
ci, minimeq; lignosum. Sic quoq; adultera
tur faba aut sagapeno sincerum si vrat fugat
nidore serpētes. Defruta, quod defrutū qd
ue passum diximus in libro. ij.

PROPE

Paſtores & curua legũt prope[a] flumina Mellæ
Huius odorato radices, incoque Baccho
Pabulaq; in foribus plenis appone caniſtris
Sed ſi quem[b] proles ſubito defecerit omnis
Nec genus vnde nouæ ſtirpis reuocet, habebit,
Tempus & Arcadij[c] memorãda inuẽta magiſtri
Pandere. quoq; modo cæſis[d] iã ſæpe iuuẽcis
Inſincerus[e] Apes tulerit cruor. altius[f] omnem
Expediam prima repetens ab origine famam.
Nam qua[g] Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,

a ¶ PROPE flumina mellæ, Mella fluuius galliæ eſt, iuxta quem herba hæc plurima naſcit. Vñ & amella dr̃, ſicut põpuli habitãtes iuxta Lemannum fluuium alemanni dñr. Vñ Luca. Deſeruere cauo tentoria fixa lemãno. b ¶ Sed ſi quẽ, miro vſus ẽ ordine. nã primo ait, quemadmodũ alalia apib[9] inimica pellenda ſint, deide q̃bus medicaminibus morbo poſſint carere, nũc dicit peni[9]t[9] amiſſæ q̃ poſſint rõe reparari. c ¶ Arcadij magiſtri, Ariſtæi, Ariſtæum dicit Apollinis & Cyrenes filiũ, q̃ primus inuẽit quẽadmodũ apes poſſẽt reparari. d ¶ Cæſis iuuencis, occiſis verberibus. Bono dt ſermone vſus eſt, Nã cædi ĩterdũ occidi, ĩterdũ verberari ſignificat. e ¶ Inſincerus cruor, vitiatus, corruptus. Nã ideo verberant, vt ex putrefacto cruore vermes creent, vñ apes ſint. f ¶ Altius olĩm Expediam pma repetens ab origine famã, cõtra in æneide, ſed ſumma ſequar faſtigia rep. ſane ſciendũ Pliniũ dicere de bobus apes, de equis crabrones, de mulis fucos, de aſinis veſpas, ſicut ſuperius diximus pcreari. g ¶ Nã qua pellæi canopi, Canop[9] ciuitas eſt iuxta Alexandriã, quã Alexander a ſe dictã pdidit inſtar chlamydis ſuæ, q fuit de ciuitate Macedoniæ, quæ pella nõiatur. Canopus aũt dicta eſt quaſi canobus a Canobo, Menelai gubernatore illic ſepulto.

PRO.

¶ NAM qua pel. g. f. c. Pella eſt oppidũ Macedoniæ patria alexandri. omnes aũt alexãdrias alexander conſtituit. Ergo Canopi pellei dicti ſunt. Canopus eſt aũt oppidũ ĩ ægypto iuxta alexandriam a gubernatore dictus Menelai. Fortunatã; autẽ dixit gentem propter agri fertilitatem.

ANTO.

¶ FLVMINA mellæ, põponius mellã ſcribit, fluuiũ eẽ in Thracia & in Ageũ ingredi. Alibi ẽt ait, In Pãphiliæ eſt melas nauigabilis fluuius eſt, item alter in ſicilia eſt & pluribus in locis. Oui. dixit in meta. Mygdoni uſq; melas. Mellam vo galliæ fluuium dñt.

Mellas

¶ Sed ſi quẽ proles, docebit iam reparandarum apium modos. Peracto ãt ſolſtitio vſq; ad ortũ caniculæ tpe, progenerari apes poſſe iuuenco perempto Democritus & Mago, nec minus Ver. prodiderunt. Mago qdẽ ventribus ẽt bubulis idem fieri affirmat. Colu. li. x.

Ariſtæus

¶ Arcadij magiſtri, Ariſtæi. i. n. in Arcadia late regnauit, pmuſq; & apiũ, & mellis vſus hoibus tradidit, vt latius in pncipio hui[9] voluminis patuit, & in pncipio primi. ¶ Pellæi canopi, car. opus centum ac. xx. ſtadijs diſtat ab Alexandria pedeſtri itinere vadẽtibus dicta de nomine Cãobi, q Menelai claſſem gubernabat, & ibi mortuus eſt, in ea vo erat ſerapidis tẽplũ, & cultu, & religione excellens, e ſeptẽ pterea Nili hoſtijs præcipue canopico oſtio vtebãtur ægyptij tanq̃ emporio occluſis Alexãdriæ portubus, ſtra. id ſcri. li. xvij. Eſt aũt Canop[9] in quadã Nili iſula teſte ſolino quaſ vrbem aiunt ab alexãdro Pellæo ædificatã. i. Macedonico. Pella. n. vrbs Macedõiæ ẽ, teſte Mella quã maxĩe illuſtrẽ alũni effecerũt Philipp[9] græciæ domitor, alexãder ẽt aũæ. ¶ Fortunata, id dixit pp agri fertilitatẽ, vt ait prob. mella ẽt ſcribit, ægyptũ mire fertilitatis eſſe, & holum, aliorũq; alalium pfœcundã genetricem. Dicit item fortunatã Canopi gentes pp ipſum Nilum in quo ſita eſt vrbs, & canopicum oſtium quo ægiptij tanq̃ emporio vtebant. ¶ ſtagnantẽ nilum, videto li. iij. geor.

Canopicum.

CHRI.

¶ ARCADII, optimum principium in quo ſummã captat attentionẽ. Dicit. n. ſe dictur non fabulas nec pcepta volgaria, ſed memoranda, nec indocti hoĩs, ſed magiſtri, & arcadij, vt ſit laus a natione, Nam arcades prætua fuerunt in oĩ pecore colendo. ¶ Arcadij. ſ. Ariſtæi, qui vt meminit Iuſtinus in arcadia regnauit, primuſq; lactis coagulandi auctor fuit, melq; reperit, & vt ait Pli. prim[9] mel vino miſcuit, mulſumq; inuẽit. Diodo. ãt ait, Ariſtæũ primũ Baccho contra ſaturnũ profecturo tanq̃ deo ſacrificaſſe. ¶ Altius olĩm demonſtrauerat ſe præcepta narraturũ. Nunc ſic narraturũ pollicetur, vt altius exponat. q. d. ita a principio repetã, vt res facile intelligi poſſit. ¶ Canopi pellæi, non a Pellæo rege conditi, ſed canopi ægyptiaci, in quo ægypto rex Pellæus. i. Alexander ſibi regnũ cõſtituit, ædificata alexãdria cognominata a pella vrbe Macedoniæ ſuæ patriæ. Vñ & Iuue. Vnus pellæo iuueni vix ſufficit orbis, Canopum aũt vrbs ægypti, quaſi canobum a canobo auriga Menelai illic ſepulto.

Et circum pictis[a] vehitur sua rura Phasellis,
Quaq; pharetratæ vicinia Persidis vrget,
Et viridem Aegyptum nigra[b] fœcundat arena
Et diuersa ruens septem discurrit in ora,
Vsq; coloratis amnis deuexus ab Indis.
Omnis in hac[c] certam regio iacit arte salutem.
Exiguus primum atq; ipsos contractus ad vsus
Eligitur locus. hunc angustiq;[d] Imbrice tecti
Parietibusq; premunt arctis. & quattuor addunt
Quattuor a ventis obliqua[e] luce fenestras.
Tum vitulus bima[f] curuans iam Cornua fronte
Quæritur, huic geminæ Nares, & spiritus oris
Multa[g] reluctanti obstruitur, plagisq; perẽpto
Tunsa per integram soluuntur[h] viscera pellem.
Sic positum in clauso linquunt, & ramea[i] costis
Subijciũt fragmẽta, Thymũ, Casiasq;[k] recentes.
Hoc geritur Zephyris primũ ipellẽtibus vndas
Ante nouis rubeant q̃ prata coloribus, ante
Garrula q̃ Tignis nidum suspendat Hirundo.
Interea teneris[l] tepefactus in ossibus[l] humor
Aestuat, & visenda modis[m] animalia miris
Trunca[n] pedum primo, mox & stridẽtia Pinnis[o]
Miscẽtur, tenuemq; magis, magis Aera carpũt,
Donec, vt æstiuis effusus nubibus Imber,
Erupere, aut vt neruo pulsante sagittæ,
Prima leues ineunt siquando prœlia Parthi.

SER. a ſ PICTIS phasellis, breuib⁹ naniculis quibus vtuntur quũ stagnauerit Nilus. b ſ Nigra fœcundat arena, nouum .n. semper limũ trahit qui efficit fœcunditatem. Vñ & Nilus dictus est, quasi νέαν ἰλὺν trahens .i. nouum limum. Nã antea Nilus latine Melo dicebat. c ſ In hac certã iacit salutem, ponit apũ reparãdarũ salutem. Cice. Iacta sũt fundamenta defensionis meæ. Ipsos ꝯtractus ad vsus eligitur ad sustinendum tm̃, & coarctãdũ bouis cadauer. d ſ Angustiq; imbrice tecti. Ibricẽ qdam volunt tectum, quidã canalem q̃ repellitur pluuia imbrex, tñ dicit ꝙ imbres arceat, is & hic ibrex lectum sit, melius tamẽ ꝫ plautũ hæc imbrex dicimus. Nanq̃ ait Pregisti imbrices aneas duz te dignam sectaris simiã. e ſ Obliqua luce fenestras, quæ ex obliquo lumẽ infundũt, vt in horreis cernim⁹. f ſ Bima frõte, ætatis biennij, bimus nanq; trimusq; biennia, triẽnisq; dĩ. g ſ Multa reluctãti, ꝓ multũ, nomẽ ꝓ aduerbio. h ſ Soluunt viscera, liq̃scũt, & putrescũt i ſ Ramea fragmenta, de ramis fracta. i. ramorum fragmina. dicimus aũt & hic ramus & hoc ramale. Per⁹. Vt ramale vet⁹. k ſ Casiasq; recentes, statim carptas. l ſ Teneris tepefactus in ossibus humor, vtpote bimi vituli, in quo plurimũ feruentis est sanguinis. m ſ Modis visenda aĩalia miris, & quod ex cadauere nascuntur aĩalia, & qđ apes ex vermibus procreantur. n ſ Trunca pedum primo. i. sine pedibus ꝑmo, & bene addidit primo. Nam postea tam pennas q̃ pedes accipiunt. o ſ Pinnis miscentur, inter se pennarum leuitate conueniunt.

ANTO. phasell⁹ ¶ PHASELLIS naui. Noni. autem ait, ꝙ phasellus propriẽ est nauigium campanũ. Strabo li. xvij. scri. ꝙ a septem nili ostijs partes quædam obruptæ, & in totam insulã diuisæ, multos riuulos, insulasq; fecerunt, vt tota insula sit nauigabilis fossis in fossas diuisis, tãta facilitate nauigãtis, vt nonnullæ testaceas scaphas habeant. Illa autem insula delta nõlatur quam maf, duoq; Nili fluenta efficiunt, Delta uo dicitur propter figuræ similitudinem, quam habet triãgulam. ſ Pharetratæ, ꝑsidis, post Carmaniam Persia est, Carmania autẽ ab Idi ostio vitima. Venantur ipsæ pila, & sagittas ab equis mittẽtes, & funda vtẽtes, Strabo lib. xv. ſ Viridem ægy. propter sata, & vineta, & gramina ob Nili fœcunditatem, hic ait nigra arena idest nigro limo, & lib. ij. ge. diximus, optimã esse nigram terrã. ſ Coloratis indis, id est nigris, Nilus autem originẽ, vt Iuba Rex potuit exquirere in monte inferioris mauritaniæ, non procul oceano hẽt, auctor pli. li. quinto, capi. decimo. ſ Deuexus, declinatus, pronus demissus. ſ Imbrice, imbrices tegulæ dicuntur, qđ imbres capiant. ſ Zephyris, ij flare incipiunt. vij. idus Febru. primo scilicet die Veris vti latius libro primo Georgicorum. ſ Irundo, de hac Ouid. in fine libri secũdi Fasto. ait, Fallimur an veris prænũcia venit irundo, & philosophus li. j. ethi. ait, ꝙ ver nec vna facit irundo nec vn⁹ dies. Col. vo li. xij. c. ij. sic ait, Decimo cal. Martij Leo desinit occidere, venti septẽtrionales q vocantur ornithiæ per dies. xxx. esse solent, tum & irundo aduenit.

CHRI. ¶ VIRIDEM, propter abundantiam, & copiam frugum.

Quis Deus hãc Musæ quis nobis extudit[a] artẽ?
Vnde noua[c] ingressus[b] hoĩuz experiẽtia cepit
Pastor[d] Aristæus[e] fugiens Peneia Tempe[e]
Amissis (vt fama est) Apibus, morboq; , fameq;
Tristis ad extremi[f] sacrum caput astitit amnis
Multa quærens, atq; hac affatus voce parentẽ.
Mater[g] Cyrene mater quæ gurgitis[h] huius
Ima tenes, quid me præclara stirpe Deorum
(Si mõ quẽ perhibes pater est Tymbræus[o] Apollo)
Inuisum fatis genuisti? aut quo tibi nostri
Pulsus amor? quid me[i] Coelũ sperare[j] iubebas?
En etiam hunc ipsuz vitæ[k] mortalis honorem:
Quẽ mihi vix frugũ & pecudũ custodia[l] solers
Omnia tentanti extuderat, te matre[m] relinquo.
Quin age & ipsa manu fœlices[n] erue siluas:

SER. a EXTVDIT, studiose repperit. b Ingressus, exordia, nam est accusatiuus pluralis. c Noua experientia, nullo docete arte per vsum reperta. d Pastor Aristæus, Aristæus filius fuit Apollinis & Cyrenes filiæ penei fluminis Thessaliæ, qui quum Eurydicen nympham vxorem Orphei viciare voluisset, & illa fugiens a serpente fuisset occisa nympharum iracundia cunctis animalibus perditis funditus & cunctis apibus, matris implorauit auxilium. e Tẽpe. sunt in Thessalia amœnissima. f Extremi amnis, summi, vñ nascit, & sic dicimus pro supreme pater. g Mater cyrene mater, inuidiosum est noĩe parentes vocare. vnde est paulo post, Et te crudelem noĩe dicit, sic in .xij. in desperatione ait, R. oitq; implorans noĩne Turnũ. h Gurgitis huius. i. penei fluminis. i Quid me inuisum fatis genuisti, natus ex dijs, inuisus est fatis. sic in primo æneidos, Nos tua ꝓgenies Cœli qbus annuis arcẽ. Itẽ Quis te nate dea ꝑ tanta pericula casus insequitur? k Vitæ mortalis honorẽ, bene honorem ait, qa arare bene, alalia pascere apes etiã habere honor erat. Nam ingenti honore fuit rusticitas. alibi, Non vllus aratro dignus honos. l Custodia solers, diligẽs, & perita industria. m Te. m. r. ac si diceret, sub ea pdo vsuz laboris sub qua augere debuerã. n Fœlices siluas. fertiles.

PRO. Pastor Aristæus fugiẽs peneia tẽpe. Peneos ẽ Thessaliæ flumẽ, q in pindo monte eius dẽ terræ orit. Tẽpe aũt sunt loca frigida, opaca frõdosa, copiosa fontibus vel fluminibus, hoc cõe olum eiusmodi locoꝝ est. & iccirco additũ peneia tẽpe, qa poterãt & alia itelligi dr quidẽ & in eis locis ꝓcipue vbi peneos oritur. vt in. i. meta. Ouid. refert dicẽs, Est nemus æmoniæ ꝓrupta qd vndiq; claudit silua. vocãt tempe, p q peneus ab imo effusus pindo spumosis voluit vndis insula Carpatho deã. quæ existimatur obiecta peneo.

ANTO. EXTVDIT, inuenit. Aristæus, latissime de hoc circa principium primi lib. geor. Ingressus, initia. Peneia tẽpe videto li. ij. Geor. Extremi, summi. Amnis, penei qui fluuius est in Thessalia in pindo monte ortũ habens, Tymbreus apol. Tymbra campus erat antiquo illio ꝓximus & Tymbreus qui ꝑ eũ fluit in scamandrũ emittens ab Apollinis Thymbrei téplũ quinquaginta stadijs distabat, scribit Stra. li. xiij. Solers, dr solers i ol re prudens vt scribit Fest. Omnia tentanti, de ijs late diximus lib. i. geor. ibi & cũ tõ nemoꝝ &c. Extuderat, parauerat.

CHRI. QVIS deus, Captat attẽtionem ostendens magnitudinem rei cũ sine musarũ fauore exprimi nõ posse. Tymbræus, tymbra, vt ait Diosco. herba est q nascit locis saxosis & asperis, folia habet similia thymo, sed molliora & maiora & stiptica & viridia habet spicam plenam floribus, quoruz color tendit ad citrinitatem & viriditatem, eadẽ herba dicitur satorea a satyris, qui luxuriosi, salacesq; sunt, quoniã eos q illa vtunt in Venerem pronos reddat, hinc dicit Apollo Tymbreus. Est aũt oratio pathetica, & ab animo perturbato proficiscens, vnde habet principium vix ab iurgio abstinens, & querelis refertum. Quid me. c. s. i. nam iniuria summa est, vt cui cœlum promittatur, is idẽ humanum honorẽ tueri non possit, & eum quidẽ honorem quẽ ipse summa cũ industria & labore arando, pascẽdoq; sibi acquisierit. Est. n. locus ꝓter spẽ, vnde summum citatur pathos, qui iubente matre cœlum speraret, is ab humano honore deciderit, q eo etiam infœlicius accidit, quia deceptus esse videt a matre, in qua si spẽ oẽm reposuerat iure reprehendi nõ poterat, & ita deceptus vt dum maiora pmittat, ea q suo sudore pepererat, eripiatur. Omnia. t. in quo & corporis extremus labor, & vt aiunt summa industria appareat. Te. m. ex duobus verbis duplex resultat argumẽtatio. Te. s. dea, ex quo ostendit quid possit mater & hic dolet ꝑ officiũ maternuz deserat. Quin. a. cõcessio est color rhetoricus, qd fit cum id concedimus quod fieri nullo pacto vellemus quo tempore semper aliquid addimus, quo a faciendo deterreamur,

Solers

Tymbre

vt I sequere italiā ventis pete regna p vndas. Nā deterret ipsum ab agēdo quod cōcedit ppositō metu tēpestatis, Sic hic pposita calamitate in filiū quam nō est verisimile, vt mater vllo pacto euenire cupiat. ¶ Eruit. s. vt alius in pceps ex pturbatione ferebat, ita & q̄ alum exprimit oratio pcipitē, necesse est hic abrupta & occisa & magna ex pte sine copulis fluctuat.

Ferᵃ stabulis inimicū ignez, atq̧ iterficeᵇ messes,
Vre sata, & validam in vites molire bipennem
Tantaᶜ meæ si te cœperunt tedia laudis.
At materᵈ sonituz Thalamo sub fluminis alti
Sensit, eam circum Milesiaᵉ vellera Nymphæ
Carpebant Hyali saturoᶠ fucata colore
Drymoq̧ᵍ, Xantoq̧, Ligeaq̧: Phyllodoceq̧
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla
Nesæq̧, Spioq̧, Thaliaq̧, Cymodoceq̧
Cydipe, & flaua lycoriasᶦ altera virgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores,
Clioq̧ & Beroe soror oceanitides ambæ,
Ambæ auroʰ, pictis incinctæ pellibus ambæ.
Atq̧ Ephyre, atq̧ Opis, atq̧ Asia Deiopeia,
Et tandem positis velox Arethusa sagittis

SER. a ¶ FER, infer. b ¶ Interfice messes, sm Pythagoram, q animam habere dicit cuncta crescentia. Vñ & alibi, Aret ager vitio moriens. c ¶ Tanta meæ si te cœperūt tedia laudis, Tedium est angor mentis & animi, non corporis valitudo. d ¶ At mater sonitus, cur nō etiaz vocem audiuit? scilicet quia in ima fluminis parte erat lanificijs occupata. e ¶ Milesia vellera, pciosa. Cicero, Nā quid a milesiis lanæ publicæ abstulerit? f ¶ Hyali saturo, fucata colore, Hyali, p hyalino colore. Vitreo, viridi nymphis apto. Saturo autē largo abundanti, aut certe tarentino ab oppido satureo. Iuxta tarētū.n. sunt baphia, in quibus tingitur lana. g ¶ Drymoq̧ Xanthoq̧, hæ sunt, vt multi volūt, de quibus ait Iuno, Sunt mihi bis septem præstāti corpe nymphæ. Sed magis poetice conficta nomina accipiamus. Sane mira varietate hic vsus est, nam ne continuatio nominum posset creare fastidium, in alijs habitus, I alijs cōmemorat virginitatem, in alijs pulchritudinem. h ¶ Auro ambæ pictis incinctæ pellibus ambæ, idest nebridas habentes, Sed hic venatricus est habitus, quē ideo nymphis dat, quia multas ex eis legimus ex venatricibus factas, vt Et tandem positis velox arethusa sagittis. Notanda autem est figura honestissima facta ex repetitione sermonis, vt Oceanitides ambæ, Ambæ auro pictis incinctæ pellibus ambæ.

ANTO. CMILESIA vellera, de ijs vide to lib. iij. geor. ¶ Carpebant, diuellebant nebant, vnde ait inferius. Duz fusis mollia pensa deuoluunt. ¶ Hyali. i. vitri, cuius color cum aque conuenit, hyalos vitrū dicitur, hyalinon vitreus, hyalurgos vitriarius, hyalurgion officina vitriaria ¶ Fucata, depicta, tincta, colorata, phycos enim color dicitur. ¶ Drymoq̧ figura est hoc versu Polysyndeton, idest multipliciter coniunctum, huic contraria

Hyales.

est Dyaliton vel asyndeton, idest sine coniunctionibus. ¶ Nesæq̧, spioq̧, thaliaq̧, cymodoceq̧, hoc modo legendum est carmē. Eustachius enim exponit Spio a spæon. i. speluncis dictam propter maris cauernas, & q graeca scriptura est speio cum ei diphthongo, quæ in i longā vertitur, est idē carmē in fine libri quinti æneidos legitur etiam nisæ. ¶ Cymodocea, ea dicta ē q vndas maris cum ventoq̧ spiritu quiescere faciat. ¶ Lucinæ labores. i. partus, de Lucina latius lib. iij. geor. ¶ Oceanitides ambæ. i. oceani filiæ, nec legendum est oceanides, q oceanus asi penultimam, & penultimam corripit, variabit autem singulariter oceanitis oceanitidis. ¶ Ambæ, epanalepsis est. i. repetitio, quæ quidez multū venustatis habet, & grauitatis. ¶ Pellibus, nebridibus. s. i. damarū, & hinnulorū, Nebros. n. hinnulus dr. ¶ Positis sagittis, fuerat. n. virgo venatrix Dianæ comes, de qua late Oui. li. v. met. ¶ Velox, retulit id ad fugā ipsius fugit. n. alpheum.

CHRIS. CMILESIA, miletū vrbem Neleus cōdidit Strab. teste nobilitata olim est pulchritudine lanæ ioniæ caput est ppe quā Meādes flu. in mare decurrit, Columella ait, oues generis eximij, calabras, apulasq̧, & milesias nostri existimabant. ¶ Hyali, optimū nomē nimphæ fluuitialis ὕαλος n. vitrum est. ¶ Drymo, a robore, Xantho a flauo colore, Ligea a sono philodoce ab amico hospicio, cydipe decus equestre, lycorias dulcedo mōtis. Possetq̧, & in reliquis interpretatio dari, sed nō est necesse, Mira aūt narratio harū nymphaꝝ propter mirā distinctionē ac varietatem q̄ mihi causa est. Modo enim distinguit epithetis, modo coniūctim enarrat, alias a forma, alias ab ætate, alias a vita & moribus, alias ab ambitu & laudat, vt tot nomina quæ sine fastidio proferri posse non videbantur summa cum audientium voluptate recenseat.

CVRAM

IAN.

a ¶ CVRAM inané, diffinitio est amoris. b ¶ Vulcani Martisq́, fm Donatum hic est distinguendũ, & sic inferendum, vt dolos ad Vulcanum, furta dulcia, idest adulteriũ referamus ad Martē. Scimus enim q Sole indicā te Mars cũ Venere per artem Vulcani est religat⁹ catenis. c ¶ A q Chao, & a chao narrabat crebros amores deorũ. d ¶ Summa flauum caput extulit vnda, Mire per trāsitum veritatem tetigit. Nanq Arethusæ fons dulcis aquæ fluenta inter medios fert fluctus. e ¶ Cyrene soror, ppter similitudinem potestatis ait soror, Nam Cyrene thessaliæ, Arethusa vo dea est elidis. f ¶ Tua maxima cura, quē tu plurimũ diligis. g ¶ Penei genitoris, aut tui genitoris, aut honoris est, vt Tybri pater. h ¶ Noua formidine, magna, vt pollio & ipse facit noua carmina. i ¶ Fas illi limina diuom Tangere, vtroq. n. parēte deo natus erat. k ¶ Speluncisq lacus clausos lucosq sonāteis, mirans per omnia subaudiamus, Lacus aūt dicit fontiũ & fluuiorum receptacula. Hæc autem non sunt per poeticā licentiā dicta, sed ex ægiptijs tracta sunt sacris Nam certis diebus Nilides pueri de sacris parentibus nati, & sacerdotib⁹ nymphis dabantur, qui cũm adoleuissent redditi narrabāt lucos esse sub terris, & īmensam aquā omnia continentem, Ex qua cuncta pcreantur. Vnde est illud secundum Thaleta, Oceanumq patrem rer. l ¶ Phasinq, fluuius colchidis. m ¶ Lycum, fluuius,

Inter quas curam[a] Clymene narrabat inanem
Vulcani[b], Martisq; dolos, & dulcia furta,
Aq;[c] Chao densos Diuum numerabat amores,
Carmine quo captæ dum fusis mollia pensa
Deuoluūt, iterum maternas impulit aures
Luctus Aristæi, vitreisq; sedilibus omnes
Obstupuere, sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens summa flauum[d] caput extulit vnda,
Et procul, o gemitu nō frustra exterrita tanto
Cyrene[e] soror, ipse tibi tua maxima cura[f]
Tristis Aristæus Penei[g] genitoris ad vndam
Stat lachrymās: & te crudelem nomine dicit.
Huic percussa noua[h] mentē formidine mater
Duc age duc ad nos fas illi[i] limina Diuum
Tangere ait, simul alta iubet discedere late
Flumina, qua iuuenis gressus inferret. at illum
Curuata in montis faciem circūstetit vnda,
Accepitq; sinu vasto, misitq; sub amnem.
Iamq; domū mirans genitricis, et humida regna
Speluncisq;[k] Lacus clausos, lucosq; sonanteis
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectatabat diuersa locis, Phasinq;[l], Lycumq;[m]

tus fuit dijs cūctis inde aspicientibus, vt lib. iiij. met. Oui. edocet. ¶ A q chao, desta mundi initio, & elementoꝝ segregatione, naq vt Festus ait, Chaos appellauit. Hes. confusam quōdam ab initio vnitatem, hiantem, patentemq́ ī profundum. ¶ Vitreis, vitreo colore, qui aquæ similis est. ¶ Phasinq. Phasis Asiæ fluuius. c. ac xx. pōtibus pertransit, q ppter flexiones asper ac violentus in colchidē descē, auctus demum exijt in pontũ, secus cum vrbe iacet eiusdem nois, & lac⁹ nō pcul ipsa vrbe Colchorꝝ emporiũ, quod ex alia pte amnis percingitur, ex alia lacu, ex alia mari Strabo lib. xi. Dionysi. Phasin oriri ex monte armēo, labiq ex altissimis collibus Caucasi cui monti Colchi adhærēt, inde in Euxinum deflecti. ¶ Lycũq, Lycus fluuius postea Rhyndacus dictus est, oritur in stagno artinia iuxta miletopolis, recipit magestō plerosq alios, Asiam, Bithyniāq determinans, Pli. lib. v. ca. xxxij. Mela scribit in Anthiochia Syriæ parte lycum amnem esse.

Chaos

Phasis

Lycus Rhyndac.

ANTO. CVRAM, vulcani inanē, frustra enim curiosus erat in venerē, illa nāq cũ Marte sæpissime pcurrebat. Pōt ēt itelligi inanē curā amorē ipsius. ¶ Martis dolos. i. quos Mars a Vulcano recepit. æreis. n. cathenis retib⁹, & laqueis ab illo cũ Venerē eodē lecto circũdatus

CHRI. ¶ FAS ILLI, quia ex deo natus sit. ¶ Simul alta, ex phantasia poetica ea fingit quæ rem faciūt verisimilē. ¶ Phasi, ingens fluuius Colchiam regionem illabens, oritur ex Armenia glaucum & hyppũ recipit, illi adiacet vrbs eiusdem nois cũ per sarapanorum angustias fluit, ita flexuosus est. vt. c. xx. pōtibus transeat, Habet prope se Leucothoæ templũ a Phryxo conditũ, in quo aureũ vellus dedicauit, nascit in eo virga quam leucophilon dicunt, cuius hæc est vis, vt thalamis illata matrimonia pudica conseruet, ¶ Lycũ, flu. ppe est Cizicũ, alio noie Rhyndac⁹ nolatus est, & alius lycus, q a summo monte Celenæ vrbis defluit, sed donec intra mœnia labit nō lycus, sed marsia dicitur.

Phasis

SER. a ENIPEVS, thessaliæ fluuius. b Pi tyberinus, Tyberis & Anio italiæ sunt fluuij. Saxosus sonās, & saxosum legendū est nō saxosus, ne sint duo epitheta, qđ apđ latinos vitiosum ē. d Hypanis, & pōti fluui', e Mysusqʒ caycus q permysiam labitur. f Eridanus, fluuius Italiæ qui & padus vocat. Purpureū āt nigrū ex altitudīe accipimus. Nā padus nō in rubeū mare, se iuxta rauēnā in adriaticum cadit, & purpureus græcum est epitheton, mare rubrū ēt dixit Homer. ... Vñ apparet Victorinū hoc loco errasse, qui purpureū mare rubrū esse dixit, qđ est iuxta indiā. g Nati fletus cognouit inanes, bene inanes fletus, his.n. mouebantur rebus quarū erat facilis reparatio. h Dant ordine fontes, rite s. cū dō ordinem epulaȝ. i Mātilia, qbus manus terguntur. Cæterū Plau. huius singulare mantellum posuit in captiuis, nec his sycophantijs, nec fucis vllū mantellum obijcias. Lucil. autem mantella dicit, mappas mātellia merunqʒ, quæ græci μανδυα vocant. k Plena reponunt pocula, iterant sæpe offerunt. l Panchæis ignibus, ture arabicis odoribus. m Adolescunt aræ, pro incenduntur ... ponit, & adolescūt hic vim hȝ frequētationis, & pāchæis adolescūt. i. pāchæis odoribus incendunt aræ.

Et caput vnde altus primū se erupit Enipeus[a]
Vnde Pater[b] Tyberinus, et vnde Aniena fluēta
Saxosumqʒ[c] sonans Hypanis[d] Misusqʒ[e] Caycus
Et gemina auratus Taurino Cornua vultu
Eridanus[f], quo non alius per pinguia culta
In mare purpureū violentior influit amnis.
Postq̄ est in Thalami pendentia Pumice tecta
Peruentum[e] nati fletus[g] cognouit inanes
Cyrene, manibus liquidos dant ordine[h] fontes
Germanæ, tonsisqʒ ferunt Mantilia[i] villis,
Pars epulis onerant mēsas, plena[k] reponunt
Pocula, Panchæis[l] adolescunt[m] ignibus aræ.

PRO. TAVrino cornua vultu, Eridanus siue padus. Et iō Taurino vultu, qđ eius sonus, vt tauri mugitus, & ripæ flexuosæ sūt vt cornu.

ANTO. ENIpeus, est'is Thessaliæ flu. q in api dānū elabit, Apidānus ꝯo in peneū. Stra. li. ix. edocuit altus aūt Enipeū poeta ait, q ex Othry mōte defluit, vti ait. Tyberinus, tyberis antea tybris appellatus, & prius albula e media fere longitudīne apēnini profluit, tenuis primo inde & xl. fluuijs auctus pcipuus autē nare & aniene q & ipse nauigabilis in Tyrrhenū dilabit æquor. Pli. li. iij. Aniena fluēta, anio ex alba decurrens pter latinā Marsorū vrbē, & ppinquū illi campū Tyberim postea intrat, stra. li. v. descēdit aūt per Tybur. Hypanis, & megaros aurū vehunt ditissima olim flumina. ea. n. a mōte Hemodo primū exorta in oceanū tandē dilabunt. Soli, quoq de india feri. Hypaniā nobilissimū flumen q Alexādri magni iter terminauit, scuti aræ in ripa eius positæ pbāt. Mysusqʒ caycus, supra partē Troadis in mediteraneo est q̄ vocat Teutrania, quā Misi antiquit tenuere ibi Caycus amnis orit, Pli. lib. v. Eridanus, padus nulli amnī um claritate inferior a græcis dr. Eridanus, vt scri. Pli. lib. iij. & teste Mela ab imis radicibus Vesuli montis exortus paruis se primū fontib' colligit mox ita auget aliis amnibus, vt se per septē ostia effundat, vnum de ijs magnum padum appellāt, Ide tā citus psilit, vt discussis fluctib' diuqualē emittit vndā agat, suūqʒ etiam in mari alueuȝ seruet, donec eum ex aduerso littore istriæ eodē īpetu profluens ister amnis accipiat. Auratus cornua, geminas ripas intelligit q̄ cū tortæ sint fluuiorū cornua appellātur, auratus aūt dicit poeta, qm̄ vt Plin. refert padus amnis est italiæ ditissimus, & camporū vbertate fœcūdat, vel potius auratus ait, qm̄ īter sidera relatus fert, habetqʒ stellas. xiij. vt scribit Iginus. Taurino vultu, id ait, qm̄ Eridāi sonus, vt tauri mugitus sit, & ripæ flexuosæ, vt cornua, probus. Purpureū ma. padus vt Pli. scribit in mare adriaticū sfluit, in qđ triginta flumīa defert, purpureū aūt cæruleū intelligimus, vnde paulo superius poeta dixit, violæ sublucet purpura nigræ, qđ ibi latius apertum est. Aristo. aūt particula. xvi. pblematū scribit, pflante aquilone mare pspectius atqʒ transfucidius fieri q̄ austro. particula ꝯo. xvj. scribit, austro spīrāte cæruleum mare fieri, demum purpureus color niger est, rubore quodā admixto, De purpureis aūt coloribus qūo varij sunt scdm solis temperiē in diuersis locis videto latissime Victruuius in penultimo & vltimo ca. li. vij. Pumice, saxo vndis coroso. Pāchæis, ignibus. i. turreis, tus. n. in panchaia nascit. Vinli ij. geor. Totaqʒ turiferis panchaia pinguis arenis, & supius eodē libro dixerat, Solis est turea ūga, sabæis, p quod intelligit panchaiā in sabæa regione esse, probus ꝯo pdicis regiones scribit, esse ab rege panchæo dictas. Adolescūt, augent, honorant, incendontur.

CHR. HYPANIS, flu. est, q ex luco scytharū palude oritur,

Enipeus
Tyberis
Anio
pāchiaæ
OTHA

... ditur, fluit dulcis donec admisceatur fonti qui Exampeus dicit, cuius aquæ adeo amaræ sunt, vt deinceps totus fluuius amarus reddatur, de hoc scribit Aristo. in libro de animalib⁹ & ipsum apud cimmerium bosphorum, atq; deferre, veluti folliculos acinis maiores e qbus quadrupedes volucres erumpunt, viuuntq; post meridianum tempus, & volant, sole descendente macrescunt, & languent, occidente vero moriuntur, hinc ephemeri dicuntur.

Et mater, cape Mæonii[a] Carchesia[b] Bacchi
Oceano[c] libemus ait: simul ipsa precatur
Oceanumq;[d] patrē rerū, Nymphasq; sorores.
Centū[e] quæ siluas, centū quæ flumina seruant.
Ter liquido[f] ardentē perfudit nectare Vestam.
Ter flāma ad summum tecti subiecta reluxit.
Omine quo firmans animum sic incipit ipsa
Est in[g] Carpathio Neptuni gurgite Vates

SERV. a Mæonii Bacchi, lydi vini. b Carchesia, sūt poculorū sunt genera; Cæterum nymphis libari pontifices negant, sane mox ita euidenter apparuit, cū ait, Ter liquido ardentem perfudit nectare vestam. c Oceano libemus ait, quasi nympha Oceano sacrificat. d Oceanumq; patrem rerum, quod ex eo omnia gignātur, & originem ducunt secūdum Thaleta, vt supra diximus. e Centum quæ siluas, aut ducentas nymphas asserit, aut finitus est numerus pro infinito.

f Ter liquido ardentem perfudit nectare vestam, idest in ignem vinum purissimum fudit, post quod quia magis flamma conualuit bonum omen ostendit. g Est in carpathio Neptuni gurgite vates cæruleus Proteus, Carpathos insula est contra ægyptum: a qua vicinum pelagus carpathium appellatum est. hic aliquando regnauit proteus relicta Pallene ciuitate Thessaliæ, ad quam tamen reuersus est postea, quod ostēdit hoc loco dicens, Patriamq; reuisit pallenen, hoc ideo dicit, quia proteus anteq; in ægyptum commigraret, Thraciæ fuit incola, vbi habuit vxorem, ex qua filios Thelegonum & polygonum, qui cum aduenas secum luctari adigerent, & excruciaret ad postremum ab Herculevicti & interempti patris animum perculerunt, quapropter tedio præsentium rerū solum vertere coactus Ægyptum petiit.

FRO. MÆONIVM, Liberum patrem dicit, quia Lydia mæonia vocatur.

ANTO. Carchesium. CARCHESIA, est Charchesium poculum græcis tantum modo, notum procerum, & circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter ansis a summo ad infimum pertingentibus, Macrobius libro quinto.

Mæonii bacchi, vini lydii, De lydia autem dictum est paulo superius. Oceanumq; patrem rerum, Diodorus libro primo ait. quod humiditatem oceanum prisci vocitarunt, & græcorum nonnulli oceanum generatorem deorum, & matrem Tethym, prius etiam dixerant, quod in humidis calore adhibito fit generatio. Nectare, optimo vino, de nectare vero latius superius e. Ardentem vestam, ignem ipsum vnde ait Ouidius libr. quinto fastorum, Nec tu aliud vestam quam viuam intellige flammam. Cicero autem in libro de natura deorum scribit, vestæ nomen a græcis esse. Ea enim quæ ab illis. Hestia dicitur, vis autem eius ad aras, & focos pertinet, itaq; in ea dea quod est rerum custos intimarum omnis, & precatio, & sacrificatio extrema est. Dixerat autem paulo superius in omnibus rebus vim habere maximam; prima & extrema, & quod principem in sacrificando Ianum esse voluerunt, quod ab eundo nomen est dictum, de Vesta etiam plura diximus in fine libri primi Georgicorum.

carpath⁹ Carpathio gurgite, est Carpathus insula excelsa. cc. stadi. habens. fultaq; vrbibus. iiii. pollens, & nomen celebre consecuta est, a qua pelago quoq; nomen est inditum. Strabo scribit libro vndecimo de sporadibus, & plinius libro quinto capitulo trigesimosecundo scribit, vnam esse de insulis Rhodiorum. idem Strabo libro tertio ait, Carpathium mare esse vsq; ad rhodum Cretamq; ac Cyprum.

CHRI. OCEANVMq; patrem rerum, secundum Thaletem milesium qui aquam principium rerum posuit, hic fuit primus qui apud græcos hæc inquireret Hesiodo vero poeta terram, Anaximander Thalis auditor, & Anaximanes Anaximandri discipulus, aeris substantiam infinitam ponunt. Dioge. apolloniata infinitum aerem ponit, Anaxago. quatuor elemēta cū suis qualitates, quam materiem primam appellat. Archelaus huius discipulus duas ponit generationis causas, calidum quod agat, & frigidum quod tanq; materia patiatur. parmenides, Xenophanis, & Anaximandri discipulus, ac pythagoreorum studiosus duo ponit elementa, ignem vt artificem, & terrā vt materiem. Leucippus Democritus & Epicurus, materiam volunt esse atomos infinitas quæ per infinitum volitent. Empe. protagoræ auditor quattuor ponit elementa, ex quibus amicitia & discordia mo...

mente cōstet ola, & in hæc resoluta referri. Heracle. ephesius ignem esse volt cuius tum cō pressione, tum eliquatione ola constent, & fluminis instar cuncta diffluere. Trimegi. Pytha. Plato. & Aristo. mundi materiam ponunt, non quatuor elemēta, sed aliud inuisibile & isensibile, q̄ oibus quæ videntur subiectum sit, & olum formaȝ̄ receptaculū sui nā informet, sed oēs ab alio recipiens. ¶ Carpathio. Carpathium mare a carpatho insula hæc excelsa est, & circuitum. cc. stadiorum habet. Fuitq̄ vrbibus quatuor pollens, & nomen celebre consecuta est, a qua pelago nomen est inditum, Distat ab Alexandria stadia mille.

SERV. a ¶ CÆRVLEus proteus, mari/ nus. b ¶ Magnū q piscib' æquor & iuncto curru metit. equi enī marini pma p/ te eq sūt postre ma resoluūtur in pisces. c ¶ Quæ sint, quæ fuerint, q̄ mox ventura trahantur, vt Home. ος ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα. Ita Neptuno visum est, vbi deest rō sic loquit nā ita & .ij. dixit, Sic visuȝ superis, quū pmi sisset imeritā. d ¶ Turpes phocas, magnas, vt cui turpe caput. phocæ āt sīt marini boues

Cæruleus[a] Proteus, magnum[b] q piscibus æquor
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reuisit
Pallenen. hunc & Nymphæ veneramur, & ipse
Grandæuus Nereus, nouit nanq; omnia Vates
Quæ[c] sint, quæ fuerint, q̄ mox ventura trahantur
Quippe ita Neptuno visuȝ est immania cuius
Armenta, & turpes[d] pascit sub gurgite Phocas.

Pli. Pennæ quæ pedum vice datæ sunt piscib' nullis supra q̄tuor quibusdā ternæ, qbusdā binæ aliquibus nullæ &c. ¶ Emathiæ port' de hac videto I fine lib. j. geor.

FRON. ¶ HIC nunc Emathiæ portus, patriamq; reuisit Pallenē, Emathia dicit macedōia ab emathione fratre Memnonis, vbi est vrbs pallene, sed Proteus in ægypto natus est. & pp̄ter crudelitatem Busyridis dr̄ pallenen petijsse, & ita redijsse in ægyptum.

ANTO. ¶ PROTEVS, Diodo. lib. ij. sic ait, defuncto rege post. v. genus, cū Ægyptus rege careret ex dignioribus qdam in regē assumptus est, quē ægyptij Cetea græci proteū appellant, q Iliaco tpe extitit, hūc artium peritū fuisse tradunt, & in varias se se formas vertere solitū, vt nunc alal qñq; arbor, aut ignis, aut qd aliud videretur, quæ eadem & sacerdotes de illo scribunt, hanc rerū cognitiones continuo ex astrologoȝ ac sacerdotū vsu rex est assecut'. consuetudo autē regibus tradita græcis cām hmōi transmutationis fingendi pbuit, Nam ægyptijs mos erat regib', aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partes in capite ferre insignia principatus, qñq; īo arborem aliquando ignem, qñq; redo lentia supra caput vnguenta, hæc tū ad decorem spectabant atq; ornatum, tū stupores ac superstitionē quā dam aspicientibus inijciebant, hæc ille teste Ho Hesi. in Theogonia oceani, & Tethyos filius fuit, fuitq; Vates maximus, De quo qdeȝ & Theocri. vti prote' phocas et deus existēs pauit. ¶ Bipedum equoȝ, marini equi prima parte equoȝ effigiem hñt postrema piscium, qua figura ēt in antiqs marmoribus cernunt, vt aiunt, Bipedū aūt ait, quā vt scribi

¶ Pallenen, Pallene Arcadiæ oppidū, teste Pli. hic ūo intelligit Maro de pallene vrbe Thraciæ quā hitauit. vt apū Lycophronē apparet Prote' añq; in ægyptū trāsiret, Dicta aūt est Pallene a pallene filia Sythonis, vt apud Eusta. habet. ¶ Nereus, oceani & Tethyos fili', teste Heśio. que olum antiqssimū dixit orpheus in argonautica. neros aūt aq̄ dr̄. ¶ Immania armē. hu/ moris cā, vt scri. Pli. li. ix. sūt in mari alalia maiora, ēt terrestribus, plurima aūt & maxia in Idico mari, ex qbus Balenæ q̄ternū ingerū pisces ducenū cubitoȝ. ¶ Phocas, vitulos marinos itelligit, q in terra pariunt pecudū more nūq; geminis plures educāt māmis foetū. ipsis in sono mugitus, vñ nomē vituli acceperunt, Nullū alal pmit graviorē sōno, pēnis qbus in mari vtunt humi quoq; vice pedum serpūt. vestiunt āt pilis vti pristis & balenæ. ¶ PROTEVS, deus marinus, oceani & Thetidis fili' fuit, & Vates, q ab Agamēnone vi coactus fm Hoñ. futura pdixit. Sunt q dicāt ex Pallene fuisse, & apud ægyptios regnasse, & ad eū post excidiū troianū tēpestate cōpulsum deuenisse Agamēnona, sȝ Herodo. scri. parim rapta Helena tēpestate in Ægyptū apū canopicū Nili ostiū diatū, & ab Otone hostij custode ad Proteū deductū esse, at ptēus cognita rapina Helenā, resq; suas illam Menelao restituēdā retinuit, ac triduo parim abire iussit Mene. deide expugnata troia, Helenaq; in ea vrbe nō inuenta in ægy. venit, atq; illā a Prot. recepit. ¶ Turpes phocas, phocæ vituli marini dñr, spirāt, vt balenæ & delphini ac i terra dormiūt, & pfundū accipiunt somnū, pſertim cū multa esca crapulent, nō squama, sed corio bubulo tegunt, parit in littore & lac præbet, teste Aristo. Quapropter ambiguum hoc alal esse. i. aquaticum & terrestre, idem philosophus asserit.

Pallenē

Nereus

Phocæ

CHRIS. Proteus

Phocæ

¶ EXPEDIAT

Hic tibi Nate prius vinclis capiendus, vt omnẽ
Expediat[a] morbi caussam, euentusq; secundet.
Nam sine[b] vi non vlla dabit præcepta, neq; illũ
Orando flectes. vim duram & vincula capto
Tende, doli[c] demũ circũ hæc frangent inanes.
Ipsa ego te, medios cum Sol[d] accenderit æstus,
Cũ sitiũt herbæ, & pecori iam gratior vmbra est,
In secreta[e] senis ducam, quo fessus ab vndis
Se recipit, facile vt somno aggrediare iacentem.
Verũ, vbi correptũ manibus, vinclisq; tenebis,
Tum variæ illudent species, atq; ora ferarum.
Fiet enim subito Sus horridus, atraq;[f] Tigris,
Squammosusq; Draco, & fulua ceruice Leæna,
Aut acrem flãmæ sonitũ dabit, atq; ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenuis dilapsus abibit.
Sed quãto ille magis formas se vertet in omneis,
Tanto Nate[g] magis contende tenacia vincla,
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris incepto tegeret cum lumina somno.
Hæc ait, & liquidũ[h] Ambrosiæ diffudit odorẽ,
Quo totum Nati corpus perduxit. at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura.
Atq; habilis[i] mẽbris venit vigor. Est spec⁹[k] ingẽs
Exesi latere in montis: quo plurima vento
Cogitur, inq; sinus scindit sese vnda reductos
Deprensis[l] olim statio tutissima Nautis.
Intus se vasti Proteus tegit[m] obijce[n] saxi

a EXPEDIAT morbi causam euentusq; secundet, duo enim ista requiruntur in oraculis, causa mali & remedium. b Nã sine vi nulla dabit præcepta, ne eũ speraret posse precibus flecti. c Doli circum hæc demum frangentur inanes, circa vincula nouissime eius deceit doli, idest formarum varietates, cuius figmentũ physicas volunt esse rõnem, nãq; homo habet in se libidinẽ, stultitiam, ferocitatem, dolum, quæ dum inuicem in vno vigent, pars illa quæ vicina est diuinitati, idest prudentiæ non apparet, q̃ tunc potest suas vires tenere. Cũ fuerit illa religata, i. cũ quis caruerit omnibus vitijs. Vnde sacerdotem hunc dicit tunc posse vaticinari, & suscipe diuinitatem, cum religata in eo fuerit ignea cupiditas. Siluestris asperitas, lapsusq; animi, aquarum mobilitati similis medicos. d Cum sol accẽderit æstus, fere enim numina tunc vidẽtur. Lucanus, Medio cũ phœbus in axe est, Aut cœlum nox atra tenet, tũc ipse sacerdos Accessum, dominumq; timet deprendere luci. e In secreta senis ducã, fere omnes dij marini senes sunt, albẽt enim eorum capita spumis aquarum. f Atra tigris, idest sæua. g Tanto nate magis, alij legunt Tantũ nate magis. h Liquidum ambrosiæ diffundit odorem, video vnxit eũ, quo posset vidẽdi numinis capax esse. i Habilis vigor, vegetabilis. k Specus ingens, in singulari numero hoc specus, in plurali hi specus dicimus. l Deprensis, nautis, periclitantibus, verbum nauticum est, Cum tempestate occupanti, sic alibi, Argolico ut mari deprehensus. m Tegit, tegere consueuit, Nam tunc illic non erat. n Obijce, obiectione, & melius hic obex q̃ hæc obex dicimus.

ANTO. Ambrosia

AMBROSIAE, ambrosia species est artemisiæ simplici caule folijs minimis, flores copiosi erũpunt quum vua maturescit odore non iniucundo, Plini. libro vigesimo quinto. Ex hac autẽ dij pasti sunt crediti. Vnde ait Ouid. libro primo de ponto, Nectar & ambrosiam latices, epulasq; deorũ Det mihi formosa grata iuuenta manu, idem autẽ est ambrosios q̃ diuin⁹ & immortalis.
Perduxit, perunxit, affecit. Dulcis aura, idest ventus, sic enim Nonius quoq; hũc locum exponit. Vigor, fortitudo, firmitas. Deprensis, a tempestate oppressis. Olim, quãdoq;. Obijce, oppositiõe, obiectione, obijces pessuli seræ inquit Festus.

CHRI.

VINCLIS CAPIENDVS, nam ipsa veritas inter tot verisimilia nisi vi ipsius ingenij colligatur, teneri non potest. Doli manes, idest quos inaniter adhibebit, & renera omnis fraus, & deceptio res vana est, Nã omne quod est, bonum est, fraus autem nihil est, qđ autem se illum in secreta senis perducturam eo tempore pollicetur, quo sol meridiem facit non ab re, Nam verum in rebus nisi multa luce sapientiæ, ac doctrinæ discerni non potest. In secreta senis, Veritas enim a natura occultatur. Senis: Nam nihil vetustius veritate. Dicitur autem a matre, idest a ratione.

SER. ¶ AVERSVM lumine, paululum obliquum a lumine. Et sciendum Proteum temporalem suscipere diuinitatem, alioquin potuit etiam Aristæum cognoscere latitantem. b ¶ Iā rapidus, hic distinguendū propter duo epitheta. Sirius autem stella est in ore canis, per quam nimios æstus accipimus. c ¶ Sitientes Idos, populos subsolanos. d ¶ Caua flumina, alta. Lucanus, Deseruere cauo tentoria fixa lemano. e ¶ Vix defessa senes passus cōponere membra, auiditatem exprimit tenere cupiētis. Vnde cum contra matris præceptū cito in proteum impetum fecisse dicit, pro quod incontinentes hominum animos docet poeta. f ¶ Hominis ore, humana scilicet voce.

bet holusatri. nihil a ture differentem, vsus eius post annum stomacho saluberrimus, quidam eam nomine alio rosmarinum appellant, hæc illa. ¶ Ipse velut, ordo est, ipse cōsedit, scopulo medius numerumqꝫ recenset, cætero per parenthesin clauduntur. ¶ Olis, quādoqꝫ. ¶ Auditi, legitur & auditis. ¶ Acuunt, instigant. ¶ Recenset, retractat, recognoscit. ¶ Facultas, copia opportunitas. ¶ Manicis, vinculis, Nam quidē pro quoniam. CHOMINIS .i. verum inquirentis mater ratio est. Ratio n. & non appetitus optima dux est ad veri inquisitionem. Dormit autem senex in antro, quia ipsa veritas in obscuro latet. Sed cum ingenium nostrum ad inquirendū illud accedit, tunc concutitur omnis res, & ex ipsa inquisitione variæ formæ insurgūt animo nostro, quæ speciē veritatis præ se ferant, vt multa putemus vera esse ac bona, Nā oē verbū bonū, quæ falsa mala sunt, & tūc conuertit in feras Proteus, qa deludit ingeniū nostrū falsis imaginibus, putamus .n. verā esse voluptatē corporeā, quam in se fingit esse summū bonū, aut saturare irā, vnde nascit crudelitas quā exprimit in tigride. Aut fallimur pulchritudine rerū terrenarū, & credimus illas esse summum bonum, quas per draconem terrestre animal intelligit, nonnunquā reponimus fœlicitatem in ambitione ac supbia qđ exprimit leo, nam flāma ira esse. Verum quanto magis ille mutabitur in varias formas .i. quanto plures falsæ opiniões sese offerent, tanto acrius vrget vt verum deprendat. ¶ Nulla .s. n. s. postq̄ ita repertum est verū, vt nulla fallacia occultari q̄at, Proteus redit in formas humanam in qua sola inest ratio, qua verum discernitur, & dimittit formas ferinas, in quibus solus sensus est, in quo non est cognitio veri.

Rosmarinus

Hic iuuenē i latebris auersū[a] a lumiē Nympha
Collocat, ipsa procul nebulis obscura recessit.
Iam rapidus[b], torrens sitienteis [c]Sirius Indos
Ardebat Cœlo, & medium Sol igneus orbem
Hauserat, arebāt herbæ, & caua[d] flumina siccis
Faucibus ad limum radiꝫ tepefacta coquebat.
Cum Proteus consueta petens e fluctibus antra
Ibat, eum vasti circum gens humida Ponti
Exultans rorem late dispergit amarum.
Sternunt se somno diuerso in littore Phocæ.
Ipse, velut stabuli custos in montibus olim
Vesper, vbi e pastu vitulos ad tecta reducit,
Auditiqꝫ Lupos acuunt balatibus Agni,
Consedit scopulo medius: numerumqꝫ recēset.
Cuius Aristæo quoniā est oblata facultas,
Vix defessa[e] senem passus componere membra
Cum clamore ruit magno, manicisqꝫ iacentem
Occupat, ille suæ contra non immemor artis
Omnia transformat sese in miracula rerum
Ignemqꝫ, horribilemqꝫ ferā, fluuiumqꝫ liquētē.
Verum vbi nulla fugam reperit pellacia, victus
In sese redit, atqꝫ hominis[f] tandē ore locutus.

CHRY.

PRO. CQVVM Proteus consueta petens e fluctibus antra ibat. Proteus deus maris solitus se in omnia figuras conuertere.

ANTO. CRAPIDVS Sirius, Canis maior habet in lingua stellam vnam quæ canis appellatur, In capite autem alteram quam iste suo nomine statuisse extimatur, & Sirion appellasse propter flamine candorem, quod eiusmodi sit, vt præter cæteras lucere videatur. Scribit ita Iginus, Siriao autem, & luceo, & ferco significat. Inde Sirius stella quia autem de natura Martis est, homines nimio solis ardore fatigat. Plinius scribit libro decimo octauo capitulo quadragesimo secundo, Aues parram oriente Sirio ipso die non apparere, & donec occidat. ¶ Rapidus, suo enim ardore cuncta rapiendo desiccat. Hac etiam ratione superius diximus Rapidum solem appellari, quod hic locus apertissime indicat ita esse. ¶ Rorem marinum, scilicet qui amarus est. Plinius libro nono capitulo quadragesimonono, sic ait. Libanotis locis putridis & macris, ac roscidis seritur radicem ha-

CNAM Quis

Nam quis[a] te iuuenum, confidentissime nostras
Iussit adire domos? quid ue hinc petis inquit? at ille
Scis[b] Proteu, scis ipse, neqꝫ[c] est te fallere cuiqꝫ.
Sed tu desine velle. Deum[d] præcepta secuti
Venimus huc lapsis quæsitum oracula rebus.
Tantum effatus. ad hæc Vates vi deniqꝫ multa
Ardenteis oculos intorsit lumine glauco,
Et grauiter[e] frendens, sic fatis ora resoluit.
Non te[f] nullius exercent numinis iræ,
Magna luis[g] cōmissa. tibi has[h] miserabilis Orpheus
Haudquaqꝫ[i] ob meritū poenas (ni fata resistant.)
Suscitat. et rapta grauiter pro coniuge sæuit.
Illa quidem dū te fugeret per flumina præceps,
Immanē ante pedes Hydrum moritura[k] puella
Seruantem[l] ripas alta non vidit in herba.
At chorus[m] æqualis Dryadū clamore supremos[n]
Implerunt montes. flerunt[o] Rhodopeiæ arces.
Altaqꝫ Pangæa, et Rhesi[p] mauortia tellus.

a NAM Quis te iuuenum cōfidentissime. i. quisnā hodie enī nā particula postponit̄. antea pponebat̄. Terētius in phormiōe, Nā q̄ē uus a fratre egressus meo? b Scis proteu, vocatiuus græcus, vt Orpheu. c Neqꝫ est te fallere cuiqꝫ. Alij qeqꝫ legūt hoc autē dicit quū oīa noueris, desine aduētus mei causam velle cognoscere. g Deum pcepta secuti, ppter matrem. e Grauit̄ frēdens, cū ingenti tumultu. f Nō te nullius. i. non humilis, sꝫ magni. g Magna lues cōmissa tibi, idest magnorū scelerum est ista psolutio, & alij ita distingunt, vt sit a te cōmissa alijs. h Tibi has miserabilis orpheus, non humile autem numē dicit Tisyphonē. i. mortis vltricē, nam ideo Tisyphone dicta est, quasi cui cura sit τισιφόνου, idest mortis vltio. i Haudquaqꝫ ob meritū. i. nō tales q̄les mereris, nā tu vxoris causa mortis fuisti. Inferret autem digna supplicia, nisi fata phiberent, quibus sæuitibus ira numinū minora inferre licet maiora nō posse. k Moritura puella merito, nō vidit quippe moritura. l Seruantem ripas, tenentē, vt Tarcas seruabat alta sedes. m At chorus æqualis dryadū, & eurydice ergo dryas, & hono pprendio eius pretium interitū. n Supremos montes, summos, vt Pro supreme Iuppiter. o Flerunt rhodopeiæ arces, Rhodope mons est thraciæ sicut pangæa. p Rhesi mauortia tellus, quā postea Rhesus tenuit, & est prolepsis ex psona poetæ. Q uo in tpe orpheus fuit, Rhesus necdū regnabat in thracia.

PRO. ALTAqꝫ pangæa & rhesi mauortia tellus Pāgæum mons ē & rhodope thraciæ. Rhesi tellus thracia, q̄ prius dicta est Aria ab Areo rege patre, Thracis & edoniæ, a quo thracia dicta ē, & q̄dā gens est edirne, Latine aūt interptat̄ ansa, martia siue mauortia. mauors aūt dicitur magna vertens deus.

ANTQ. EST CVIqꝫ, pro datur cuiquā. Velle. s. fallere. Glauco cæruleo viridi, vt latius libro tertio Geor. probauimus. Frendens, dētibus sonans. Fatis, oraculis, sunt enī fata q̄ dij fant, de quibus latius supra. Luis p i non per e in antiqs legit. Luis ergo. i. purgas, vt ibi post mihi nō simili pena cōmissa luetis. Luo enim a luo dictū, vt scribit Varro. Haudquaqꝫ ob meritū, non sm meritum maiores enī meritus esses. Sæuit, ordo est, & pro rapta coniuge sæuit grauiter, p sæuiret ni fata resistant. Pangæa, pene Pāgæus, gæus thraciæ mons est, teste Pli. libro quarto, componitur autē a Pan quod est totum & gæa terra. Rhesi tellus, Thraciæ partes possedit Rhesus, vbi Mars omnium deus, vt Mela scribit.

CHRIS. NAM Quis, idest quisnam, & est anastrophe in qua præpositio postponitur, vt Transtra per & remos. Confidentissime, magna enim est confidentia audere accedere ad Proteum, idest ad difficultatem veri inueniendi. Scis proteu, sola enim veritas se ipsam nouit, nec a quocunqꝫ decipitur. Ardenteis oculos lumine glauco, ardentes, splendentes. ingenij enim acumen indicat splendor in oculis; idem notat color glaucus in pupillis, hinc est q̄ pallas quæ dea sapientiæ habetur γλαυκῶπις cognominetur, est autem glaucus color quē latini veteres cæsium dixerunt, vnde cæsiam glaucopiam appellarunt, dicitur autem cæsia teste Nigi. de colore Cœli quasi cœlia. Orpheus, fabula nota est orphei. vxorem habuisse Euri. quæ dum Aristeū fugeret per lœta herbis, floribusqꝫ ornata, latentem serpentem calcauit, cuius veneñato morso extincta ad inferos descendit, est autem eurydice humana anima quæ dicitur Eury. idest altum iudicium habens, propterea quod rationalis est hæc nobis orpheo cum corpori cōiungitur & amatur ab Aristeo, idest ab optimo, illa autē corporeis voluptatibus irretita. id. n. sūt flores atqꝫ herbæ q̄ terræ sūt pulchri

ũdo optimũ qđ ẽſt p illa fugit atq̃ a ſerpẽte.i.a peccato qđ inter illas voluptates latet ſterilſmitur, & ad inferos demergiť, ſed concediť Orpheo vt illã ſono citharæ.i.actionũ optima ppoſitione quæ maxima harmonia eſt, vndę virtus exoritur ab inferis reuocet.i.a vitijs liberet, ſed ea lege ne reſpiciat.i.ne in vitia relabatur, nam relapſa habitum facit.

Atq; Getæ, atq̃ ᵃHebrus, atq̃ actias ᵇOrithyia.
Ipſe ᶜcaua ᵈſolans ægrum ᵉteſtudine amorem,
Te dulcis coniux, te ſolo ᶠin littore ſecum
Te veniente die te decedente canebat.
Tænarias ᵍetiam fauces alta hoſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus maneſq; ʰadijt regemq; tremendum
Neſciaq; ⁱhumanis precibus mãſueſcere corda.
At cantu cõmotæ Erebi ᵏde ſedibus imis,
Vmbræ ibant tenues, ſimulacraq; luce carentũ,
Quam multa in ſiluis auiũ ſe milia condunt,
Veſper vbi, aut hibernus agit de mõtibus imber,
Matres atq; viri, defunctaq; corpora vita
Magnanimum Herouz, pueri, innuptæq; puellæ
Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum.
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaq; Palus inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfuſa coercet.
Quin ipſæ ſtupuere domus, atq; intima leti
Tartara, cæruleoſq; amplexæ ˡcrinibus angues
Eumenides, tenuitq; inhians tria Cerberus ora,

SER. a ❡HEBRVS, fluuius thraciæ gelidiſſimus. b ❡Actias orithyia, athenienſis nympha, q̃ Boreas in ſuũ matrimonium rapuit. c ❡Ipſe, Orpheus. d ❡Caua teſtudine, periphraſis citharæ, cuius vſus repertus eſt hoc modo, Quũ regrediens Nilus in ſuos meat⁹ varia in terris reliquiſſet alalia, relicta etiã teſtudo ẽ, q̃ quum putrefacta eſt, & nerui eius remãſiſſent extẽti ĩtra corium, percuſſa a Mercurio ſonitum dedit, ex cuius imitatione cithara ẽ cõpoſita. e ❡Aegrũ amorẽ, mœſtũ, deceptũ. f ❡Solo ĩ littore, deſerto, ĩ quo ſine vxore morabať. g ❡Tænarias & fauces, Tænarus laconiæ pmontoriũ ẽ, circa finem maleæ, vbi iferoꝝ dr̃ eſſe deſcẽſus. h ❡Maneſq; adijt, regẽq; tremendũ, hæc oĩa ad laudẽ pertinent citharæ, q̃ fretus iſta ſuperauit. i ❡Neſciaq; humanis pcibus manſueſcere corda, ad exitũ futuræ rei reſpexit nõ ad principiũ, nã primo meruit Eurydicẽ. k ❡Erebi de ſedibus imis, de ĩterioribus tenebris inferorum. l ❡Amplexæ, inuolutæ, implicitæ, ἐμπεπλεγμέναι.

iux, Epanaleſpſis ẽ.i. replicatio, ſeu anaphora.i. relatio vel repetitio. ❡Tænarias, & fauces. Tænarus in laconica promontorius aduerſum aphricæ, ripa erecta, ẽ ſacrũ Neptuni ædẽ conſtructas continens in luco; ppinq̃ q̃ ſpelunca eſt p q̃ cerberũ ab inferis ſuperi⁹ reductũ ab Hercu. fabulæ canunt. ſoli. ſerio & Stra. li. vij. ❡Fauces, anguſtos aditus. ❡Erebi, dñt Erebum eſſe terræ profundiſſimũ & abſconditũ locum, ſeu inferoꝝ pfunditatẽ atq; receſſum. erebenos autẽ græce, latinæ obſcurũ ſignificat. ❡Cocyti, videto lib. iij. geor. ❡Styx, latius ſupra. ❡Tartara, iã diximus Eumenides de ijs li. j. geor. Cerberus, is dr̃ q̃ſi Creoboros.i. carnem edẽs, nã creas caro ẽ. Boros edẽs, de hoc Seneca ĩ Hercule furẽte ait. poſt hæc auari ditis appet domus, hic ſæuus vmbras territat ſtygius canis; qui terna vaſto capita concutiẽs ſono regnũ tuetur ſordidũ tabo caput lambũt colubræ, viperis horrent iubæ; longiq; torta ſibilat cauda draco par ira formæ & cætera. ❡Inhiãs, ĩtẽtus, pcupiſcẽs. ❡Tenuit, clauſit, vt illud, intentiq; ora tenebant, p claudebãt, nec eſt aliter exponendũ, qđ & hic locus indicat.

Erebus

Crebeir

FRO. ❡TÆNARIAS etiam fauces, Tænaros eſt laconiæ litt⁹, in quo ſpecus ẽ, p quẽ Hercules exiſtimať deſcendiſſe ad iferos & Orpheus.

ANTQ. ❡GETÆ, de his ſuperius. ❡Hebrus, videto ecloga. x. ❡Actias orithyia.i. athenienſis, nã vt Euſebi⁹ ſcribit Erichthonij Vulcani filij, filiam Orithyiã Boreas Ariſtei filius Thrax rapuit, quẽ fabula ventũ fingit, latius etiã Ouid. li. vi. met. ſcribit ĩ fine. ſ. Hebrus & us atq; & breues p longis more ſuo, p Diaſtolen. ❡Actias, attis regio in q̃ erant athenæ, ſcđm t habet aſpiratũ, inde attias pronymicũ.i. Athenienſis. ❡Teſtudine, i. cheli. ❡Te dulcis cõ

CHRI. ❡ACTIAS or. orithyia erichthonij athenienſium regis filia a Borea rapta eſt, & in thraciam tranſlata, ex qua zetũ & calaim alatos iuuenes ſuſtulit. ❡Te dul. cõ. Repetitio eſt color rhetoricus qui multum valet ad cõmiſeratione captandã, vñ ipſe ſ. æneid. Te nemus angitiæ vitrea te fuſcinus vnda Te liqdi flumine lacus. ❡Tænarias, ĩ laconica regione pmontorium eſt circa finem malei montis, ĩ quo quia hiatus eſt, & ex eo agente ſpũ murmura audiunť inferoꝝ dixere fauces.

❡IXIONES

Atq; Ixionei[a] vento rota constitit orbis.
Iamq; pedem referens casus euaserat omneis,
Redditaq; Eurydice superas veniebat ad auras.
Pone sequens (nãq; hãc dederat Proserpia legẽ)
Cum subita incautum[b] dementia cepit amantẽ
Ignoscenda[c] quidem, scirẽt si ignoscere Manes.
Restitit, Eurydicemq;[d] suã iam luce sub ipsa
Immemor heu, victusq;[e] animi respexit[f] ibi oĩs
Effusus labor, atq; immitis rupta tyranni
Fœdera, terq;[g] fragor stagnis auditus auernis.
Illa quis & me inqt miserã & te pdidit Orpheu?
Quis tantus furor? en iterum[h] crudelia retro
Fata vocant, conditq; natantia[i] lumina Somn[us].
Iamq; vale, feror ingenti circundata nocte,
Inualidasq;[k] tibi tendens heu, non[l] tua palmas.
Dixit, & ex oculis subito ceu fumus in auras
Cõmixtus tenueis fugit[m] diuersa, neq; illum
Prensantẽ nequicq; vmbras, & multa volentem

a ¶ IXIONEI vento rota, id est cum, & dicit cum vento suo rota constitit, id est cum causa volubilitatis quieuit. b ¶ Incautum amantẽ, epitheton amantis est. c ¶ Ignoscenda quidem scirent si ignoscere manes, participium sine verbi origine, non enim facit ignoscor, sicut nec triumphor, regnor. d ¶ Eurydicenq; suam iam, alij legunt, iam luce sub ipsa. e ¶ Victusq; animi, sic hoc loco dixit, vt O præstãs animi iuuenis. f ¶ Respexit, id est commisit in leges sibi datam. g ¶ Terq; fragor audit' auerni, quasi exultarent vmbræ redditu Eurydicis. Lucanus dicit in Orpheo strepitum factum redeunte Eurydice ob hoc, quia Gaudent a luce relictam Eurydicen, iterum sperantes orphea manes. h ¶ Iterum crudelia retro Fata vocant. Ouidius, Bis rapitur, vixitq; semel. i ¶ Natantia lumina, in mortem reducta. k ¶ Inualidas palmas, in vmbræ tenuitatem redactas. l ¶ Heu non tua, quia supradixit, Eurydicen que suam. m ¶ Iam fugit diuersa, per diuersa.

ANTO. ¶ IXIONEI orbis, videto libro tertio Georgicorum. ¶ Vento, quo quidem moueri solebat, cum vento, ergo restitit pone post. ¶ Sub ipsa luce, prope superas auras. ¶ Proserpina, hanc Plutoni tribuerunt, quoniam terrena vis omnis atq; natura. Diti patri, dedicata est, qui dictus est apud græcos Pluton, quia & recidant omnia in terras, & oriantur e terris: Proserpina autem ea est, græce persephone nominatur, quam frugum semẽ esse volunt, absconditamq; quæri a matre fingunt, vt ait Cicero in libro de natura deorum. Varro tamen inquit, q Ephicarmus Ennij lunam Proserpinam quoq; appellat, q solet esse sub terris, nam hæc vt serpens modo in dextram modo in sinistram partes late mouetur. Serpere vero & proserpere idẽ dicebant, de hac etiam plura libro primo Georgicorum. ¶ Auernis, stagnis, in auernũ maiores nostri Homerica defunctorum vaticinia fuisse fabulis edidere, hanc enim locorum partem Plutoni dicatam opinabantur, placatisq; prius per sacrificia dijs manibus illuc intrabant, aderãt. n qui talibus exponendis ductores essẽt locorum fructus percipientes. Fons vero ibi fluuialib' scatens aquis excurrit in mare ab ei' vsu abstinebãt oẽs stygias opinãtes esse aqs, eo in loco constructũ erat oraculum ex aquarumq; feruore vicinarum phlegethontem esse coniecturas factitabant, et ex acherusia, hæc & plura Strabo lib. quinto; videto etiam latius libro iii. Georgicorum. ¶ CONSTITIT, restitit, non mota est iamq; pedem, maxima commiseratio q velut i nauis quæ multas euaserit tempestates in portu perierit, & est pathos ab eo quod est pter spem. ¶ Reddita, quasi reddita. ¶ Dementia, nam vis amoris dementia est. ¶ Incautum, nihil tam proprium amanti, vnde pueris equiparantur, & ppterea Proper. Quicunq; ille fuit puerum qui pinxit amorem, Nonne putas miras hunc habuisse manus? Is primum vidit sine sensu viuere amantes, Et leuibus curis magna perire bona. ¶ Ignoscenda, nam si cognosceremus quam miseræ cupiant amantes visere rem amatam, & q vehemens sit hæc perturbatio in hac re iudicaremus illis huiuscemodi erratum condonandum. Sed manes propter illorũ crudelitatem nullam nouerunt humanitatem. ¶ Immitis, vnde nulla esset commiseratio speranda. ¶ Illa quis & me inquit miserã & te, oratio vehementer pathetica. Nam & suum vehementer exprimit dolorẽ. Demonstrat enim eo deuenisse amantes, vt culpa illius qui nihil minus q hoc voluisset infœlicissimo ac æterno dissidio separent. ¶ Heu non tua, quasi dicat, qd vtrunq; miserrimum accidit.

SER. a ¶ PRAETEREA, postea, vt Quisq̃ nu/mé Iunonis adorat Praeterea, b ¶ Nec por/titor orci Amplius, mysticũ est. Dicitur enĩ his eandem vmbram euocari non licere, c ¶ Ex ordine, sine intermissione. d ¶ De/serti strymõis, asperi inculti. Strymon autẽ fluuius est Thraciae, circa quẽ ad extinguendũ amoris mo/rabatur calorẽ. e ¶ Haec euolu/isse, talia quaelia ipse commemorat. f ¶ Philomela, p quauis aue. Nam speciem pro genere posuit. g ¶ Flet noctẽ, iugi nocte continuo fletu. h ¶ Tanaimq; niualem, fluuium scythiae. i ¶ Nunquã viduata pruinis, semper niuib⁹ plena. k ¶ Spretae ciconũ quo munere mẽes nuptiali scilicet. Cicones autem sunt Thraces mulieres, quae ab Orpheo spretae discerpsere eum per liberi sacra simulata.

in flexo, nũc distinguitur conclusio, copelaturin torto, promittitur, reuocatur. Plura tamen ibidem leges miranda quidem. ¶ Hymenaei, nulla coniugia vide li. iij. Geor. ¶ Hyperboreas, li. iij. geor. latius videas. ¶ Ta Tanais, tanais fluuius Europam ab Asia diterminãs iungit, atq; amborum fines vtrinq; p labẽs, in Boream per eam romatas in scythiam vsq; atq; in meotidis paludem protenditur, oritur aũtẽ ex indiae mõtibus. Dionysius teste. & strabo li. vij. & lib. xi. ¶ Riphaeis, vide li. i. geo. ¶ Ciconum matres, Circa hebrũ thraciae fluuium Cicones habitant, teste Mela horũ mulieres, teste quoq; Ouid. lib. xi. met. orpheum eo q̃ foemineum amorem in puerorum Venerẽ transtulisset, & propterea eas sperneret furialiter laniarunt, post hoc lyram & caput eius in hebrum iecerunt.

Dicere, praeterea[a] vidit. nec portitor[b] Orci
Amplius obiectam passus transire paludem.
Quid faceret? quo se rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes? quae numina voce moueret?
Illa quidem stygia nabat iam frigida Cymba
Septem illum totos perhibent ex ordine[c] mẽses
Rupe sub aeria deserti[d] ad Strymonis vndam
Fleuisse, & gelidis haec euoluisse[e] sub antris
Mulcẽtem Tigres, & agentem carmine Quercus
Qualis populea moerẽs Philomela[f] sub vmbra
Amissos queritur foetus, quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit, at illa
Flet[g] noctem: ramoq; sedens miserabile carmen
Integrat: & moestis late loca questibus implet.
Nulla Venus, nulliq; aium flexere Hymenaei.
Solus hyperboreas glacies, Tanaimq;[h] niualem
Aruaq; Riphaeis nunq̃[i] viduata pruinis
Lustrabat, raptam Eurydicen, atq; irrita Ditis
Dona q̃rẽs, spretae[k] Ciconũ quo munere matres

PRO. ¶ SPRETAE ciconũ quo munere mẽes, Cicones natio Thracũ, quã oppidũ est Ismaros

ANT. ¶ PRAETEREA, postea. ¶ Portitor orci. i. charon. Vir. li. vj. aene. Portitor has horrẽdus aq̃s: & flumia seruat Terribili squallore Charon &c. postea inquit, Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat, Et ferruginea subuectat corpora cymba. ¶ Orci, videto li. i. Geor, ¶ Strymonis, lib. i. Geor. dicimus. ¶ Mulcentem ti. per id sua eloquentia feros homines & rapaces reuocasse in mansuetudinẽ & humanitatẽ orphea intelligimus. ¶ Et agen. c. quercus, per id obstinatae opinionis hoĩes intelligimus, q nisi per eloquẽtiae vires[l] queunt a sua pertinacia remoueri. ¶ Philomela, luscinia hoc loco, alibi hirundo, vt lati⁹ supra ostendimus. Philon autem amans dicit, Mela vero mala, poma seu oues. ¶ Miserabile carmen Integrat, Pli. li. x. scribit, q luscinii s diebus ac noctibus cõtinuis. xv. garrulus sine intermissu cantus, densante se frondiũ germine, in qua vna aue perfecta musicae scientia modulatus editur sonus, & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc varia

Philomela Luscinia

CHRI. ¶ QVID Faceret, dubitatio est quam graeci aporesim dicunt, quae vehementer mouet estq; dolentis vel irascentis sic dubitare, sic Dido, En quid agam rursus ne procos olim prior res? ¶ Septem illum, A tempore etiam vehementer citatur pathos sic de Palinuro. Tris notus hibernas immensa per aequora noctes Vexit me violentus aqua vix lumine quarto Aspexi italiam. & Achimenides, Tertia iam lunae se cornua lumine complent. Et septima post Troiae excidium iam vertitur aestas. Augetur aũt hic locus q̃ dixit totos. i. integros, & ex ordine. i. sine interruptiõe potuisset res geri, verbi gratia, ab idib⁹ Martijs ad nonas Augusti vt essent sex mẽses, sed nõ itegri inniuuto Martio & Augu. & potuisset poni menses intermedij sine moerore, vnde illa aegritudo habuisset aliquid interuallũ & pausam quae facilius ferri posset. ¶ Qualis populea moerens philomela sub vmbra, parabola est, vnde saepissime mouetur pathos, aut in misericordia est. aut indignatione, in misericordia vt hic Item qualis commotia

mollis excita sacris thyas, Et qualem virgineo demessum pollice florem, In indignatione vt illud, Ac veluti pleno lupus in.o. Cum fremit ad caulas. Et qualis mugitus fugit cum saucia aram Taurus. ¶ Durus, inexorabilis, & qui materno affectu nõ mouetur. ¶ Implumes, cõmiseratio ab ætate & ab imbecillitate.

Inter sacra deum, nocturniq; Orgia Bacchi
Discerptum latos iuuenem sparsere p agros.
Tũ quoq; marmorea[a] caput a ceruice reuulsũ
Gurgite cũ medio portans Oeagrius Hebrus[c]
Volueret, Euridicen vox ipsa & frigida lingua
Ah miseram Euridicen aĩa fugiente vocabat,
Euridicen toto referebant flumine Ripæ.
Hæc[d] Proteus, & se iactu dedit æquor in altum.
Quaq; dedit spumãtẽ vndã sub vertice torsit.
At non[e] Cyrene (nanq; vltro affata timentem)
Nate licet tristeis animo deponere curas:
Hæc oĩs morbi causa, hinc miserabile Nymphæ
Cũ quibus illa choros lucis agitabat in altis
Exitium misere apibus. tu munera supplex
Tende petẽs pace[f], & faciles[g] venerare Napæas.
Nanq; dabunt veniam votis, irasq; remittent.
Sed modus orandi quis sit prius ordine dicam.
Quatuor eximios præstanti corpore Tauros,
Qui tibi nunc viridis depascũt summa Lycæi,

SER. a ¶ MARmorea caput a ceruice reuulsum, idest pulchra. Constat enim caput Orphei in hebrum proiectum, & id fluctus in lesbũ insulam detulisse. b ¶ Hebrus autem fluuius Thraciæ est, qui ex fontibus rhodope montis prolabitur dictus ab Hebro Boreæ fratre, quẽ ex Oeagrium ab Oeagro patre dicunt. sane alludit ad id quod dicit Ouidius, quia cum caput eius delatũ ad ripas serpens mordere voluisset, est conuersus in lapidem. c ¶ Oeagrius hebrus, Oeagrius fluuius est pater Orphei, de quo Hebrus nascitur, vnde eum appellauit Oeagrium. d ¶ Hæc proteus, subaudi dixit. e ¶ At non cyrene, deest territa est, quod ex sequentibus datur intelligi. f ¶ Paces petẽs, pacem, beneficium, beniuolentiã. g ¶ Faciles napæas, exorabiles nymphas, & ad ignoscendum paratas. sane sciendum easdem esse napæas, quæ & Dryades sunt. Nam supra ait, At chorus æqualis Dryadum.

PRO. ¶ ET FACILES venerare napæas, Napeæ sunt nymphæ.

ANTO. ¶ ORGIA bacchi, in Rhodope thraciæ mõte, orpheus sonare, cantareq; solitus erat, & ibi sacra Liberi patris Orpheo primum initiante celebrabantur, vt scribit Mela. ¶ Orgia bacchi, Strabo libro decimo sic ait, plurimi igitur græcorum totum cerimoniale negocium quod orgia vocant, bacchanaleq; & cottytium & sacrorum mysteria libero patri attribuerũt, & Apollini, & Hecate, & musis, & Cereri, pp hæc Strabonis verba optime Ser. dixisse, videtur libro quarto æne. vbi ait Orgia apud græcos sacra omnia dicuntur, sicut apud latinos Cerimoniæ. sed iam abusiue sacra Liberi patris orgia vocantur, prætereà orge ita dicit, Orgao, concito, concupio, Orgiaso orgia celebro orgizone irascor. Oeagrius hebrus oeagros vir siue fluuius Orphei pater, vt ipse in argo nautica ait, Dio. item libro quinto afferit, orpheum Oeagri filium & doctrina & melodia, ac poesi excellisse omnes, quorum extet memoria, de Hebro superius patuit. Ser. autem ait, ex oeagro fluuio natum hebrum. ¶ Sub ver. est vertex contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter torquetur, inde propter flexum capillorũ pars summa capitis ex hoc inquam in montibus eminentissimum, recte dixeris hæc omnia vertices proprie tamen vnde initium & Fab. libro octauo qui etiam libro primo scribit vorsus & vortices dixerunt antiqui, quæ primo Scipio africanus in e litteram secundam vertisse dicitur, & Caper inquit, vertex capitis est vortex fluminis. ¶ At non cyrene, supple timuit, refertur enim ad illud. Nanq; vltro affata timẽ. ¶ Faciles, mites, placabiles. ¶ Napæas, nymphæ sunt propriæ quæ virgultis & floribus delectantur, vt Oreades quæ mõtibus. Lactan. li. th. iiij.

CHRI. ¶ OEAGRIVS, refert Dio. sicu. bacchum insidias Lycurgi thracensium regis admonitu theropis viri thracis vitasse, ac paulo post victor lycurgũ regno spoliasse, illudq; beneficij memor theropi tradidisse, q moriẽs oeagrũ filium a quo & fluui. denotatus est heredẽ reliquit, ex oeagro aũt natus est Orpheus, dicit oeagrũ fuisse pronepotem atlantis ex alcyone vna ex filiabus atlãtis, de orpheo plura alio loco diximus, addas hic fuisse & eiusdem nois poeta in arcadia & alius crotoniates q cum Pisistrato athenienũm tyrãno vixit. sũt q et sex orpheos noĩent, hũc aũt quẽ prio

habemus scribūt libyā & ægyptum pagrasse & Trimegisti Mercurij doctrinam imbibisse. Quanq̃ teste Cice. Aristo. docet Orpheum poetam nūquam fuisse, & hoc orphicum carmē Pythagorici ferunt cuiusdam fuisse cercronis. ¶ Se de. i. a. Nam veritas cum aliqua ex parte se se ostendit refugit in profundum, idest in obscurum, & nunquam se totam ostendit.

SERV. ¶ At non cyrene, quia ratio nunquam a nobis fugit.

Delige, & itacta[a] totidem ceruice iuuencas.
Quattuor his aras alta ad Delubra Dearum
Constitue, & sacruz iugulis demitte cruorem.
Corporaq; ipsa Boum frondoso desere Luco.
Post vbi nona suos Aurora ostenderit ortus.
Inferias Orphei[b] lethæa [c]Papauera mittes;
Et nigram mactabis Ouem, Lucumq; reuises.
Placatam [d]Eurydicen Vitula venerabere cæsa.
Haud mora. cōtinuo Matris præcepta [e]facessit.
Ad delubra venit, monstratas excitat aras.
Quattuor eximios præstanti corpore Tauros
Ducit, & intactas totidem ceruice iuuencas.
Post vbi nona suos Aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit. Lucumq; reuisit.
Hic vero[f] subitum ac dictu mirabile monstrum
Aspiciunt liquefacta Boum per viscera toto
Stridere[g] Apes vtero, & ruptis efferuere costis.
Immensasq; trahi nubes, iamq; arbore summa
Confluere, & lentis [h] Vuam demittere ramis.
Hæc[i] super aruorum cultu, pecorumq; canebā.
Et super arboribus Cæsar dum magnus ad altū

a ¶ INTACTA ceruice, idest domita. & dic ita a saliium sacrificium esse faciendos, vt non tantum occidantur hostiæ, sed cædantur. b ¶ Orphei, datiuus græcus est. c ¶ Lethæa papauera, idest ægrestia. d ¶ Placatam Eurydicem vitula venerabere cæsa, Hippallage pro venerata placabis. e ¶ Præcepta facessit, idest facit, & est frequētatiuū p principali. Aut certe iō facessit, quia plures hostias immolauit.

tum, q̃ ex sua cōsuetudine in vltimo posuit: vt a dei dedicato simulacro delubrum cœperit nuncupari, hæc Macro. li. iij. sat. ¶ Orphei, melius orphi legemus, vt in Ecce. Orphi calliopea. De quo ibi latius. ¶ Lethæa pa. iam super ostēdimus. ¶ Vuas, Ioue. etiam ait, Examenq; apium longa consederit vua. ¶ Hæc super ar. cul. Peroratio est, q̃ cumulum quidam, conclusionem alii vocant quidā enumera[...] onē, breuiter enim repetit totam simul causam atq; materiam decurrendo per capita. De hac etiam Fabi. libro sexto latius scribit. ¶ Ad altum, euphratem Armeniā maiorem intelligit, in qua Euphrates oritur, vt Stra. scribit lib. vndecimo, atq; decimosexto. Cæsar autem Augustus, vt Florus scribit ad orientem versus exercitum misit in armenias Medos Parthos qui postea omnes cum indis etiam Augusti & Romanorum ditioni paruerunt.

f ¶ Hic subitum, ac dictu mirabile monstrū, res enim hæc ex improuiso venit, vt apes ex bobus erumperent. Nam præcepta Cyrenæ tantum ad placanda numina pertinebāt. Notandum sane quia ex hoc euentu illa ars sulta est, quā supra memorauit, & melior facta per industriam. g ¶ Stridere apes vtero, & ruptis efferuere costis, hæc verba & secundæ sunt coniugationis & tertiæ, nunc tantum tertiæ. h ¶ Lentis vuam demittere ramis, in morem vuæ, idest botryonis defluere, qđ græci βότρυδόν dicunt. i ¶ Hæc super aruorum, per aruorum cultum primum librum significat per pecora autem tertium & quartum, qa & oues pecora sunt. per arbores secūdū & hoc dicit. Hæc ego, idest georgica scripsi, dum Cæsar in oriente pugnaret.

ANT. Delubrū ¶ DELVBRA, Var. lib. viij. rerum diuinarū. Delubrum ait alios æstimare in quo præter ædem sit area assumpta deum causa, vt est in circo flaminio iouis statoris, alios quo loco dei simulacrum dedicatum sit & adiecit, sicut locum in quo figerent candelam candelabrū

Candelabrum appellatum, ita in quo deum ponerent nominatum Delubruz. His a Var. præscriptis possumus intelligere id potissimum ab eo proba

CHRIS. ¶ PLACATAM, vel hyppallage est, vt ait Ser. vel est ordo. ¶ Venerabere, Eurydicen placatam ante a te cæsa vitula. ¶ Matris. p. i. Nam semper est rationi obtemperandum si verum inuenire cupimus. ¶ Vuam, quia consistunt ita inter se serentes, vt formam pendentis racemi faciant. Refert autem Plin. q̃ in totum amissas apes reparantur ventribus bubulis recentibus cū fimo obrutis Vir. vt vides iuuenci corpore exanimato sicut equorum vespas atq; crabrones Asinorum scarabeos nasci putant, Sunt qui mortuas si intra tectum hyeme seruentur, deinde sole verno terantur, ac ficulneo cinerē toto die fo[...]eantur, putent reuiuiscere.

CVLMINAT.

Fulminat[a] Euphraten bello, victorq́[b] volẽteis
Per populos dat iura, viãq́[c] affectat olympo.
Illo Vergilium me tempore dulcis[d] alebat
Parthenope studiis[e] florentem ignobilis ocij.
Carmina[f] qui lusi pastorum, audaxq́[g] iuuenta
Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.

P. VERGILII MARONIS GEORGICON LIBRI QVARTI AC VLTIMI FINIS.

PER. a ¶ Fulminat. Fortiter facit. b ¶ Victorq́ volẽtis. Per populos dat iura, vnum virtutis ē alterum iustitiæ. Nam vincere virtutis, volẽtibus, idest non inuitis imperare, iustitiæ est. c ¶ Viamq́ affectat olympo. Præparat sibi diuinos honores. d ¶ Dulcis alebat Parthenope, idest Neapolis, quæ primo ex corpore vnius Syrẽis illic sepultæ Parthenope est appellata. e ¶ Studijs florẽtem, ignobilis ocij, idest artis poeticæ, quã ociũ ignobile appellauit, ne qd de se videret arrogãter dicere. f ¶ Carmina q lusi. Qui & Bucolica scripsi. g ¶ Audaxq́ iuuẽta. Ætate iuuenili. Nã vt diximus sup. xxviij. annorum erat, quũ Bucolica scripsit, & bñ breuiter a se scriptorũ rerũ executus est titulum.

ANTO. ¶ VOLENteis Po. Augustus virtutis moderationisq́ fama indosq́ etiã ac scythas pellexit ad amicitiam suam, populiq́ Romani vltro per legatos petendã, vt scribit Suetonius. Florus etiam & Eusebius. quæ omnia latius supra patuerunt.

¶ Viamq́ affectat olympo. Ouidius quoq́ libro primo fast. ait. Sic petitur cœlum, per labores, scilicet & virtutem, vitiorumq́ fugã affectare inqt Festus est pnũ aĩo ad faciẽdũ aliquid habere, affectat ergo viã. i. præparat.

¶ Olympo. Ad diuinos honores.

¶ Vir. Virg. Maro. In pago qui dicebat Andes, haud pcul a Mãtua, natus ē. Põ. & Cras. cõsulib'. Cremonæ. studijs erudit' sũpta toga Medio trãsgressus est, post breue tẽpus Ro. perrexit, vt scribit Eusebi. Alij vero scribunt Virgilium ab Mediolano Neapolim iuisse, ꝙ & ipsemet hoc loco indicat, vbi ãn alios & græce & latine eruditior factus, se in vrbẽ ptulit. Ostendit autem hic Georgica Neapoli scripsisse. In vita ipsius etiam legitur, eum Geor. septẽnio Neapoli. Aeneida vero ptim in Sicilia, partim in Campania. xi. annis cõfecisse. Bucolica autẽ triennio pfecisse aiũt annos natum, vt Probus asserit. xx viij. inde inquit inferius. Audaxq́ iuuenta & cæ.

¶ Parthenope dulcis. Neapolis olim Parthẽope ab tumulo Syrenis appellata est, vt scrib. Plinius lib. tertio, hãc Augustus postea Neapolis ee maluit, vt Solinus ait, Neapolis ṽo idem est qđ noua ciuitas, vt etiã Strab. docet in li. v. Varro tñ scribit, ꝙ ab ea græca voce Neapolis Nouapolis ab antiquis nostris vocitata est. Strabo lib. v. ait, quod Neapolis dicta est, idest noua ciuitas, qđ postea & Calcidẽses icoluerunt, & ex pithecusis, Athenisq́ venientes, vbi Parthẽopes vni ex Syrenibus sepulchrũ ostẽditur. Neapoli aũt qnqnẽnalis sacer ille musicus & gymnicus cõplures p dies celebratur agon. Habet & Neapolis calidarũ aquarũ scatebras, & apparatissima balnea nulla ex pte Baianis, īferiora. Plurimi ṽo e Roma Neapolim secessus facientes victũ græcanico ritu perducebant aut quietis & ocij gratia, præsertim qui eruditioni dabãt opam, aut remissioris vitæ desiderio maxĩe quos senectus affligebat, vel aduersa valitudo. Hæc & plura Strab.

¶ Ignobilis ocij, litterarij laboris & studij. i. poetici, hinc & Ouidius lib. iiij. de ponto ait de Dionysio. Ille Syracusia mõ formidatus in vrbe. Vix humili durã reppulit arte famẽ. Docuit enim corinthi. Idem quoq́ libr. iiij. de trist. inquit. Sæpe pater dixit, studium qd inutile tẽtas. Meonides, nl̃las ipse reliqt opes

¶ Lusi, scripsi, de quo latius ibi in Tityro. Ludere quæ vellẽ. carmina pastorum Bucolica intelligit, quod per epexegesim sequenti carmine suo more apertius innuit.

¶ Audaxq́ iuuẽta. Homerus in odyssea sqt. Tu tamen intrato, metuens nihil omnibus audens, in rebus melior. Turnus item libro decĩo æneid. ad suos. Audẽtes fortuna iuuat. Et Socrates in Gorgia Platonis censet, Animam recte institutam tria potissimum hẽre debere. Scientiam primo. Deinde opinionẽ prudẽtis scilicet atq́ beniuoli. Tertio audaciam. Vtq́ Victorinus ait, audax est q in psperis rebus temere aliquid aggredit. Audax item est ille, qui prouisis rationibus fortiter aliquid incipit. itaq́ & ad malũ & ad bonũ. audax referri nõ potest. Temerarius ṽo semper ad malum. Vtq́ Festus īquit, audacia ab auide, idest cupide agendo est dicta. Audaxq́ iuuenta, id ex calore procedit. calidus enim sanguis maiorem virtutẽ habet q̃ frigidus, vt in senibus apparet, de quo latius libro. iij. Geor, cecinit, & cecini & cecinit in antiqs legimus, vtrũq́ conuenit.

CHRI ¶ CALEBAT. Quia inde assequebar doctrinam, quo animi humani ita aluntur, vt corpora quattuor ex elementis, ex quibus est cōpositum. Omnia enim ex ijs aluntur, ex quibus constant. ¶ Ignobilis ocij: Ocium aliquando cessatio est omnium rerum, & hoc damnatur; aliquando dicitur ocium cum animus ab agēdo ad contemplandū reuocatur, ita vt ocia studia significent in illo primo ita cessamus a negocijs, vt in pigritia cōtabescamus. In altero ita a reliquis actionibus auocamur, vt mentem nostram ad eam, ad quaȝ nata est rerum humanarum & diuinarum contemplationem abducamus. Dixit autem ignobile ex maioris hominum partis opinione, qui auaritiæ aut ambitioni dediti diuinum huiuscemodi ociuȝ vituperent, & sua stultitia ignobile putent, cum nihil sit nobilius. Vel potius dixit ignobile. i. valde nobile, volens ambiguo verbo & verꝑ ostendere, & stultorum falsam opinioneȝ ludere, vt illi aliud putarent dici, cū ille aliud diceret. Carmina qui lusi, pastorum, cū essent ea tempestate qui aliena surriperent, & pro suis ꝑponerent, voluit ostendere vtrunqȝ opus Vergi. fuisse. Quod etiam initio, quod in Aenei. scripsit manifestum fecit.

FINIS.

P. VERGILII MARONIS GEORGICON LIBRI QVARTI AC VLTIMI FINIS.

¶ Registrum Georgicorū

A B C D E F G H I K L M N O P

¶ Omnes sunt quaterni præter P qui est ternus.

SERVII

SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN.P.VERGILII MARONIS AENEIDEM COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

IN EXPONENDIS auctoribus hæc conſideranda ſunt, Poetæ vite. Titulus operis. Qualitas carminis. Scribentis intentio. Numerus libroꝝ, Explanatio. Vergilij vita hæc eſt. Ortus fuit patre Verg. Matre vo Maia, fuit ciuis Mantuanus, quæ ciuitas eſt Venetiæ, Diuerſis in locis litteris operaꝫ dedit. Nam & Cremonæ & Mediolani & Neapoli ſtuduit, adeo aũt verecũdiſſimus fuit, vt ex moribus cognomẽ acciperet. Nam dictus eſt Parthenias oi vita ꝓbatus. Vno tamen morbo laborabat. Nam impatiens libidinis fuit. Primũ a Verg. hoc diſtichon factum eſt in Baliſtam latronẽ. Mõte ſub hoc lapidũ tegitur Baliſta ſepultus. Nocte dieqꝫ tutũ carpe viator iter. Scripſit etiam octo libros hos, Cirin, Aetnam, Culicem, Priapeam, Catelecton, Epigrãmata, Copam, Diras. poſtea ortis ciuilibus bellis inter Antonium & Auguſtũ, Aug. victor Cremonẽſium agros, qui pro Antonio ſenſerant, dedit militibus ſuis, qui cum nõ ſufficerent. his addidit agros mãtuanos ſublatos nõ propter ciuiũ culpam: ſed propter vicinitatem Cremonẽſium. Vnde ipſe in bu. Mantua ue miſeræ nimiuꝫ vicina Cremonæ. Amiſſis ergo agris Romam venit, & vſus patrocinio Pollionis & Mœcenatis ſolus agrum quẽ amiſerat meruit. Tunc ei propoſuit Pollio, vt carmẽ Buco. ſcriberet. Quod eum conſtet triẽnio ſcripſiſſe & emendaſſe. Itẽ propoſuit Mecœnas geor. quæ ſcripſit & emendauit. vij. annis. Poſtea ab Auguſto Aeneidem propoſitam ſcripſit annis. xi. ſed nec emendauit nec edidit, vnde eam moriens pcepit incẽdi. Augu. vero ne tantum opus periret. Tuccaꝫ & Varrum hac lege iuſſit emẽdare, vt ſuperflua demerent, nil adderent tamen. vnde & ſemiplenos eius iuenimus verſiculos, vt hic currus fuit, & aliquos detractos vt in principio. Nam ab armis non cœpit. Sed ſic.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egreſſus ſiluis vicina coegi.
Vt quãuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis, at nunc horrentia martis
Arma virumqꝫ cano

Et in ſecundo conſtat hos verſus eſſe detractos.

Aut ignibus ægra dedere
Iamqꝫ adeo ſuper vnus eram, cum limina Veſtæ
Seruantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida aſpicio, dant clara incendia lucem
Erranti: paſſimqꝫ oculos per cuncta ferenti.
Illa ſibi infeſtos euerſa ob pergama Teucros
Et danaum pœnas, & deſerti coniugis iras
Præmetuens Troiæ, & patriæ cõmunis Erynnis
Abdiderat ſeſe, atqꝫ aris inuiſa ſedebat.
Exarſere ignes animo, ſubit ira cadentem
Vlciſci patriam, & ſceleratas ſumere pœnas.
Scilicet hæc Spartã incolumis, patriaſqꝫ Mycenas
Aſpiciet, partoqꝫ ibit Regina triumpho
Cõiugiumqꝫ, domũqꝫ, patres, natoſqꝫ videbit,

Illiadum turba & phrygijs comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus. Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine littus?
Nō ita, nāq; & si nullum & memorabile nomē
Fœminea i pœna est. nec hēt victoria laudē,
Extinxisse nefas, tamen & sumpsisse merentis.
Laudabor pœnas, animūq; explesse iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres satiasse meorum.
Talia iactabam & furiata mente ferebar.
Cum mihi se non ante alias.

Perijt autem Tarenti in apuliæ ciuitate. Nam dum Metapōtum cupit videre, valitudinem ex solis ardore contraxit. Sepultus est autem Neapoli, in cuius tumulo ab ipso cōpositum est tale distichon: Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Parthenope, cecini pascua, rura, duces. Titulus est æneis deriuatum nomen ab Aenea, vt a Theseo theseis. sic Iuue. Vexatus toties rauci Theseide, codri. Qualitas carminis patet, nā est metrū heroicum & actus mistus, vbi & poeta loquitur, & alios inducit loquētes. Est autē heroicū, quod cōstat ex diuinis, humanisq; personis cōtinens vera cum fictis: Nam Aeneā ad Italiam venisse manifestum est. Venerem vero locutā cū ioue missumue Mercurium constat esse cōpositum. Est autē stilus grandiloquus, qui constat alto sermone, magnisq; sentētijs. Scimus enim tria esse genera dicendi, humile, medium, grandiloquum. Intētio Virg. hæc est Homerū imitari & Aug. laudare a parentibus. Nam est filius Actiæ, q̄ nata est de Iulia sorore Cæsaris. Iulius autem ab Iulio filio Aeneæ originem ducit, vt cōfirmat ipse Vergili. dicens. A magno demissum nomē *ulo De numero librorū nulla hic q̄stio est, licet In aliis inueniatur auctoribus. Nā Plautū alii dicūt scripsisse fabulas. xx. ali I xl. alii centum Ordo quoq; manifestus est, licet qdem supflue dicant secundum primum esse, tertium secundum, & primum tertium, Ideo q͞a primum Ilium cōcidit, post errauit Aeneas. inde ad Didonis regna puenit. nescientes hāc esse artem poeticam vt mediis incipientes p narrationem ad prima redeamus, & nonnunq; futura præoccupemus, vt p vaticinationem. Quod & Ora. sic præcipit in arte poetica dicens Vt iam nunc dicat iā nunc debentia dici. Pleraq; differat. & psens in temp⁹ omittat. Vnde cōstat pite fecisse Verg. Sola supest explanatio q̄ in sequenti expositione probabitur Hæc quantū ad Aeneidem pertinet dixisse sufficiat. Nam in Bucollicis & Georgicis alia ratio est. Licet eadem sit obseruatio, Sciendum præterea est quod sicut nunc dicturi thema proponimus: ita veteres incipiebant a titulo carminis sui vtpote. Arma virumq; cano. Lucanus, Bella per ema. Statius, Fraternas acies. alternaq; bella.

❡ARGVMENTA. XII. LIBRORVM AENEIDOS.

Aeolus immittit uentos Iunone precante.
Troianosq; uagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido.
Cui Venus Ascanii sub imagine mittit Amorem.

SECVNDI.

Cogitur Aeneas bellorum exponere causas:
Graiorumq; dolos & equum: fraudemq; Sinonis
Excisamq; urbem: Priamiq; miserrima fata:
Vtq; patrem impositum forti ceruice per ignes:
Extulerit: charamq; amiserit ipse Creusam.

TERTII.

Post casum Troiae fabricata classe superstes:
Vela dat Aeneas: urbemq; in littore Thraces:
Mox aliam pulsus Cretaeis Condidit oris.
Cedit & hinc: Helenūq; uidet: praeceptaq; sumit:
Aetnaeum Cyclopa fugit: sepelitq; parentem.

QVARTI.

Ardet amore graui Dido: soror Anna suadet
Nubere: iunguntur nimbo cogente sub antro.
Incusat precibus patrem contemptus Hiarbas.
Nauigat Aeneas iussu Iouis: illa dolore
Impatiens: & amore. necem sibi protinus infert.

QVINTI.

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam tumuloq; patris persoluit honorem:
Tum cogit naueis incendere Troadas iris
Troes ibi linqunt socios: Venus anxia placat
Neptunum: somnus Palinurum mergit in undas.

SEXTI.

Sacratam Phoebo Cumarum fertur in urbem
Rex Phrygius: Vatisq; petit responsa Sibyllae.
Misenum sepelit: post haec adit infera regna
Congressusq; patri discit genus omne suorum:
Quoq; modo casus Valeat superare futuros.

SEPTIMI.

Tandem deueniunt Laurentia troes in arua:
Et pace accepta laeti noua moenia condunt:
Nocte satam Iuno furiam uocat: illa Latinos
Inter: & Aeneadas bellum serit: & ciet arma
Protinus auxiliis terra instruit Itala turmas.

OCTAVI.

Vidit ut Aeneas summa ui bella parari.
Arcadas. Euandrumq; senem sibi fœdere iungit
Dardanioq; duci sociatur Ethruria tota.
Arma petit genitrix: dat mulciber: in Clypeoq;
Res pingit Latias: & fortia facta nepotum.

NONI.

Ad Turnum propere Iunonia mittitur Iris.
Infestatq; animos. aciem mouet ille Phrygasq;
Obsidet: inde igni euersa est Aeneia classis.
Euryalus: Nisusq; ruunt nece: prælia noctis.
Vi Turnus potitur castris: ui pellitur inde.

DECIMI.

Placat & uxorem dictis: Et iurgia natæ
Iuppiter. auxiliis instructus: Troius heros
Aduenit occurrunt populi: atq; in littore pugnat.
Occidit a Turno Palas. uictorq; superbus.
Aeneæ eripitur: Mezentius interit acer.

VNDECIMI.

Occisis proprium pars utraq; reddit honorem.
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinis.
Cum Turno alterno iurgat certamine Drances.
Aeneas equitem præmittit: & obuia Virgo
Excipit: extincta Rutuli dant terga Camilla.

DVODECIMI.

Troianis. i Rutulisq; placet coniungere fœdus.
Id Rutuli rumpunt: nato Venus alma medetur
Dictamo: Rutuliq; luunt periuria uicti.
Cogitur Aeneæ Dauni concurrere proles
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

OCTAVII.

OCTAVII AVGVSTI IN VERGILII AENEIDEM VERSVS.

ERGO NE ſupmis potuit vox iproba verbis
Tam dirum mandare nefas?ergo ibit in ignes,
Magniq; doctiloqui morieſ Muſa Marõis?
Ah ſcælus indignũ,ſoluetur littera diues?
Et potuerunt ſpectare oculi?nec parcere honori
Flamma ſuo?ductum quæ operi ſeruabit amorem,
Pulcher Apollo veta, Muſæ prohibete Latinæ.
Liber,& alma Ceres ſuccurrite,veſter in armis
Miles erat,veſter docilis per rura colonus,
Nam docuit,Quid Ver ageret,quid cogeret Aeſtas,
Quid pater Autumnus,quid Bruma nouiſſima ferret
Arbuta formauit,ſociauit Vitibus Vlmos.
Curauit pecudes,apibus ſua caſtra dicauit.
Hæc dedit vt pereant,ipſum ſi dicere fas eſt.
Sed legum eſt ſeruanda fides,ſuprema voluntas,
Quod mandat,fieriq; iubet,parere neceſſe eſt,
Frangatur potius Legum veneranda poteſtas,
Quam tot congeſtos,noctesq;,diesq; labores
Hauſerit vna dies,ſupremaq; verba parentis
Amittant vigilaſſe ſuum,ſi forte ſuperbus
Errauit in morte dolor,ſi lingua locuta eſt
Neſcio quid titubante animo non ſponte,ſed altis
Expugnata malis,odio langoris iniqui 1,
Si mens cæca fuit,iterum ſentire ruinas
Troia ſuas,iterum cogetur reddere voces.
Ardebit miſeræ poſt vulnera vulnus Eliſæ.
Tam ſacrum ſoluetur opus?tot bella,tot enſes
In cineres dabit hora nocens,& perfidus error?
Huc huc pierides date flumina cuncta ſorores
Expirent ignes,viuat Maro.doctus vbiq;.
Ingratuſq; fui,ſtudiorumq; inuidus orbi,
Et factus poſt fata nocens quod iuſſerat ille.
Sit vetuiſſe meum,ſatis eſt poſt tempora vitæ.
Immo ſit æternum,tota reſonante Camoena
Carmen,& in populo diui'ſub numine nomen
Laudetur.vigeat.placeat.relegatur.ametur.

ARGVMENTA XII. LIBRORVM AENEIDOS. XII. VERSIBVS COMPRAEHENSA.

PRIMVS HABET Libycā veniūt vt Troes in vrbē.
Edocet excidium Troiæ, cladem'q; Secundus.
Tertius a Troia vectos canit æquore Teucros.
Quartus item miseræ duo vlnera narrat Elisæ.
Manibus ad tumulum Quinto celebrantur honores.
Aeneam memorat visentem tartara Sextus,
In Phrygas Italiam bello iam Septimus armat.
Dat simul Aeneæ socios Octauus, & arma,
Daunius expugnat Nono noua moenia Troiæ,
Exponit Decimus Thuscorum in littore pugnas.
Vndecimo Rutuli superantur morte Camillæ.
Vltimus imponit bello Turni nece finem

ADILON.

Aeneas primo Libyes appellitur oris.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN PRIMVM AENEIDOS LIBRVM. ARGVMENTVM.

VIR MAGNVS bello nulli pietate secundus.
Aeneas odijs Iunonis pressus iniquæ,
Italiam quærens Siculis errauit in vndis,
Iactatus tandem Libyæ peruenit ad oras.
Ignarus'q; loci, fido comitatus Achate
Inditio matris regnum cognouit Elisæ.
Quin etiam nebula septus peruenit ad vrbem,
Arreptos'q; vndis socios cum classe recepit.
Hospitio'q; vsus Didonis cuncta benignæ,
Excidium Troiæ iussus narrare parabat.



P. VIRGILII MARONIS AENEI. LIBER PRIMVS.

Ille ego qui quõdã gracili modulat⁹ auena
Carmen, & egressus syluis, vicina coegi,
Vt quãuis auido parerent arua colono:
Gratũ opus agricolis. At nũc horrẽtia Martis.

ARMA [a] Virumq; [b] cano [c]. Troiæ [d] qui primus [e] ab oris.
Italiam [f] fato [g] ꝓfugus [h], Lauinaq; [i] venit.

Arma, Multi varie dixerunt cur ab armis Virgilius cœperit, omnes tamen in hanc sñiam assentire manifestum est, cum cum constet aliunde sumpsisse principium, sicut in præmissa eius vita mõstratum est. Per arma aũt bellũ significat, & ẽ tropus metonymia. Nam arma quibus ĩ bello vtimur pro bello posuit, sicut toga qua ĩ pace vtimur, pro pace ponit, Vt Cicero, Cedãt arma togæ, idest bella paci. ¶ Arma virũque, figura vsitata est, vt non eo ordine respondeamus, quo proposuimus, nam prius de errorib⁹ Æneæ dixit, post de bello, hac aũt figura etiã in prosa vtimur. s. hysteron pteron Sic Cicero in Verrinis, Nam sine vllo sumptu nostro, coriis tunicis frumẽtoq; suppeditato maximos exercit⁹ nostros vestiuit, aluit, armauit. b ¶ Vir, quem non dicit, sed ex circũstãtijs ostẽdit Aeneã. c ¶ Cano polysem⁹ sermo est. Tria.n. significat: aliqñ laudo, vt Regẽq; canebant. Aliquãdo diuino, vt ipsa canas oro. Aliquãdo cãto, vt hoc loco. Nã proprie canto significat, qa cãtãda sunt carmina. d ¶ Troiæ, Troia regio ẽ asiæ, iliũ ciuitas est Troiæ. Plerũq; tamen vsurpãt poetæ, & pro ciuitate vel regionẽ vel pꝛouinciã ponunt, Iuuenalis, Et flãmis asiã ferroq; cadẽtẽ. e ¶ Qui prim⁹, Quærũt multi cur Aeneã primus ad Italiam venisse dixerit, cum paulopost dicat Antenorẽ ante aduentũ Æneæ fundasse ciuitatem. Constat qdẽ ꝙ habita tempoꝝ ratione perite Virgilius dicit. Nãq; illo tempore quo Æneas ad italiã venit finis erat italiæ vsq; ad Rubiconẽ fluuium. Cuius rei meminit Lucan⁹, vt Et gallica certus Limes ab Ausonijs distermiuat arua colonis. Vnde apparet Antenorem nõ ad Italiã venisse, sed ad Galliam cisalpinam, in q̃ Venetia ẽ. Postea uero. promotis vsq; ad alpes Italiæ finibus nouitas creauit errorẽ. Pleriq; tamen qstionem hãc volunt ex sequẽtibus solui, vt videatur ob hoc addidisse Virgi. ad lauina littora, vt non significaret Antenorẽ. Melior tñ est superior expositio. f ¶ Italiam. Ars quidẽ hoc exigit, vt noibus prouinciarũ præpositiones addamus, ciuitatũ nunq̃, Tamen plerumq; puerso ordine lectũ est, Nã ecce hoc loco detraxit ꝓuinciæ præpositionẽ dicẽs, Italiã fato venit, ꝓ ad Italiã venit. Tullius in Verrinis, Ea die Verres ad messanam venit. Sane sciendũ est vsurpari ab auctoribus, vt vel addãt, vel detrahãt ꝑpositiones. Nãq; ait Virgilius, Syluis te tyrrene feras, ꝓ ĩ syluis. Vt ergo illic detraxit loco ꝑpositionẽ, sic hic ꝓuĩciæ, & est figura. Italia autẽ pars Europæ est, Italus enĩ rex Siculoꝝ ꝓfect⁹ de Sicilia venit ad loca quæ sunt iuxta tyberim, & ex noĩe suo appellauit Italiã

Ubi autem habitasse siculos, ubi Laurolauinium est, manifestus est, sicut ipse alio loco dicit, Siculi veteresq; sicani. Item. Et gentes venere sicanæ sæpius. g ʃ Fato profugus Fatum ad vtrumq; pertinet, & q fugit, & q ad Italiam venit, & bene addidit fato, ne videatur aut causa criminis patriam deseruisse, aut noui imperij cupiditate.

h ʃ Profugus autem proprie dicitur qui procul a sedibus suis vagatur quasi porro fugatus. Multi tamen ita diffiniunt, vt profugos esse dicunt eos, q exclusi necessitate de suis sedibus adhuc vagantur, & simul ac inuenerint sedes non dicantur profugi, sed exules, Sed vtrumq; falsum est. Nam & profugus lectus est qui iam sedes locauit, vt in Lucano, Profugiq; a gente vetusta. Gallorum celtæ miscentes nomen iberis, & exules q adhuc vagantur, vt in Salustio. Qui nullo certo exilio vagabuntur adeo exilium est ipsa vagatio. i ʃ Lauinaq; venit littora, hæc ciuitas tria habuit nomina, Nam prius Lauinum dicta est a Lauino Latini fratre. Postea laurentum a lauro inuenta a Latino, dum adepto imperio post fratris mortem ciuitatem augeret. Postea Lauinium a Lauinia vxore Æneæ. Ergo lauina legendum est, non lauinia, quia post aduentum Æneæ Lauinium nomen accepit. Ergo aut lauinum debuit dicere, sicut dixit, aut laurentum, quamuis quidam superflue esse prolepsim velint.

DON. ¶ PROPOnit & diuidit, & sese cōmendat, q neq; ludrica, nec turpia, sed spectata elegerit. ʃ Arma, scutū & reliqua quæ Aeneæ fabricauit Vulcanus. ʃ Virū, nō sexus, sed excellentiæ. Ergo virū qui talia arma & tā pulchra & hre & gerere potuerit, qui romani Imperij auctor esse meruerit, qui Iunōis inimicitias & reliquoꝝ deoꝝ factiones superauerit, q tot aduersa mari ꝑpessus tolerādo trāsmiserit, nec errauit, si primo res, deinde personam posuit. Nam Salu. nulla metri necessitate coactus primo res deinde Po. Ro. personam posuit Virg. in propositione liberā ordinādi habuit licentiam. Exequendi vero alium ordinem tenuit. ʃ Cano arma. & virum, sed armoꝝ descriptionem primo ꝓpositam sequēti disputationi reseruabit. ʃ Troiæ. altera cum propositione diuisio vt ostendat quid Aeneas fatali ratione compulsus, & qd extra fatum perpessus sit. Fati enī fuit, vt relicta Troia Italiā peteret, Ergo crimine desertæ patriæ absoluitur, Non potuit enim defendi quæ fato interitura erat, sed neq; poena fuit q sit Asia pulsus sed gloria, nam minori detrimento affectus maius est emolumentum consecutus scilicet vt Ro. imperium conderet. Non ergo malo fatorum patriam perdidit, sed ne ab ea detineretur. Aeneas qui imperio Ro. constituendo dignus auctor parabatur.

CHRI. ¶ ARMA virū. & si heroici poetæ tam græci q; latini proponāt, inuocent & narrēt tn̄ græci eodem tpe proponunt & inuocāt Home. enim in iliade ait μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος & in odyssea ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη, sic Hesio. μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι. Latini vero primo proponunt, deinde inuocant, Hoc apud Nasonem. Lucanū, ac statiū, inuenies. Proponit primo Virgi. Verū in ipsa propositione non seruat ordinem. Nā cum primo arma, deinde virum se dicturū pollicetur, prius vim idest errores Æneæ deinde arma idest bella prosequit. Peruertit autem ordinē eius propositionis quæ vniuersalis est, & totū opus nō aūt opis partes diuidit, Poētis quidem ꝯceditur. Nam & erud tioribus & ociosis & eadem sæpe legentibus scribunt quos puerilio ordinis, neq; fallere, neq; pturbare pōt. Oratori vero non conceditur. Orat enī per sæpe apud indoctos, & occupatos, & q res semel audituri sūt, Quapropter monet Ci. vt in ea diuisione quæ tertia īter partes orationis totā causam ꝑtinet; quo ordīe ꝓponimus eodē narremus, in cæteris vero ꝓpositionibus nō totā cām, sed particulas aliquam continentibus nihil interest peruertatur an obseruetur ordo. Propositio aūt & inuocatio ī poetis prohemij officio funguntur, Huiusce modi aūt exordium accōmodatum cāæ turpi. Habet enī cās turpē non natura rei, sed opinione. Laudandū enim sibi ꝓponit Aeneam, de quo erat inueterata opinio illum patriæ desertorem fuisse. Quapropter a validissimo aduersarioꝝ argumēto īcipit, & q a patria discesserit, in fatū trāsfert. Captat aūt beniuolentiam a persona sua, qm̄ se non in nugis, sed in maximis rebus occupatum ostendit, Captat a ꝑsona Iunonis cum illam in odiū ꝓpter iniquā in virum piū crudelitatē & inuidiā ꝓpter abusionē suæ potētiæ trahat. Captat præcipue ab Aenea. cum in tot erūnas illū aliena iniuria īcidisse, & tn̄ inuicto aīo illas ꝑtulisse ostendat. Attentum autem auditorē reddit tum quia nō ī nugis, sed in maximis rebus se occupatū ostēdit, tum quia aliterq; multoꝝ opinio feral se dicturum pollicetur, ipsa præterea inuocatio qm̄ non nisi in maximis rebus adhibet summam sibi audientium attentionem conciliat. Reddit postremo q lecturus sit docilem quia & summā rei breuiter atq; distincte proponit & dilucide explicat. ʃ Arma sunt q putēt arma dicta a græco ṽbo ἀρμο

ſtir.i.cōuēnire & quadrare inutilia ēnī ſunt arma niſi ita quadrent corpori vt neq3 anguſtiora arctioraue, neq3 rurſus ampliora laxioraue ſint, vt neq3 corpus lædat, neq3 cōtra ſe in illis traducat et fluctuet, vt de Vlyxe in armis Achillis ſcri. Iuuena. Vnde cum interrogaſſet quendam Xenophon, cur ſua arma pluris ꝙ̄ cæteri venderet, quia inquit mea oībus corporibus melius quadrent. Sunt qui velit arma ab armis.i.humeris dici, quia & inferiora inde pendent & ſuperiora iiſdē ſubſtentātur. ¶ Viꝝ.i.hominem plurimis maximiſq; virtutibus ꝓditum. Huiuſcemodi enim hō proprie vir dicit̄ ab ipſa.ſ.vi.i.ab excellētia animi, & a viro dicit̄ virtus. Vnde in.iiij. dixit multa viri virtus aīo multuſq; recurſat Gentis honos. Nonnūꝗ̄ tamen per virū merem ſimpliciter exprimimus, Nōnunquam maritus Teren. O mi vir o mea vxor. ¶ Cano, nam canūtur verſus poetarū, ſic Hme. μῆνιν ἄειδε θεὰ. Vnde a canendo dictū carmen volunt, ſed quia Cice. teſte clarorū virorum laudes ad tibiam canebantur, Canere laudare ſignificat, vt ibāt æquati numero, regemq3 canebant, quia etiam ſybillæ priſcæ oracula verſibus edebant, dicimus canere vaticinari, vt Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat. ¶ Troiæ, græca nomina non nunꝗ̄ ita mutant latini, vt diphthongū vbi ſit i litera diſſoluant & in conſonātem verſum ſequenti ſyllabæ adiungant, vt αἴας aiax μαῖα maia, ſic τροία troia.

Littora[a] multum ille[b] & terris[c] iactatus[d] & alto[e],
Vi[f] ſupeꝝ, ſæuæ[g] memorē[h] Iunonis ob iram.
Multa[i] quoq; & bello[k] paſſus, dū cōderet[l] vrbem
Inferretq;[m] deos latio[n]. genus[o] vnde latinum,
Albaniq;[p] patres: atq; altæ mœnia[q] romæ.
Muſa[r] mihi cāſ memora, quoq;[ſ] numine læſo.

a ¶LITTORA lauroláuinū cōſtat.viij. milibus a mari remotum. Nec nos debet fallere, quia dixit lauina litora. Litus enim dicitur terra quæq3 mari vicina, ſicut ipſe Virgilius in quarto, Cui litus arandum, quum, per naturam litus arari nō poſſit. Ergo ſciendum eſt litus vocari & terram. b ¶ multū ille, colliſio eſt, & ille hoc loco abundat. Eſt enim interpoſita particula propter metri neceſſitatem, vt ſtet verſus, Nā ſi detrahas ille ſtat ſenſus ſed nō ſtat verſus. Sicut alio loco ipſe nunc dextera īgeminās ictus nunc ille ſiniſtra. Eſt autē archaiſmos. c ¶ Et terris iactatus, fatigatus eſt enim apud thraciā monſtro illo, qō e tumulo Polydori ſanguis emanauit, Apud cretam peſtilentia, Apud ſtrophadas īſulas harpijs, Tempeſtate vero & in primo, & in tertio, & ꝓprie locutus. d ¶ Nam iactamur in mari fluctibus. Fatigamur in terris, & bene duorum elemētoꝝ mala vno ſermone concluſit. e ¶ Et alto, modo mari. Altum tamen ſciendum eſt ꝙ & ſuperiorem, & inferiorem altitudinem ſignificat. Nanq3 mēſuræ nomē eſt altitudo. f ¶ Vi ſuperum, violentia deorum ſm̄ Homerum qui dicit a Iunone rogatos eſſe deos in odium troianorum, quod & Virgilius tetigit dicēs, Vos quoq3 pergameæ iā fas eſt parcere genti. Dijq3, deæq3 omnes. Latenter autem defendit hac ratione troianos ꝙ non ſuo merito eos inſequebantur numina, ſed Iunonis īpulſu. g. ¶ Sæuæ, Cum a iuuando dictat ſit Iuno, quærunt multi cur eam dixerit ſæuam, & putant tēporale eſſe epithetō quaſi ſæuam contra troianos, neſcientes ꝙ ſæuā dicebant veteres magnā, vt Ennius, Induta fuit ſæua ſtola.ſ.magna. Itē Virgilius quū vbiq3 pium inducat. Æneam, ait Maternis ſæuus in armis Æneas ideſt magnus. h ¶ Memorem Iunonis ob iram, conſtat multa in auctoribus inueniri per contrarium ſignificantia, pro actiuis paſſiua, vt Pictis bellantur amazones armis, pro paſſiuis actiua, vt Populatq3 ingentem farris aceruum. Et hæc varietas vel potius contrarietas īuenitur etiam in alijs partibus orationis vt ſit pronomen pro aduerbio, vt eſt, Hoc tunc ignipotens cœlo deſcēdit ab alto, pro huc. Et in participio, vt Et ꝙ̄ vectus abas, pro vehebatur & in nomine, vt Memorem Iunonis ob iram. Non quæ meminerat, ſed quæ in memoria erat, nam ira non meminit. De his autem hæc tantū quæ lecta ſunt ponimus, nam ad eorum exemplum alia formamus. i ¶ Multa quoq3 & bello paſſus, duas coniunctiones ſeparatas naturaliter nemo coniungit. Sed hoc plerumq3 a poetis cauſa metri fit, ergo hic vna vacat. Sicut alio loco, Dixitq3, & ꝑlia voce diremit. k ¶ Bello paſſus, quod contra Turnum geſſit. l ¶ Dum conderet vrbem, Tres hic ſunt ſignificationes. Aut enim Troiam dicit, quam vt primum venit in Italiam fecit Æneas, de qua ait Caſtrorum in morem pīnis atq3 aggere cingit, & alio loco Mercurius. Nec te troia capit. Troiam autem dicit, quamprimum fecit Æneas &. Liuius in primo, & Cato in originibus teſtantur, Dum enim ideſt quo tempore hæc fieret ab agreſtibus ob vulneratum regium ceruum com

mota sunt bella. Aut Laurolauiniū, & significat dum donec. tam diu enim dimicauit q̄ diu tempus faciendæ ciuitatis veniret, idest donec Turnus occumberet, Aut Romam significat, & est sensus dūmmodo ergo conderet vrbem aut troiam, aut Laurolauiniū, aut Romam significat. m ❡ Inferretq; deos latio. n ❡❡ Latium duplex est, vnum a tyberi vsq; ad fundos, Aliud inde vsq; ad vulturnum, Latiū autem dictum est q̄ illic. Saturnus latuerit. Inferretq; deos latio, hoc est in latium, & est vsitata figura apud Virgilium. Quod enim cū præpositione per accusatiuū dicimus, ille per datiuū ponit sine præpositione. sic alibi, It clamor cœlo pro ad cœlū. o ❡ Genus vnde latinum, si iam fuerunt latini, & latium dicebatur, contrariū est qđ dicit ab Aenea latinos originē ducere, prima est iucunda absolutio, vt vnde nō referas ad personam sed ad locū, Nāq; vnde aduerbius est de loco, non deductio a persona. Tamen Cato in originibus dicit hoc, cuius auctoritatē Salustius imitatur in bello Catilinæ primo Italiam tenuisse quosdam qui appellabātur. Aborigines, hos postea aduentu Aeneæ Phrygibus iunctos latinos vno nomine nūcupatos. Ergo descendunt latini non tantū a troianis, sed etiam ab aboriginibus. Est autem vera expositio hæc nouimus q̄ victi victorum nomen accipiunt, potuit ergo victore Aenea perire nomen latinum. Sed volēs sibi fauorem latij conciliare, nomen latinum non solum illis nō sustulit, sed etiam troianis imposuit. Merito ergo illi tribuit quod in ipso fuerat vt posset perire, Vnde & ipse īducit in. xij. li. rogantem Iunonē ne pereat nomen latinū, item in execratione Didonis legimus, Nec cum se sub leges pacis iniquæ Tradiderit. Iniqua eniz pax est in qua nomē amittit ille qui vicit. p ❡ Albaniq; patres, Albam ab Ascanio conditam fuisse constat, sed a quo incertum vtrum a Creusæ an a Lauiniæ filio de qua re etiam Liuius dubitat. Hanc autem quum euertisset Tullus Hostilius, omnes nobiles familias romam transtulit. Et sciendum bene hunc ordinem semp seruare Virgilium, vt ante dicat latium, deinde albam, post Romaz, Quod etiā hoc loco fecit, & in. v. lib. Priscos docuit celebrare latinos, Albani docuere suos nunc maxima porro Accepit roma, & patriū seruauit honorem. Item in. vij. lib. Mos erat hesperio in latio, quez protinus vrbs Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum Roma colit. q ❡ Altæ mœnia romæ, aut propter gloriā, aut propter ædificia, aut quia in mōtibus collocata ē. r ❡ Musa mihi causas memora, Poetæ in tres partes diuidunt carmen suum, proponunt, inuocant, narrāt. plerūq; tñ duas res faciunt, & ipsam ꝑpositionem miscent inuocationi, quod in vtroq; opere Homerus facit, Nāq; hoc meli⁹ est vt in odyssea ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, & in iliade μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος Lucanuz tamen ipsum ordinē vertit primo. n. ꝑposuit, deinde narrauit postea inuocauit, vt est Nec si te pectore vates Accipiā Sane obseruandum est in oībus carminibus ne numē aliquod inuocetur, nisi aliquid vltra humanā possibilitatē requirimus hinc in arte poetica Hor. Nec deus intersit nisi dignus vindice nodus Inciderit. Bene ergo inuocat Virg. non. n. poterat per se iram numinis nosse. Item in. ix. libro nisi adderet Iuno vires aīumq; ministrat, quis crederet Turnū euasisse de castris? ❡ Quo numine læso, quo in quo in q̄ causa, & est. vij. casus, & cōmunis elocutio, dicimus eniz quo te læsi est & alia expositio, nāq; Iuno multa habet numina est Curetis quæ vtitur curru, & hasta, vt est Hic illius arma Hic currus fuit. est Lucina q̄ partub⁹ ꝑest, vt Iuno Lucina fer opez. est regina, vt Quæ diuū incedo regina. Sunt & alia eius numina Merito. ergo dubitat, qđ numē eius læserit. Alij tñ dicunt separādum esse, ut de odio Iunonis nō dubitet, q̄rat aūt qđ aliud numen est læsum. s ❡ Quo numine læso, ideo trahitur in ambiguitatē, & requirit in quo Iunonis numen læsit Aeneas, qa in ipsum certa nō erant odia sed in gentem propter causas paulopost dicendas.

❡ LAVINA littora, cum alij ante Aeneam in Italiam venerint, ille tamē primus venit ad eam partē, vbi deinde fuerunt littora lauina, & primus fato venit, cum casu alij venissent. Ergo fato perdidit patriam. Fato exclusus peruenit in littora lauina. ❡ Multum ille. i. & . a. alia cuz ꝑpositione diuisio est. Scribit eniz quæ mari, quæ terra sit passus. ❡ Vi superum. vis est cum fit aliquid contra leges idest contra fatum, vt aūt ostendat nihil tale de superis meruisse Aeneam addit. ❡ Sæuæ m. i. ob. i. Ergo non propter culpam Aeneæ fecerunt superi, sed vt obsequerentur Iunoni tanq̄ omniū reginæ, purgat igitur Aeneas & deformatur Iuno aduersaria ꝗ. ❡ Sæuæ idest crudelis quæ prosequatur innocentē, & qui deorum omniū atq; ipsius cultor sit, onerat etiā eam q̄ inimicitias nulla Aeneæ culpa susceptas diutissime tenaciterq; retineret cum ne id quidem etiam si iustæ sint inimicitiæ facere probis cōueniat. Hoc latius in v. Iunonis grauis ira, nec exaturabile pect⁹. Quam nec longa dies pietas nec mitigat vlla. ❡ Dum. c. vr. exaggerat q̄ Aeneam bello appetijsset, cuz conderet vrbē, & deos im‑

DONA

Vis

perio publico profuturos inferret. Quod si obtinuisset, nec latinum genus, nec albani principes, nec Ro. ipsũ fuisse futurũ, nec Cæsar impij Ro. culmen habiturus, idoluit, n. Cũ moli ri iam tecta videt iã sidere terræ, & bellũ p furiã excitauit, ppositione aũt ista nõ solũ quæ dicturus sit ostẽdit sed multiformi ratione diuisionis vtit̃, cõmẽdat carmen, æneã a culpa liberat. Imouet multa, variaq; inuidia obruit, caput carminis ab inuocatione musæ aggredit̃ cui nisi lectoris istruẽdi cã thema pmisisset, laboris gras pdidisset, cũ qd lectur' esset nesciret, qd si cũcta nõ ipleuit morti imature attribuẽdũ est, nã Albaniq; pa. atq; a. m. r. nõ scripsit. ¶ Musa, ab inuocatione musæ qd erat scripturus incepit, q; cũ dea sit nihil latere oportet, interrogat ergo vt cũ nulla in ænea culpa inueniat̃, ɔfirmet Iunoe. sæuitiam.

CHRI. CLITTORA, terra quã mare tãgit, litus est dictum fm Sæuolam, q ad id aqua alludat, vel q aqua alluatur, vel q ibi aqua elidatur, sed & vicinæ mari terræ littora dicunt̃, vt hic. ¶ Ille, non modo non vacat, verum emphasim facit, vt sit ille quasi tantus vir, & tam crudeliter

Italia. vexatus. ¶ Italiam, sunt qui dicant a bobus denominatam, qd græcorum prisca lingua boues Italiæ dicebantur, qd autem bobus abundaret, ex eo patet, q multa quæ suprema dicebatur instituta erat duarum ouium, boum vero triginta pro copia boum & ouium penuria, ait Gellius, Serui. aũt ab Italo rege Siciliæ dictam putat, qui in eã regionẽ venerit, in qua postea regnauit Turnus, Italiam de suo nomine illã appellauit. Festus autem scripsit Italiã dici, q magnos italos. i. boues habeat, quia vituli ab italis sunt dicti itali. ¶ Fato, de fato

Lauiniũ qm plurima dicenda sunt, in alium locum differemus. ¶ Lauina, placent quæ dicuntur a Seruio, tamen si Dionysium audiamus, cum Æneas in Italiam venisset auspicato oppidum in eo loco condere cœpit, in quo sus pgnãs, & iam aræ ab Ænea destinata diffugiens requieuerat. Verum latinus qui tũ aduersus rutulos bellũ gerebat peregrinos, regnũ suũ intrasse & vrbẽ ædificare cœpisse audiens. illuc cũ exercitu conuolauit ferro aduenas expulsurus. Verum cũ deorũ monitu vterq; ad amicitiã conuerteret̃, adiuuãte Latino vrbẽ absoluit Æneas, nominauitq; Lauinium, vt Romani volunt a Lauinia Latini regis filia, vt aũt qdam græci fabulose hystorie scriptores ponũt a Lauinia Geloni regis Deliorum filia Æneæ rogãti data a patre, cũ fatidica esset sapiens. Euenit aũt, vt dũ lauinũ ɔderet̃ igne p se ex saltu accẽso lupus arida ligna ore ferens super ignẽs iecerit, aduolansq; aquila motu alarũ flammas excitarit. Vulpes autẽ caudã e fluuio madefactã ferẽs ignẽ extinguere conaret̃, sed tũ de victa discessit vulpes. Quod mõstrũ hoc iperiũ tandem superaturũ q̃uis cum difficultate ostendit. ¶ Vi. vis vim & vi in singulari habet. Est aũt a græco βία enĩ apud illos dicitur, & significat robur, vt fit via vi, itẽ virtut̃, vt multa vi muniet albã. Itẽ violẽtiã, vnde dicim' illatã vim virgini, significat copiã, Vis magna auri homini illi fuit. ¶ Vi ergo superũ. i. nõ iustitia & æqtate, sed violẽtia a q̃ nõ abest crudelitas, ɔciliat ergo beniuolẽtiã Æneæ a psona aduersariorum qui tã inique Æneã insectarentur, & a persona Æneæ commiserationes excitat, q non sua culpa, sed aliorum crudelitate in tantas tanq; graues erũnas inciderit, & tamen omnia animi magnitudine & sapiẽtia tolerauerit & superauerit, & cum non verisimile videretur. q superi dij ita inique fuerit hominem pium insectari, ostẽdit illos studia Iunonis esse secutos, quã Home. etiam scribit deos in troianos cõcitasse. ¶ Sæuæ crudelis, quia iniusta ira contra troianos moueret̃. Ostẽdit ex hac re quãta fuerit troianorũ miseria, cum dea qua a iuuando nomen sortit̃; tã inique crudelitatẽ exercuerit, ergo & dea cũ mun' proprium dei sit iustitia vti. & ea dea quæ a iuuando dicitur, per summam iniquatem in iustis crudelis fuit. ¶ Memorẽ, multa noĩa actiue, passiueq; ponunt̃. actiue dicimus sis fœlix, nostrumq; leues quæcũq; laborem. i. suis propitia, ac da fœlicitatem. Passiue aut. Viuite fœlices. non q inferant alijs, sed ipsi accipiãt, sic formidolosus, & qui infert, & cui ĩfertur formido. Aliter ergo Teren. Nimis formidolosa es. Aliter Salu. semp illis aliena virtus formidolosa est, sic memor actiue ponitur, vt Dum memor ipse mei, dum spũs hos reget artus. Passiue cũ ait Hora. Siue puer furens impressit memorem dentibus notã, i. de qua illa meminerit. Sic nunc memorem iram, i de qua meminisset Iuno. ¶ Latio, Pli. Latium anti

Latium quum a Tyberi circeos vsq; producit, deinde ad lirim vsq; fluuium minturnensium processisse scribit. Idem sentit Soli. vñ a quo Ænea, nam ipse auctor generis latini est. ait enim Euse. de tempo. ¶ Latinis, qui postea Romani nuncupati sunt, post tertium annum captiuitatis Troiæ, seu vt quidam volunt post octauum regnauit Æneas annis tribus. ante Æneam Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus in Italia regnauerunt circiter annis. cl. Hæc Euse. Verũ ij populi qui sub Iano, Saturno, Pico. ac Fauno. fuerũt, nõ latini, sed aborigenes nominati sunt, ipse. n. Diony. alicar. antiqtatis dilegentissimus scrutator, latinorum ante aduentũ Æneæ nusquam meminit, & Liui. ait. Æneas aduersus tanti belli terrorem, aut animos aboriginum sibi conciliaret, ne sub eodem iure solum, sed etiam noĩe oẽs essent lati

nos vtrãq; gentem appellauit. & Strã. idem pene sensit. Iusti. autem in lib. xx. Quũ latinos populos qui ab Ænea conditi videntur, Æneas igitur vt exemplũ suæ clemẽtiæ populis nu per victis pberet, vtq; ex duobus populis vnum efficeret, vtrũq; non ab auctore se, sed aut a latino, aut a latio deuicto latinos dixit, remittẽs multũ de iure suo cui licebat, vel a patria troianos, vel a se æneadas illos denominare ĩstituit aũt hoc imperium Æneas anno post mundum conditum vigesimo supra quattuor milia. ¶ Albani patres, nam Ascanius relicto Lauinio suæ nouercæ albam longam condidit, in qua ipsi suiq; posteri sedes, regiamq; habuerunt vsq; ad Romulum Romæ conditorem, iure igitur patres romanorum albani dicentur, Regnauerunt autem isti reges annos circiter centum & quinquaginta. Quo aũt em tempore Roma condita sit, & quare Roma vocata, mira inter scriptores varietas apparet. Frequẽs opinio est illã ɔditã a Romulo & Remo anno primo. vij. olympiadis, anno aũt post captũ Iliũ scdo atq; trigesimo supra trecẽtesimũ regnãte Athenis Caropo. Cephalon ãt Gerhithius vetustissimus scriptor illã ɔditã ponit scda ætate post Troianũ bellũ ab ijs q exilio cũ ænea seruati sũt, a Romo Æneæ filio idẽ pene Demagoras & Agathyllus ponũt. Alij asserũt Æneã q ex molossis venit post Vlyxẽ Romã ɔdidisse. & eã ab vna iliesũ mulierũ quæ Roma dicebat Romã denominasse, Hæc enĩ alias troianas mulieres, vt naues incẽderẽt, hortata est errorea grauiter ferens. Aristo. philosophus scribit achiuos quosdam e troia reuectos tempestate ĩ Italiã cõpulsos esse, & qñ iis exacta hyeme inde enauigare decreuissent, Tñ cõbustis nauib' ab iis qs captiuas adduxerãt mulierib' ɔsilium necessitate impellẽte ĩmutasse, & Romã ɔdidisse, Callias refert Romã troianã mulierẽ, q cũ alijs troianis venerat nupsisse Latino arborigenũ regi, eiusq; deinde filios vrbes ɔdidisse, & a matre denominasse, Xenagoras hystoricus refert Vlixi ex Circe tres filios fuisse, Romũ, Antium & ardeam, qui tres vrbes cõdidere, & ɔditas a se denominauere, Diony. chalcidẽ Romũ quidẽ ɔditorẽ ait fuisse siue Ascanij, siue Emathionis fili' fuerit. Alij volũt Romã ɔditã fuisse a Romo Itali filio. Hæc igit græci scribũt, ex Romanis aũt nullus scriptor vetustus est, Sed ex vetustis sermonibus seruatis in sacris tabulis nõnulli sũmũt Æneæ filios fuisse Romũ & Remũ Romæ cõditores, alij ex Æneæ filia illos natos dicũt, & Latino obsides dato, atq; ab eo sine filijs descẽdẽte heredes regni relictos. Alij dicũt Ascaniũ successisse, & cũ fratribus regnũ diuisisse, ipsumq; albam & alia oppida. Romũ vero capuã a proauo capy. Anchisen ab Anchise, & Æneã quæ postea ianiculũ vocata est a patre, a se vero Romã denominasse. Hæc quodam tpe fuit deserta, sed sequentibus deinde tpibus aduẽtãtibus colonis, quos albani sub Romo & Romulo duce miserũt antiquam constitutionem resumpsit, vt duplex fuerit ɔstitutio. Alia paulopost res troianas, alia quindecim ætatib' inferior Antiochus syracusanus, tertiã ponit multo antiquiorem regnante in Italia Morgete. Soli. autem refert Euandrũ cum in Italiam venisset, oppidum ibi in monte inuenisse, quã Valentiam latini appellauerunt. Ergo ipse hanc ne nomẽ immutaret, Romam græco vocabulo dixit. Verius tamen putant a Romulo conditam Romam eam quæ quadrata dicta est. eo q ęqlibra foret posita. Incipit a silua quæ est in ara Appollinis. & ad supercilium scalarum Caci finitur, vbi tugurium fuit Faustuli in quo mansit Romu. & Ro. auspicato fundamẽta iecit, duo de viginti natus annos. xi. kalen. Maias, horã post secundam ante tertiam. vt ait. L. Tarutius mathematicus nobilissimus Ioue in piscibus, Saturno, Venere, Marte, & Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in libra ɔstitutis. Dies illa parilia habet. obseruatũq; est deinceps ne qua hostia cæderetur parilibus, vt dies ille a sanguine pur' esset. Musa ab eo qđ est μυεῖν. i. docere dr, vel παρὰ τὸ μῶ. i. q̃ro, nã oĩuʒ bonaꝝ artiuʒ illas inuentrices eẽ volũt. Hesio. i. sua thegonia musas a Ioue eẽ creatas ait, ex Mnemosyne. i. memoria. Nouem. n. noctes cum illa in Pierio monte cõcubuisse fere, hic nouem genitæ sunt musæ quæ a monte ipso pierides appellantur, inde id: Hesio. μοῦσαι πιερίηθεν dixit, nomina autem his versibus refert.

κλειώ τ' εὐτέρπη, θάλειά τε μελπομένη τε
τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε πολύμνιά τ' οὐρανίη τε
καλλιόπη θ' ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.

Anaximander lampsacenus, Xenophanes heracleopolites dicũt poetas esse in tutela apollinis, qui lyra canat, & nomen musarum in quarum medio ipse residet, & per Apollinẽ humanam vocem intelligunt, quæ nouẽ instrumentis perficitur. ¶ Quo numine læso, Quid ue dolens, quasi stupeat, cum ignoret aut quo numine læsa sit, aut propter quam rem doleat, & cur dea cum sit sustinuerit in tot calamitates inijcere virum non modo pium sed pietate præstante, cum nulla virtus acceptior dijs immortalibus esse debeat. Est. n. pietas qua quo oportet amorẽ in patriam in parẽtes, ac in reliquos sanguine ɔiunctos affecti sumus.

¶ Læso,

¶ Læso, lædere & offendere differunt, Lædit enim qui dãnum detrimentum dolorẽ ue affert? Offendit uo qui ex dicto, facto ne stomachum, indignationemq; cõmouet & dãnum nullũ infert. ¶ Causas. s. efficientes tam grauem iram, tanq; fatuum odium.

IER.

a ¶ TOT uo/ luere casus, ca sibus uolui, & est figura hy/ pallage, q̃ fit quotienscunq; verba per con trarium intel/ liguntur, Sic alibi, Dare classibus au/ stros, quum uẽ tis naues de/ mus non naui bus uẽtos. Item Animumque labantem Im/ pulit, hoc est i pellendo fecit labantem.

Quid ue dolens, regina deũ, tot voluere[a] casus
Insignem[b] pietate virum, tot adire labores
Impulerit. tantæ ne[c] animis[d] cœlestibus iræ?
Vrbs[d] antiqua fuit Tyrij[e] tenuere coloni[f],
Carthago, Italiam[g] contra, Tyberinaq; longe[h]
Hostia. diues[i] opuz, studijsq;[k] asperrima belli.
Quã Iuno fertur[l] terris magis omnibus vnam
Posthabita[m] coluisse Samo. hic[n] illius[q] arma[o],
Hic currus[p] fuit. hoc regnum dea gentibus esse
Siqua[q] fata sinant, iam[r] tum tenditq;[z], fouetq;,
Progeniem sed enim troiano a sanguine duci[&]
Audierat[?], tyrias[?] olim[a] quæ verteret arces,
Hinc[b] populum late regem: belloq; superbum
Venturũ[c] excidio Lybiæ[e], sic voluere[f] Parcas

alia mihi mẽs est patres con scripti. i ¶ Diues opũ, modo tantum diues, dicim[o], Antiqui adiũ/ gebant cuius rei, vt diues equum, diues pictai vestis & auri, iẽgentes tantum geni/ tiuo casui. k ¶ Studijsq; asperrima bel li, causam ostẽ/ dit mirabilem dicens hos es/ se bellicosos

b ¶ Insignem pietate virum, quia patrem, & deos penates de Troia liberauit, & hic ostẽ/ dit merito inuocasse musam. Nam si iustus est Æneas, cur odio deoꝝ laborat. c ¶ Tan tæ ne animis cœlestibus iræ? Hic iam non de qualitate iracundiæ, sed de quãtitate quæ rit. Nimia etenim ira est quæ nõ habet pieta/ tis considerationẽ, & hoc quidem sm stoi/ cos dicit, sed miratur cur tantum. Nã epicu/ rei dicunt deos humana penitus nõ curare. c ¶ Tantæ ne, quasi exclamatio est miran/ tis. d ¶ Animis cœlestibus, dijs supis, nas apud inferos constat esse iracundiam, vbi sunt furiæ & iræ, Erinnys, Alecto, & Megæ ra. d ¶ Vrbs antiqua fuit, Vrbs dicta ab orbe, q̃ antiquæ ciuitates in orbem fiebant, vel ab vruo pte aratri, quo muri designabã/ tur, & antiqua autem & fuit benedixit, nãq; ante septuaginta annos vrbis Romæ con/ dita erat & eam deleuerat, Æmylianus Sci/ pio quæ aũt nunc est, postea a Romanis est condita, vnde antiquam accipe, & ad cõpa/ rationem istius quæ nunc est & Roma anti quiorem. e ¶ Tyrij tenuere coloni, deest quam. Amant nanq; antiqui per expexege/ sim dicere, quod nos interposito pronomi/ ne exprimimus. Item est locus Italiæ graij cognomine dicunt, deest quem. f ¶ Co/ loni autem dicũtur cultores aduenæ, & hos de tyro constat venisse, qui carthaginẽ con/ diderunt. g ¶ Italiam contra, Cõstat tria latera habere Italiam, superi maris iferi, & alpium, vnde tollendi erroris causa adiecit, Contra tyberina hostia, quæ in infero mari sunt. h ¶ Longe, valde. Salustius, Longe

& diuites, quum ociosa sit semper opulen/ tia. Iure ergo hãc diligit Iuno, & vult orbis regna sortiri. k ¶ Studijs, non studio, quia ter rebellauit contra populum romanum. l ¶ Fertur, dicitur & ingẽti arte Virgilius vtitur, ne in rebus fabulosis aperta vtatur li centia poetarum, sed quasi opinionem se/ quitur, & per transitum poetico vtitur more. m ¶ Posthabita coluisse samo, nõ contem/ pta, sed in secundis habita. Nãq; in superio/ ri versu dixit magis, vt etiam originali lo/ co seruetur affectio. Sic Iuuenalis, Et samia genitrix quæ delectatur arena. n ¶ Hic illius arma, figura creberrima, aduerbiũ pro aduerbio posuit, præsentis loci p absenti debuit enim dicere illic sicut habemus in su perioribus. o ¶ Arma, instructam armis Iunonem in alio loco ipse testatur, Ferro ac cincta vocat. p ¶ Currus, aut vere cur/ rum, quo sm Homerum in cœlo vtitur, aut thensam significat, qua deorum simulachra portantur. Thensa autem cum aspiratione scribitur ἀπὸ τοῦ θεῖου, idest re diuina. q ¶ Hic illius arma, hic currus fuit quotiẽs/ cunq; nomina pluralis & singularis nume/ ri connectuntur, respondemus viciniori, vt ecce hoc loco currui non armis respondit. eadẽ & in diuersis generibus est obseruatio, vt magis vicino siue masculinũ sit siue fœ/ mininũ respõdeamus, vtputa vir & mulier magna ad me venit, Si aũt plurali numero velimus vti, ad masculinũ trãseamus neces se est, vir & mulier magni ad me venerunt. q ¶ Siqua. q̃ vacat, & ẽ ornat' cã positũ vtq; tandẽ gentium, locoꝝ, & reliqua, vt Dixitq;

& prælia voce diremit. v ⸿ Iam tum, ex quo constituta est a tyrijs colonis. s ⸿ Tenditq; fouetq;, figurate dixit, nã nõ regnũ fouet, sed tendit & fouet, vt regnũ esse possit. & ⸿ Duci, ductũ iri, infiniti modi a passiuo, tempus pñsens pro futuro posuit, & verbũ pro verbo, vt supra ostensum est. ? ⸿ Audierat, a Ioue aut fatis, non enim oĩa numina habent diuinandi potestatẽ, deniq; ne ipse quidẽ Apollo suã sponte diuinat, vt est, Quæ phœbo pater omnipotens, mihi phœbus apollo Prædixit, & perite audieri, In Ennio enim inducitur Iuppiter promittens romanis excidium carthaginis. ꝝ ⸿ Tyrias arces, Carthaginẽ dicit quã tyrij cõdiderunt. a ⸿ Olim, nunc quandoq;, Tria.n. tempora significat pteritum, vt Olim arbos nam ad imp. q. g. l. præsens, vt Tunditur olim fluctibus, futurũ, Nũc olim quocunq; dabunt se tpe vires. b ⸿ Hinc populũ late regem, a romanis laudat aũt eorum populũ dicendo late regem. c ⸿ Belloq; superbum, nobilẽ, vt Ceciditq; superbum Ilium. Id ⸿ Venturũ excidio, ad excidium nota figura. e ⸿ Libiæ, carthaginis, & prouinciã pro ciuitate posuit. Dicta aũt lybia ꝙ inde libs flat, hoc est affricus, vel vt Varro ait, quasi λιπτοῦ ὕετοῦ ὗσιν. i. egens pluuiæ, vnde Salustius, Cælo terraq; penuria aquarum. f ⸿ Sic voluere parcas, a filo traxit voluere, vna enim loquitur, altera scribit, alia fila deducit. & dictæ sunt parcæ κατὰ ἀντίφρασιν, ꝙ nulli parcat, sicut lucus a nõ lucendo, & bellum a nulla re bella.

DON. ⸿ INSIGNEM pie. i. deorum cultorem, & spectatæ vitæ, quid ergo delinquenti fecisset cuꝫ ita insectetur in noxium. Ergo collige, nam cum irascendi causa non sit, & nõ saciari innumeris tormentis, & grauissimis casibus probat illã esse sæuam his dictis instruit hoĩes ad bonũ viuendi rationẽ. bonũ eniꝫ viꝝ iustus dolor moueat, & tñ non sit in vltione ĩmoderatus, nec iustas iras diutius retineat, vnde Salu. Et iniuria accepta ignoscere q̃; persequi malebant. ⸿ Tantæ ne. a. admiratur hoc poeta cum dij lenes esse soleant, & misericordes ꝙ reprehendatur in eis ꝙ in hominibus displicet. Post inuocationẽ autem non in adiumentum carminis, sed in fauorem suscepti sui operis positas causas enumerat. quibus lector in initio aduertat, & Iunonem sæuam, & deos malo studio Iunonis motos, & Aeneam non sua culpa hæc esse passum. ⸿ Vrbs antiqua, primã Iunonis odiorũ causam dicit, q̃ Aeneã insectatus, qm̃ ab eo gens oritura erat q̃ imperium qđ ipsa Carthagini seruari cupiebat, prupturus esset. Volebat ergo si posset illũ extinguí. Igiẽ hæc sola causa fatis erat ad odia excitanda. Veꝝ aliæ quoq; enumeranẽ, vt cũ sint procul a culpa Aeneæ, & ipse purgeẽ, & Iunonis factio iniquissima cognoscaẽ, Laudaẽ multipliciter Carthago vt ostendaẽ illa Ro. imperium opprimere potuisse maxime annitente Iunone. ⸿ Antiqua, nõ magna, vt multi dicunt, sed pro lapsu tpis, vt annositate corroborata imperiũ Ro. nascens longe vis viribus pmeret. ⸿ Coloni, vt pter icolas etiam aucta sit colonis. ⸿ Italiã con. laus est a situ. ⸿ Diues, a fortuna. ⸿ Studijsq;, a natura & moribus, ergo omnis erat occasio Iunonis fauoris, locoꝝ proximitas, substantia rei familiaris, bellatoꝝ numeruꝫ, fiducia naturalis, & innatum studium dimicandi. ⸿ Post habita. c. s. tanta obstinatione contra Ro. imperiũ nitebaẽ pro carthaginis opibus, vt omnibus terris, & ipsi solo genitali illa præposuerit, & insignia sui numinis, quicquid potuit in ea collocauerit. ⸿ Verteret, eam habet significationẽ, vt nihil post excidium super sit. Vnde alibi. Quæ te genitor sententia vertit, i. pœnitus ita immutauerit, vt nihil in illo pietatis relictum sit. Item & omnis immo vertit neptunia troia.

CHRI. ⸿ TOT vol. c. fortasse non est hyppallage, nam q̃uis a Iuno. impulsus sit ad multos casus, ille tñ sapientia & animi magitudine potius voluit casus q̃; ab illis volueretur, præstantissimi enim viri potius fortuna regunt, q̃; ab illa regantur. ⸿ Vrbs an. laudat carthaginem, vt ostendatur non omnino stultam rei perficiendæ spem fuisse Iunonis, & sumuntur loci de probabili quod ponitur in constitutione coniecturali, in hac est signum, & signi partes sunt locus, tempus, spacium, occasio, spes perficiendi, & spes celandi, locus ergo idoneus dabat spem, ꝙ esset propinqua italia, & opposita Romæ, Erat spes perficiendi, quoniaꝫ & antiq̃, & diues, & populosã, & bellicosa, ergo quamuis etiam accensa esset odio, Non tamen præceps consilium cœpisset nisi fuisset spes perficiendi. ⸿ Antiqua, ergo roborata, viribus opponebaẽ nascenti. Sic inferius dolet ꝙ vrbs antiqua ruat multos dominata per annos, vrbem hanc designabant sulco quia ea ducebatur qua mœnia futura essent, ꝙ cum illuc perueniebatur vbi esset futura porta, id spaciuꝫ non signabatur sulco, sed portabatur aratrum ne terras tangeret, vnde a portando portam dici volunt. Ipse alibi, Interea Aeneas vrbem designat aratro. Nam Cato ait, conditores vrbium taurum in dexteram vacca interius iungebant ipsi incincti ritu gabino, idest togæ parte caput velati tenebant stiuam incuruam, vt glebæ omnes intro ruerent, vnde territorium quasi terribouium dictum est tritu boum, & aratri, Erant boues albi, vt illo candore ostenderetur ciues sine labe esse oportere. Glebæ internæ reijciebantur, quoniam omnis fertilitas in vrbem importanda sit. Erant ita boues

iuncti, vt vacca interior taurus exterior esset, quia mulieris est quæ, intra domum sunt cura re. Viri vero quæ extra, de hac re. Oui. in lib. fasto. Inde premens stiuam designat mœnia sulco, Alba iugum niueo cum boue vacca tulit. Sulcus autem ille qui sic tunc imprimebatur, teste Pompeio festo primigenius dicebatur. Vomis autem æneus adhibebatur, vt refert Macro. ¶ Coloni, noui, & aliunde profecti habitatores vrbium, sed & agrum alienum q ea conditione arant, vt partem fructuuȝ capiant colonos appellant, qui de re rustica scribunt. Carthago condita est, vt quidam volunt a carchedone tyrio, vt vero alij a Didone eius filia annis. cxliij. post troianum bellum, alij vero dicunt conditam a Didone anno mundi. xc. acentesimo supra quatuor milia, postremo vero sunt qui velint regnāte Auentino in latinos post. iiij. milia. & ccc. ac. quinquaginta mundi annos eam conditam, sed poeta suo iure hæc fingit, ait Euse. ¶ Samo, quam insulam vehemēter amabat, qm̄ in ea adoleuit, ¶ Ioui nupsit, & vt scribit Var. Parthenia prius est appellata. Itaqȝ antiquissimum habet ibi templum, & simulacrum habitu nubentis figuratum, & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrantur, ait Hero. templa samum habere pulcherrima omnium quæ in græcia sunt. ¶ Hic illius arma. h. c. f. repetitio est color rhetoricus. Dea tendit. q. d. iccireo audet niti contra fata, qa dea est. Libyæ pars tertia terrarum est quam latini affricam nominant. græci dicunt libyā denominatam, a libya Epaphi filia, quæ Busiridis mater fuit. Parcas quoniam vita humana initium habet progressum & finem, hæc tria per tres parcas antiqui nominauerunt. Nomía quæ sunt apud græcos Clotho, Lachesis, & Atropos. Clotho quæ initium vitæ typuȝ habet colum cumpenso gestat, vt fit ortus noster qui materiam viuēdi præbet. Lachesis vo filum expenso deducit. Id enim est tempus viuedi qđ sortiti sumus. Vnde & ipsa a λαγχάνω qđ est sortitor dicitur. Tertia vo filum a lachesi iam deductum abrumpit, & denotat morté vñ dicitur Atropos, quasi ἄνευ τρόπου. i. sine conuersione, quia implacabilis est mors, & nulli parcit. Gel. aūt refert tribus fatis tria nomina esse latina. Et primā dici parcam a pariendo, secunda nonam, tertia decimam, quia nono & decimo mense partus maturi sint. Cesellius vo vindex parcarum ponit tria nomina latina, nonam decimam & mortam, pducitqȝ Liuij versum. Quando dies aduenict, quam præfata est morta, Has alij de morgonis ex chao filias dicunt. Alij noctis, alij quibus assentitur Marcus Tullius in libro de natura deoruȝ, herebi. & noctis. Has ait Hesiodus bona & mala hominibus sortiri.

Coloni

Carthago

Parce

IER.

Id metuēs[a], veterisq[b] memor Saturnia[c] belli,
Prima[d] qđ ad Troiam[e] pro caris[f] gesserat Argis,
Necdum etiam causæ[g] irarum, sæuiq; dolores
Exciderant animo. manet[h] alta[i] mēte repostuȝ[k]
Iudicium Paridis, spretæq;[l] iniuria formæ,
Et genus[m] inuisuȝ, e rapti[n] Ganymedis[o] honores
His accensa[p] super, iactatos æquore toto
Troas relliquias[q] Danauȝ, atq; immitis[r] Achilli
Arcebat longe Latio, multosq; per annos
Errabant acti[s] fatis maria[t] omnia circum.
Tantæ[u] molis erat Romanam[x] condere gentem
Vix[y] e conspectu[z] Siculæ telluris, In altum
Vela dabant læti[&], e spumas salis ære ruebant,

a ¶ ID METUĒS, de futuro timor ē, Odiū de p̄senti. Metuebat ergo carthagini. Odiū āt hēbat p cās sequentes, & est de vtroqȝ exēplū. Cōueniūt qb⁹ aut odiū crudele tyr̄ini, Aut met⁹ acer erat b ¶ Veteris belli, q̄tū ad Virgilium ptinet, antiq; si ad iunonē referas diu gesti. Tūc aūt ad personam referendū est, cū ipsa loquit, quod si nulla persona sit ad poetam refertur. Nunc ergo veteris ex persona poetæ itelligendum est, sicut ipse alibi, Mirantur dona æneæ. mirant iulum Flagrantisq; dei vultus, partem ad se retulit, partem ad tyrios qui deum esse nesciebant. c ¶ Saturnia, antonomasia est, nō epitheton, quæ fit quoties pro proprio nomine ponitur, quod potest esse cum proprio noie, pōt & epitheton dici, d ¶ Prima, atqui Hercules prior cō tra troiāos pugnauit, vñ mō p̄ma princeps accipienduȝ ē, Naȝ plerunqȝ poeta significationeȝ noīum dat participijs vel e cōtra, vt Voluētibus annis, sig̃nat enī volubilib⁹, hac licētia & i nomine vsus est, vt p̄ma p principe poneret. e ¶ Ad troiā, & ad, & apud, accusatiuæ sunt p̄positiones. Sed apud semp in loco sig̃nat, ad & in loco, & ad locū, vt Ad quē tū iuno supplex his vocib⁹ vsa est. Cicero in Verrinis, Decē fiscos ad senatorē quendā relictos. Itē ad Marcum Leccam te habitare velle dixisti. f ¶ Caris, argis, illic enim eam coli omnibus notum est. Argos autem in numero singulari neutri generis est, vt Horatius, Aptum dicet equis argos, in plurali vo masculini, vt hi argi, cæterum deriuatio nominis argiuos facit, non

argos. g ¶ Causæ irarum, nunc de præteritis loquitur. h ¶ Manet alta mente repostũ iudicium paridis, in quo pro Venere Paris Alexander contra Iunonem, Mineruamq́ iudicauit. i ¶ Alta mente, dicit. i. secreta, recondita. k ¶ Repostum, autem syncopa est, vnam enim e medio literam seu syllabam tollit, sed quũ omnes sermones aut integri sint, aut pathos habeant, hi qui pathos habent, ita vt lecti sunt debent poni, quod etiam Maro facit, nam & repostus & porgite de Ennio transtulit, integris autem & ipsis vtimur, & eorum exemplo alijs. l ¶ spretæq́ iniuria formæ, epexegesis est, hoc enim fuit iudicium Paridis, vtq́ particula vacet, sicut alio loco, Dixitq́, & p̃lia voce diremit. Licet nonnulli separent dicentes aliud esse. Nunq̃. n. cõiunctio ponit̃, nisi inter duas res. Et spretæ formæ referũt ad Antigonã Laomedontis filiã, quã a Iunone pp formæ arrogantiã in ciconiã conſtat esse puersã. m ¶ Et genus inuisum, pp Dardanum Electræ Pellicis filium, Electra pellex fuit Iouis, ex q̃ Dardanus natus est, a quo troiani ducunt originẽ. n ¶ Rapti, stuprati, vt est Rapta garamãtide nympha, Itẽ Et raptas sine more sabinas. o ¶ Ganymedis honores, Trois regis troianoꝝ filij. honores aũt dixit vel propter ministeriũ poculoꝝ, ad qđ receptus est remota Hebe Iunonis filia, q̃ Ioui bibere ministrabat, vel ob hoc quod inter sidera collocatus aquarij nomen accepit. p ¶ His accensa super iactatos æquore toto, super his, aut de his, aut sup metũ carthaginis, his quoq́ accensa. q ¶ Relliqas, vt stet versus geminauit l. Nam in prosa reliquias dicimus. r ¶ Atq́ immitis achilli. bñ ſm Homerum segregauit ducẽ a populo. sic Aeneas in secundo post oĩum casum Priami separauit interitũ, vt Forsitan & priami fuerit q̃ fata requiras, immitem aũt dixit qui in patrocli vltionem & circa extinctum Hectorem crudelis fuit; Achilli propter ὁμοιοτέλευτον detraxit s literam, quæ plerunq́ pro nihilo habetur non solum necessitatis, sed & euphoniæ causa, vt Salust. A principio vrbis ad bellũ persi macedonicum pro persis. detrahit̃ aũt s tertiæ declinationis genitiuo. s ¶ Acti fatis, si odio Iunonis quõ acti fatis? sed hoc ipsum Iunonis odium fatale est. laborat enim Virgilius nil troianorum meritis, sed omnia fatis ascribere. Est & alter sensus, nam fatum voluntatem legimus, vt Fatis iunonis iniquæ, idest voluntate locutionis, vt hic intelligamus agebantur fatis Iunonis. i. voluntate. t ¶ Maria oĩa circum, in fine accentum ponimus contra morem latinum, sed corruptio hoc facit, Nãq; p̃positio postposita corrupta est sine dubio. u ¶ Tãtæ molis erat, difficultatis. x ¶ Romanã condere gentẽ, latẽter ostẽdit hinc odium Iunonis Aeneã pertulisse, ꝙ Romanæ gẽtis auctor extabat. y ¶ Vix. hoc loco mox significat. ʒ ¶ E ꝯspectu, vt adhuc de Sicilia possent videri. & ¶ Læti, vel alacres vel veloces vt est Et lætus eois Eurus æquis, Itẽ Et virgea lætus pabula. i. festinus, & cũ omni intẽtione, vel re vera læti, q̃q̃; incõgruum sit ꝑpter Anchisæ mortẽ, sed & interitus senũ minus dolet, & magis lætos intelligẽdum est, vt sit Iunoni causa maioris iracũdiæ, sic enim & in septimo irascit̃ vbi lætum Æneã siculo ꝓspexit ab vsq; pachynno. ꝯ ¶ Salis, maris ſm Home. εἰς ἅλα δῖαν. Salem autem quo vtimur singulari numero tm̃ dicimus, quo iocos significamus pluralem tm̃ ponimus numeꝝ ſm Lucanum qui ait, Non soliti lusere sales. Aliquando aũt & vrbanitatem per singularem numeꝝ significamus, vt Terẽ. Qui habes salem qđ in te est, idest quæ res in te est, masculini enim. g. est non neutri, & neutra triptota sunt, nec ab hac accusatiuo nominatiuus esse potest hoc sale.

DON. ¶ID MEtuens, vt firmet primam fuisse p̃ncipalem cãm icipit dicere alias. Timet ergo ne troiani ab excidio liberati vel vires aduersus græcos reparent, vel in Italia cõsistentes carthagini officiunt. Artificiose deinde aliam cãm addit iudicium Paridis, & vnã iniuriam facit duplicem. s. qđ offensa sit in eo iudicio ꝙ minori sit postposita, & ꝙ sit spreta forma sua q̃ in pomo scriptum erat, Pulchriori detur. Hoc maxime vexat mulieres. Hãc igitur ꝑtẽnd facit. Virgilius cũ dicit, Manet alta mẽte repostũ Iudiciũ paridis, spretæq́; iniuria formæ, Vt nõ tm̃ irascat̃ qđ victa est, q̃tum qđ forma sua sit spreta. ¶ Manet, ergo ad oĩa pertinet. ¶ Repostũ aũt iudicium Paridis. ¶ Iudicium. s. corrup tũ libidinis p̃mio. ¶ Paridis, vt conuitium sit non hois nomen. s. quasi abiecti, venalis, vulgaris, & inhonesti. Falluntur autem q referunt iniuria formæ ad antigone. Vnde addit, Et genus inuisum, vt ad p̃ncipalem causas gentis æstus reduceret. ¶ Ganymedis, Qui turpiter amatus est a Ioue. Est autem fœdum hoc loco aliquid intelligere de zodiaco, in quo Ganymedes dicitur collocatus, ne infames inter sancta sidera sint collocati, et sentiamus id quod poeta non dixit. Ostendit omnes has cãs esse alienas ab Ænea. Atq́ vt posterius dictas ostẽderet incidentes ait. ¶ His accensa super, idest super illam quæ fuit ob excidium carthaginis. ¶ Vix e conspectu, A septimo anno incipit narrationem, vt priora referret ad conuiuium Didonis. ¶ Iactatos æquore, hæc omnia ad exprimendam Iunonis iniquitatem pertinent, vt ostendat excidium carthaginis solam causam fuisse ne ipsa misereretur, nec deserit intentionem suam quæ cognoscẽs non

posse

posse expugnare fata, cupiebat saltē illos arcere, quos ad plenū superare nō poterat, Nō mi
serabat igit, vt iactatos toto æquore, & eos qui ex infinito numero ad paucos redacti eēnt,
quos e manibus sæuissimo℞ hostiū fortuna seruauerat, isidijs assiduis obtereret. ¶ Relliquas
danaū. Magna crudelitas quæ nullis cladibus satiari poterat. Laus aūt Æneæ magna quod
de solis reliquijs troiano℞ imperium Romanū condere potuerit, Ergo ni fata obstitissent
patriam integris opibus defendisset, cū in aliena terra imperium condiderit. ¶ Acti fatis,
idest ipsi qui fatis agebantur in Italia errabant Iunonis inimicitijs. ¶ Tantæ molis: Nō fiūt
sine magno labore magna. Laudatur autem Æneas qui nullo labore, nulla diuturnitate er/
roris desistebat ab incepto. ¶ Vix læti, Vtrunq; temperat, Nam læti erant quod essent ppin
qui Italiæ. Sed morte Anchisæ contristati vix erant læti.

CHRI. ¶ ID METVENS, Nam est prima causa, reliquæ sunt accessoriæ. ¶ Veteris, ac si diceret i/
perfecti operis, Hoc alibi ipsa dolens ait. Non capti potuere capi. Et paulopost, Mene ince
ptis desistere victam, vel memor belli, idest iniuriarum. ob quas bellum susceperat. ¶ Satur
nia, q̄si dicat crudelis, vt a Saturno esse se ostendat. dr̄ autē Iuno a iuuādo, sed q̄m in hoc lo
co troianos nō iuuare. sed ledere conatur optimus vates illā a Saturno stella noxia deno/
minare maluit. Cæte℞ poetæ cū eā physica quadā ratione describunt, terrā intelligūt. Hæc
pulchre ostēdit Dionysius ac Eusebius & Varro. Quapropter hac ratione ipsam deā regno
rū nomināt, quia hæc terrena sunt, atq; oīs ptētio inter mortales, & terra℞ possessione est.
Capitur autē a Marone allegorice pro ambitione quæ est cupiditas regnādi & imperādi.
Huius deæ simulach℞ ligneū apd̄ Samios, vbi apprime colebatur, fuisse refert Callimach⁹,
Iunonē prisci voluerunt esse nuptialem viri ac fœminæ pūctionē. Quapropter illi sacri
ficantes bilē ad hostia euomebāt, ac iuxta arā infodiebant, vt ostenderent sine ira & odiu,
& amaritudine matrimoniū esse oportere. Iunonis autē & Latonæ potestatē sic iungunt,
q̄ Iuno terra sit, Latona nox, nā obliuio ex nocte per somnū fit, Nox autē est terræ vmbra,
matrimonij vero finis precatio est, idest e tenebris ad solis lumina progressio. Dicunt autē
Ioui Iunone irata & ab eo dissidente mœstum Iouem a Calabeomene indigna doctum, vt
alteram ducere simularet. Quapropter ille ex quercu muliebre simulach℞ composuit nu/
ptiasq; præparauit, ad quas tritōides nymphæ. & vniuersa boetia cōfluebat. Qua re cōmo/
ta Iuno a Citherone descendit, & platæensium mulierum turba sequente ad Iouem perue/
nit, simulationeq; patefacta illi summa cum lætitia reconciliata est. simulachro autem qd̄
Dædalem appellarunt, Iunonis gratia festa Dædala instituta sunt, Iunoni præterea omnium
mense kalende dicatæ sunt. Vnde illi duodecim aras instituunt. ¶ Causæ irarum. ¶ Iniu
riæ, iniuria enim iram gignit quæ est accensio sanguinis ad vlciscendum. ¶ Dolores. qui
Quis innexa[e] pedem Malo pendebat ab alto
Illa Notos, atq; atra volans in nubila fugit
Tum[f] rapidus iamdudũ arcu[g] cõtenta parato
Tela tenens fratrem Eurytion in vota[h] vocauit
Iam vacuo lætam coelo speculatus, & alis
Plaudentem nigra[i] figit sub nube Columbam
Decidit exanimis, vitamq;[k] reliquit in astris
Aeriis, fixamq; refert delapsa sagittam.
Amissa solus palma superabat Acestes
Qui tamen æthereas telum contorsit in Auras
Ostentans artem[l] pariterq;, arcumq; sonantẽ
Hinc oculis subito obiicitur[m], magnoq; futurum
Augurio[n] monstrum, docuit post exitus igens

CHRI. INTREMVIT. in suo ordine ponit primo mali tremorem, idest tremulam concussionem, & ex ea se timorem auis atq; ex ijs duobus plausus spectantium. Acer, acuto ingenio. Constitit, nam dum ita tendimus arcum, vt nulla sit manuum vacillatio, certissimus ictus est. Oculos & telum, &c. e. collineamus sagittas, vt oculo per lineã illã quæ ad signum fert sagittam dirigamus. Superabat, superat & neutrum in hac significatione est. Quando autem transit vincere significat. Docuit post exitus, nam ostendit illud infœlix fuisse quod fœlix esse æneas putauit, & per transitũ ostendit poeta quam difficile futura augurijs monstris ue cõiectari possumus, cum sæpe etiam prudentissimi viri fallantur, vt in hoc loco Aeneas qui putauit fœlicia portendi cum infœlicia portenderentur.

SERA.

Seraq; [a] terrifici cecinerunt omnia Vates.
Nanq; volans liquidis [b] in nubibus arsit arũdo,
Signauitq; viam flãmis, tenueisq; recessit
Cõsumpta in Ventos, Cœlo ceu [c] sæpe refixa
Trãscurrunt, crinemq; volantia Sidera ducunt.
Attonitis [d] hæsere animis, superosq; precati
Trinacrij, Teucriq; viri. nec maximus omen [e]
Abnuit Aeneas, sed lætũ amplexus Acestem
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur.
Sume [f] pater. nã te voluit rex magnus Olympi
Talibus auspicijs exortem [g] ducere honorem.
Ipsius Anchisæ [h] longæui hoc munus habebis,
Cratera impressum [i] signis, quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monumẽtũ, & pignus amoris.
Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro
Et primũ [k] ante omneis victorẽ appellat Acestẽ,
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori
Quãuis solus autem cœlo deiecit ab alto.
Proximus [l] ingreditur donis [m], qui vĩcula rupit.
Extremus [n] volucri qui fixit arundine Malum.
At pater Aeneas nondũ [o] certamine misso
Custodem [p] ad sese, comitemq; ipubis [q] Iuli
Epitiden vocat, & fidam sic fatur [r] ad aurem.
Vade age, & Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursusq; instruxit Equorũ,
Ducat Auo turmas, & sese ostẽdat in armis.
Sic ait, ipse omnẽ longo decedere Circo
Infusum populũ, & cãpos [s] iubet eẽ patenteis.

a ❡SERA, grauia. Salustius, Serum bellum in angustijs situm, idest graue, & quod improbant vates, Aeneas amplectitur deceptus augurij similitudine, quod apud troiam pbauerat pater, vt stella facem ducens. b ❡Liquidis in nubibus nubes pro aere posuit. Nubes enĩ liquidæ eẽ non possunt. c ❡Ceu sæpe refixa, poetice dixit scd̃m publicam opinionem. Nam s̃m Lucretium ventus altiora petens æthereum ignem secum torquet, q imitatur stellas cadẽtes. d ❡Attonitis aĩs, stupefactis per tonitrua, quæ cælestib. ignibus semp cohærẽt. e ❡Omen abnuit Aeneas, amplexus est, & pbauit nõ scd̃m augurum disciplinã dixit ad se non pertinere, Nam nostri arbitrij est visa omina vel improbare, vel recipere. f ❡Sume pater, percipe, Nam verbũ est iuriscõsultorum, quo vtuntur quotiens legatum non ab hærede datur, sed ex accipientis arbitrio. g ❡Exortem, sine sorte, ἄκληρον. h ❡Anchisæ munus, quod Cisseus rex thraciæ, s̃m Virg. pater Hecubæ, vt Cisseis regia parin creat, Anchisæ aliquando donauerat. i ❡Impressum signis, impressa signa hñtem, idest emblemata k ❡Primum ante omnes, vnum vacat. l ❡Proximus, ponit Eurytionem. m ❡Donis, ad dona. n ❡Extremus, ostẽdit hos sua munera percepisse, Acestem vero sumpsisse præcipua. o ❡Nondum certamine misso, de peractis nunc loquitur Virgil. rebus, vnde debuit dicere vocauit, & fatus est. Ergo aut tempus est pro tempore, aut sic refertur, vt videatur non de præterito loqui, sed actũ psentis tẽporis ponere & referre. p ❡Custodem ad sese, s̃m Tullium qui dicit ad militiam euntibus dari solitos esse custodes, q bus primo anno regantur, vnde ait de Palãte, sub te tolerare magistro Militiã & graue martis op. q ❡Impubis Iuli, ab eo qd est hic pubis, nam quod ait salu. Puberes oẽs interfici iubet, venit ab eo quod ẽ puber, & sũt ista communis generis si referãtur ad singulos, multitudo autem si dicatur generis tantum fœmini est hæc pubes. r ❡Fatur ad aurem, sequitur & dicit, vnde sicut & in tertio diximus vnum vacet necesse est. s ❡Campos iubet esse patẽtis, discessu populi, scilz iubet fieri campos patentes.

❡SIDERA refixa, nam cũ affixa cœlo sint sydera, refigi putãtur ab imperitis s̃m quos nũc vt poeta loqtur. Illi. n. credũt vapores ignitos q sæpe p aerẽ ferunt stellas esse e cœlo cadentes, vñ etiam Ouid. Quæ si non cecidit potuit cecidisse videri. Si aũt quod etiam puerile cogitatu est caderet, terram vniuersam tegeret, cum singulæ stellæ magnitudine terram superent. ❡Crinem, idem est quod dixit signauit viam flammis. ❡Exortem, qui tibi esset propius neq eum cum aliis sortireris. ❡Et primum ante omnes, possunt esse duo, vt primum referatur ad tempus primum, idest & primum, & statim vt res statim facta sint & ante omnes ad ordinem. ❡Infusum, confuse & nullo ordine ingestum.

Incedunt[a] Pueri, pariterqꝫ ante ora parentum
Frenatis lucent in Equis, quos[b] omnis eunteis
Trinacriæ mirata fremit, Troiæqꝫ iuuentus.
Omnibus in moré tonsa[c] coma pressa[d] corona.
Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro,
Pars leues humero pharetras, & pectore[e] summo
Flexilis obtorti per collum it circulus auri.
Treis[f] equitũ numero Turmæ, terniqꝫ[g] vagãtur
Ductores[h], pueri bisseni quenqꝫ secuti.
Agmine partito fulgent, paribusqꝫ[i] magistris.
Vna acies iuuenum, ducit quã paruus ouãtem
Nomen aui referens Priamus, tua clara polite[k]
Progenies, auctura italos. qué[l] Thracius albis
Portat Equus bicolor maculis. vestigia[m] primi
Alba pedis, frontemqꝫ ostẽtans arduus albam.
Alter Atys, genus[n] vnde Atyi duxere Latini.
Paruus Atys, puerqꝫ puer dilectus Iulo.
Extremus[o], formaqꝫ ante omneis pulcher Iulus
Sidonio est inuectus equo. qué candida Dido
Esse sui dederat monumentũ, & pignus amoris.
Cætera[p] Trinacrij pubes senioris Acestæ
Fertur equis.

SER. a INCEDVNT pueri, aut poëtica licentia confundit ætates, vt modo pueros, modo iuuenes dicat. Nam ait vna acies iuuenũ, aut certe ſm quosdam sequenti distinctione mutata magistros pueros dicit. Sequentes vero maturioris ætatis. b Quos omnis eunteis, ꝗs euntes omnis turba fremit. i. cũ fauore prosequit. c Tõsa coma. i. cõposita. d Pressa corõa. i. galea, & sermõe Homeri vsus est, nam galeas Στεφάνην dixit. Nã proprie comæ non tonsi capilli, & reversa corona non potest eẽ, quꝫ sequat? Galeã ante pedes proiecit inané. alij dicũt potuisse eos habere galeas corõatas. Bebius tamen Macer dicit a Cæsare Augusto, pueris qui lusérũt troiam donatas esse galeas, & bina hastilia, ad quod Varg. ꝓstat alludere. e It pectore sũmo, sic legendũ est ne sit solœcismus, & rei inanimali dedit motum dicẽdo it. Summũ autem pectus ait pectoris & colli ꝓiniũ. f Treis equitũ numero turmæ, ré romanæ militiæ suo iserit carmini. Naꝫ cõstat primo tres fuisse partes populi romani, vna tatiensium a Tito Tatio duce sabinorum iam amico post fœdera, altera ramnetum a Romulo. tertiam lucerum, quorum ſm Liuiũ & nomé & cã i occulto sunt. Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra Titum tatium a lucumonibus, hoc ẽ thuscis auxilia postulasse, vnde quidam venit cum exercitu, cui recepto iaꝫ Tatio pars vrbis est data, vnde in vrbe thuscus dictus est vicus. Horatius, Ac thusci turba impia vici. ergo a Lucumone luceres dicti sunt, ergo in tres partes diuisus erat populus, adeo vt qui etiam vni præerat parti tribunus dicebatur, vnde etiaꝫ sumptus dati, populo tributa nominantur. g Terni ductores, more suo, hoc est tres. h Ductores pueri, hic quidaꝫ distingunt vt diximus supra. i Paribusqꝫ magistris, & hoc alludit, nam hodieqꝫ equitum magistri dicuntur. k Polite progenies, illum dicit quem supra a Pyrrho introducit occisuꝫ, de quo Cato in originibus dicit, ꝙ ad Italiam venerit, & segregatus ab Aenea condiderit oppidum politorium a suo nomie. l Qué thracius albis, quũ tres dixerit duces duorum equos cõmemorat. sed aut prætermisit, qui vt consequeretur necesse erat, nec enim vnus pedes eẽ poterat, aut illo reddidit loco, vt Cætera pubes senioris aceste Fertur equis, quãqꝫ multi distinctione mutata tres equos cõmemorant, vt sit plane primus equus bicolor maculis, & de alio dicatur. m Vestigia primi alba pedis, idest primorum pedum vestigia, & frontem albam ostendat alter. n Genus vnde atys duxere latini, ꝓpter Actiam dixit matrem Augusti, de qua dicit Antonius, Actia Latini mater. Vulc. n. eius etiam maternum genus esse antiquissimum. o Extremus, quantum ad numerum spectat. p Cætera trinacrij, cætera pubes equis Aceste fertur.

CHRI. CANTE ora. p. ꝗ res magnã illis voluptaté ꝓbebat. Frenatis, nã & in infrenes aliquãdo i bello adhibebãt. Lucẽt, ꝑ arma & nihil memorat quod horroré ab armis afferat vt in bello solet sed oĩa ondit voluptuosa, ꝗlia in ludis esse decebat. Mirata fremit, nã illoꝝ idoles specie futuræ fortitudinis afferebat. Priamus, filius fuit Polite, qué in cõspectu patris a Pyrrho cæsuꝫ scripsit poeta, ꝗuis Cato illum in Italiam venisse, & politoriũ vrbé ꝯdidisse dicat. Alij dĩt Priamum ædificasse, & illam a patre denominasse.

Excipiunt plausu pauidos[a], gaudentq; tuentes
Dardanidæ, veterumq; agnoscunt ora parentū.
Postq̄ oēm læti consessum, oculosq; suorum
Lustrauere in equis, signum clamore paratis
Epitides longe dedit, insonuitq; flagello[b].
Olli discurrere pares, atq; agmina terni
Diductis soluere choris[c], rursusq; vocati[d]
Conuertere vias, infestaq; tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliosq; recursus.
Aduersis spatiis, alternosq; orbibus orbes
Impediūt, pugnæq; cient simulacra sub armis.
Et nunc[e] terga fugæ nudant, nūc spicula vertūt
Infensi. facta pariter nunc pace feruntur.
Vt quondam Creta fertur Labyrinthus[f] in alta
Parietibus[g] textum cæcis iter, ancipitemq;[h]
Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi
Falleret[i] indeprensus, & irremeabilis error.
Haud aliter Teucrum nati vestigia cursu
Impediunt[k], Texuntq; fugas, & prælia ludo
Delphinū[l] similes, qui p maria[m] humida nādo
Carpathiū[n], Libycumq; secāt, ludūtq; p vndas.
Hūc morē, hos cursus, atq; hæc certamina p̄mus[o]
Ascanius longam muris cū cingeret Albam

ASC. a ¶ PAVIDOS, gloriæ cupiditate sollicitos, vt Corda pauor pulsans. b ¶ Flagello, virga, quæ sonat in morē flagelli. c ¶ Choris, aciebus. d ¶ Vocati, ictu virgæ. e ¶ Et nūc terga nudāt, tria q̄ in bellis gerunt commemorat, fugā, pugnas, pacē. f ¶ Labyrinthus, locus apud cretā factus a Dædalo pplexis parietib[9], vbi minotauros īclusus est ex pasiphae & tauro gēit[9]. g ¶ Parietib[9] textum cæcis iter, hypallage ē cæcū iter textis parietib[9]. h ¶ Ancipitē, dolū, perplexū errorē eūdi ac redeūdi. i ¶ Falleret, deciperet, falleret. Est aūt versus Catulli sic inquientis, Errabunda regēs tenui vestigia filo Ne labyritheis e flexibus egredientē Tecti frustaret inobseruabilis error. k ¶ Impediūt, īplicant, intexunt, quod est a vestibus tractum. l ¶ Delphinū, aut venit ab eo quod est delphin delphinis a delphine, aut delphinum pro delphinorū posuit a delphinus delphini. m ¶ Maria humida. Hom. ὑγρὰ κέλευθα. n ¶ Carpathiū mare, inter ægyptū & rhodū ab insula carpatho illic posita. Nec mirādum duas eū posuisse cōparationes, quum & in secūdo hoc fecerit, vt In segetē veluti cū flāma furentibus austris Incidit, aut rapido montano gurgite torrens, & in georgicis tres ponat cōparationes, Frigidus, vt quondam siluis immurmurat auster, Vt mare sollicitum stridet refluentib[9] vndis, Aestuat vt clausis rapidus fornacibus ignis. o ¶ Primus ascanius, generis ordinē docet, vt in p̄mo diximus.

CHRI. ¶ GAVDET tuentes. d. fit enim natura, vt puerili ætate in qua aliqua sit indoles, gaudeamus & ipsa similitudie formæ paternæ illos a moribus ipsorum non degeneraturos putamus. ¶ Choris, maluit q̄ acie di-

ecte quia ludus & non hostile certamē erat. ¶ Labyrinthus, hoc ædificij genus portentosissimum iure appellat, Plini. Est enim ingentissimi dispendij & nulli vsui necessarium. Ponit autem quatuor fuisse, Primum ī heracleo polite, quē Hero. xij. regū q̄ ægypto simul īpensa rupt opus fuisse refert, & tria milia hītacula habuisse, mille qngēta sub terrā & totidē subterranea. Dēmoteles regiā mocherodis fuisse dicē, lycias sepulchrū meridis plēs, Soli sacrū eē extructū, Hic Dædalus exēplar in eo quē ī creta ædificauit sūpsit, is illi[9] cētē simā ptē imitatus ē, q̄ itinerū ābages occursusq; ac recursus inexplicabiles continet crebris forib[9] īditis, ad fallēdū occursus redeundūq; in errores eosdē. Tertius fuit ī lēno similis illis colūnis tm̄ cētum qnq̄ginta memorabilior, Quaꝝ ī officina turbines ita librati pepēderūt, vt puero circūagēte tornarent. Quartū porsena clusij rex sibi fecit sepulchri causa sub vrbe clusio. ō quo Var. sepultus est sub vrbe clusio, in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato, singula latera pedum lata tricenū. Alta qnquagenū, īnq̄ basis quadrata intus labyrinthū inextricabilē, quo si qs pperet sine globo lini exitum īuenire nequeat, supra ad q̄dratū pyramides qnq̄ sunt, quattuor in angulis ī medio vna in imo latæ pedū septuagenū qnū altæ centum quinquagenū ita fastigiatæ, vt in summo orbis æneus, & pegasus vnus oib[9] sit impositis ex quo pendeant excepta catenis tintinabula, q̄ vēto agitata lōge resonāt, supra quem orbem aliæ q̄tuor pyramides extant alte pedes cētenū, supra quas vno solo quinq; pyramides quaꝝ altitudinē Varrones puduit ponere. Fabulæ etruscæ eandē dn̄t, quā-

Labyrinthus.

fortius opis Diodo. sicu. scribit de labyrintho ægyptiõ esse, q illũ a Meni rege ædificatũ vel lit: et itide alios q a Mẽdite, alios q a Barrõe positũ referãt. ¶ Ancipité dolũ, errore ex ambiguitate. ¶ Indeprẽsus, pro indeprehensibilis. ¶ Texũt fugas, ita fugiũt ita inexplicabiles cõnectẽdo cursus reddãt. ¶ Delphinũ, delphinus delphini & delphin' delphinis. Velocissimus

Delphinus omnium aĩalium, delphinus est ocior volucre, acrior telo. Tardat tñ in feriẽdo qa nõ nisi resupinus atq; inuersus ferire põt, qñ multum ĩfra rostrum os illi e medio pene in vẽtre cũ diutius spũm ptinuerit, veluti arcu emissus ad respirandũ emicat. Parit catulos decẽ, nutrit vberibus. Foetus infantia ĩfirmos gestat. Adultos diu comitat. Viuit triginta annis. Lingua illi cõtra nãm aquatilium mobilis & suillæ similis, Pro voce gemitus humano similis. ¶ Dorsum repãdum, Rostrũ simũ, Qua de cã nomẽ symonis miro mõ agnoscunt, malũtq; ita appellari homini amicissimi sunt, & musica delectantur, huius rei & Arionis & multoꝝ aliorum exẽpla narrat Pli. Corio vestiunt, sed nõ cũ pilis, vt vituli marini & hippopotami.

VIR.

Rettulit[a], & Priscos[b] docuit celebrare Latinos.
Quo puer ipse modo secũ, quo Troia pubes
Albani docuere suos. hinc maxima porro[c]
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem.
Troiaq;[d] nunc pueri Troianũ dicitur Agmen.
Hac celebrata[e] tenus sancto certamina Patri.
Hic primum[f] Fortuna fidem mutata nouauit,
Dum varijs tumulo referunt solennia ludis,
Irim[g] de Coelo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem, Ventosq;[h] aspirat eunti
Mlta monẽs, nec dũ ãtiquũ ex saturata dolorẽ.
Illa viam celerans per mille coloribus Arcum
Nulli[i] visa cito decurrit tramite virgo.
Conspicit[k] ingentẽ cõcursum, & littora lustrat,
Desertosq;[l] videt portus, classemq; relictam.
At procul in sola[m] secretæ Troades Acta[n]
Amissum Anchisen flebãt, cũctæq; profundũ

a CRETTV lit, inouauit qd iam fecerat. b ¶ Priscos latinos, q tenuerãt loca, vbi alba est cõdita. c ¶ Porro, post lõgũ ĩteruallũ, & est aduerbiũ tpis, est ãt græcum πόῤῥω. d ¶ Troiaq; nunc pueri, vt ait Suetonius Trãqllus lusus ĩpse, quẽ vulgo pyrrhicã appellãt troia vocatur, cuius expssit origines in libro de puerorum lusibus. e ¶ Hac celebrata tenus, tmesis est hactenus: & hic sermõ q̃tũ ad artẽ spectat duas cõtinet partes orationis vt hac pronomen sit, tenus ꝓpositio, sicut pube tenus, & cruꝝ tenus, sꝫ iã vsus obtinuit, vt pro vna parte habeat, ergo aduerbiũ est. Uis enĩ pars oratiõis quũ deserit eẽ qd est, in aduerbiũ migrat, & ẽ tpis. Naꝫ huc vsq; significat. f ¶ Hic primũ, sequet enim Palinuri mors vel Miseni, ideo mutata fortuna est. g ¶ Irim de coelo misit saturnia Iuno, ex magna parte seruat, vt Mercurius ad concordiã, Iris ad discordiam mittatur, vñ & iris dicta est quasi ἔρις. Falsum est aũt qd dicitur ministra esse tantum deaꝝ, quũ & a Ioue plerũq; mittatur, vt Aeriã coelo quũ Iuppiter iris Demittit germanæ haud mollia iussa ferẽtem, & bene Irim mittit q̃ fit de nubibus quaꝝ dea est Iuno. h ¶ Ventosq; aspirat eũti, vt de mercurio voca Zephyros ꝑ mille coloribus arcũ aut subaudi factum, aut antiptosis est. mille coloꝝ, hoc est mltoꝝ coloꝝ. i ¶ Nulli, visa, ad ipsum rettulit nomẽ, nã arc semper videt, quẽ nõ Iris, sed viã iridis dixit alij celeritatis eẽ volũt nulli visa, vt oculi ꝓsequi nõ possint ꝑfuga celeri. Sane notandũ etiaꝫ de iris de arcũ genere masculino dicere Virg. Catul. & alij genere foeminino ponũt, referentes ad originẽ, sicut hæc arc, & hæc Catullus, & hæc gallus legimus. Imitatiõe græcorum ὁ κύκλος κύκλος καὶ ὁ καὶ ἡ ἀλέκτρυων dicũt. k ¶ Cõspicit ingentem, quia supra ait, Vndiq; conueniuntur teucri. l ¶ Desertosq; Videt portus, a viris scilicet. m ¶ In sola: deserta. Terẽ. Venit meditatus e solo loco. n ¶ Acta, mutata η in a superiori accẽtum damus, vt ἑλένη helena, κίρκη circa Ergo quoniam & ἀκτή græcum est, quum acta facit, penultima habere, debet accentum, sed ꝑpter differentiaꝫ cõmutatur, ne nõ secreta & amoena littoꝝ, sed pcipialiter acta significet.

¶ FORTVNA mutata. i. fortuna innouata. i. alia facta mutauit fideꝫ, in quo loco docet poeta nullam fidem habendam esse fortunæ, quia mobilis ĩstabilisq; semper est, & semp in fida, vt recte monere videatur, Seneca Nemo ꝯfidat nimiũ secũdis, nemo desperet meliora lapsis. ¶ Fortuna mutata nouauit fidẽ idest mutauit fidẽ innouata quasi alia effecta. ¶ Aspirat, spirando ĩmittit. Nam vẽti spiritus sunt & simul fauorem significat, vt aspiras primo fortuna labori.

CASPECTANT

Mercurius ad cõcordiã Iris ad discordiã mitti:

Pontũ aspectabant [a] flẽtes. heu tot vada fessis
Et tantum superesse maris, vox omnibus vna
Vrbem orant, tedet pelagi perferre laborem
Ergo inter medias sese haud ignara nocendi.
Coniicit, & faciemq; [b] Deæ, vestem reponit.
Fit Beroe Ismarij [c] coniux longæua Dorycli,
Cui genus, & quodam nomen, natiq; fuissent.
Ac sic [d] Dardanidũ mediam se matribus infert.
O miseræ [e], quas nõ manus iquit Achaia belo
Traxerit ad loetum patriæ sub moenib⁹. O gẽs
Infoelix, cui te exitio [f] Fortuna reseruat?
Septima [g] post Troiæ excidiũ iam vertit̃ æstas,
Cũ freta, Cũ terras [h] omneis, tot inhopita saxa
Sideraq; [i] mẽsæ ferimur, dũ p mare [k] magnum
Italiã [l] sequimur fugientẽ, & voluimur [m] vndis.
Hic erycis [n] fines fraterni, atq; hospes Acestes.
Quis p̃hibet muros iacere, & dare ciuib⁹ Vrbem?
O patria, & rapti nequicq̃ [o] ex hoste penates.
Nulla ne iam Troiæ dicentur moenia? nusquam
Hectoreos amnes xanthũ, & Simeonta videbo?

a ¶ASPectabãt flẽtes heu, multi distinguunt flentes heu, vt sit miserabiliter flentes, & a persona dicat poetæ, alij a mulieribus heu dictũ accipiunt. b ¶Faciẽq; deæ vestẽq; reponit, duo diuersa vno sermone concludit. c ¶Ismarij dorycli, thraciæ. Ismarus enim est mõs thraciæ, & bene suadentis cõmẽdatur auctoritas. d ¶Ac sic dardanidum se matribus infert, sic autem mutato habitu, aut ista dictura. e ¶O miseræ, magna vtitur arte psuadendi, vt non ex abrupto quod psuadere vult dicat, sed circũstanti is illuc descẽdat. f ¶Exitio suo regno. g ¶Septima post troiæ excidiũ iã vertitur æstas, atq; & dido dixit, Nam te iam septima portat Omnibus errantẽ terris & fluctibus æstas, de qua re quidam hoc dicũt q̃ Aeneas apud carthaginem paucis diebus fuerit. Nam ait. Quum subito assurgens fluctu nimbosus orion, qui oritur, vt Sal. dicit iuxta solis æstibi pulsum. item ait, Dum pelago desæuit hyems & aquosus oriõ, vt hyemem pro tẽpestate posuerit secundum qđ carthagini paucis fuit dieb⁹, sed illud occurrit, Nunc hyemẽ inter se luxu quã longa fouere, & hoc quidam sic purgant vt dicant potuisse fieri vt intra anni metas, & ad africam veniret & inde nauigauerit, sed istis occurrit qđ in primo ait, Septĩa æstas, vnde apparet hãc octauam fuisse, quod & ab Anchisæ morte indicat impletus annus, Ergo cõstat quæstionem hanc vnam esse de insolubilibus, quam non dubium est emendaturum fuisse Virgilium. h ¶Cum terras omnis, quia peragrauerat multa. i ¶Sideraq; emensæ ferimur, aut tempestates, aut prouincias, quæ sideribus subiacent, vt in bucolicis Aethiopum versemus oues sub sidere cãcri. k ¶Per mare magnum, procellosum. Lucretius, Suaue mari magno. l ¶Italiam sequimur fugiẽtem, vt Iam tandem italiæ fugientis p̃ndimus oras.

Et re vera nullus sequit̃ nisi qđ fugit. m ¶Voluimur, non nauigamus, quasi inutilis & desperata nauigatio sicut in Terentio moues, at nihil promoues. n ¶Hic erycis fines, argumentum a facili. o ¶Nequicq̃, qui non profuerat, quum essent fatorũ comites.

¶PONTVM aspectabãt, tanq̃ exosæ nauigationem & q̃ dolerent & tam nauigasse & tam & adhuc eẽ nauigandum. ¶Vox omnibus vna, Optimam captauit occasionẽ classis incendendæ, cũ omnes a nauigatione abhorrerent. ¶Haud ignara, arguit a possibili. ¶Faciem vestemque reponit; non enim poterat induere formam Beroes, nisi suam prius deponeret, idest seorsum poneret. In eam autẽ mulierem se vertit, quæ, & propter viri auctoritatem, & pp ætatem, & pp̃ter natos fidem haberet. ¶O miseræ, idem locus est qui fuit foelix ante priameia virgo Hostilem ad tumulum iussa mori, quãta ergo est p̃sens infoelicitas cuius fuissent futuræ foeliciores cæsæ in patria fuissent. Est autem procemium per insinuationem. Hoc enim id agere velle videt̃, vt eaꝝ miserias deploret, Neq; antea demonstrat quid velit, q̃ ni faciant illas infoelicissimas futuras demonstret. ¶Cui exitio q. d. nullũ esse tam sæuũ quod illi satisfacere videatur. ¶Septima, phatos a longitudine tẽporis, vt septem illum perhibẽt totos ex ordine menses. Item a difficultatibus, & periculis q̃ diutius pp̃essæ sũt. ¶Fugiẽtẽ, phatos a desperatione futuri, ex qbus recte cõcludit debere eas q̃rere sedes. Ergo. & incendere naues. ¶O patria, quam relinquimus, vt nouam instauremus. ¶Nequiquam, si sedes nobis paramus. ¶Hic ery. fi. non satis erat demõstrasse, nõ esse nauigandum, nisi etiam probaret cõmode illic consistere licere. ¶O patria & c. ra. concitat maximam miserationem huiuscemodi interposita exclamatio.

SER. a INFAVSTAS, mali hominis. b NAM mihi Cassandrae, non cui credere nō debeāt, sed cui cū sua pnicie nō crediderāt. c IAM tempus agi res, idest troiam fieri. d MORA prodigijs ecce pdigium de bono, & argumentatur ad incēdium nauium. Aras ardēt non primū, quas iō quatuor dicit, quia singuli duces singulas posuerāt. Nā contrarium est. Numero deus impare gaudet. Alij dicunt a Cloātho positas, q̄s promiserat se daturum. e Deus ipse, cuius sunt naues. f Infensum ignē, ipsa īfensa. g Tot, aut multorum, aut supradictorū, vt Quinquaginta illi thalami. h Non Beroe vobis, non est dissuasio, vt quidam putant, sed magis hortat persuadēdo numinis auctoritatem. i Rhoeteia, a rhoeteo promontorio. k Diuini signa decoris, omnia colligit, quibus numina cognoscuntur, vt Nanq; haud tibi vultus Mortalis, nec vox hominem sonat, o dea certe. l Spiritus, odor, vt Comae diuinum vertice odorem spirauere. m Vel gressus euntis, vt Et vera incessu patuit dea. n Primo ancipites antequā matricem agnoscerent. o Oculisq; malignis, ipsae malignae. p Miserū inter, vt magnum, vt Ter. Eam misere amat, aut miserum, quo fiebant miseriores, quum eis regna negarentur. q Abiecte pictas, vel in abiete pictas, & subaudi in, vel abiecte, hoc est quae erant de abiete. r Eumelus, latinus accentus est, translatio nominis in latinum. nam graece dicitur εὔμηλος & diligens interpretatur.

Quin agite, e mecū infaustas [a] exurite puppes.
Nam mihi [b] Cassandrae per somnū Vatis imago
Ardentes dare visa faces. hic quaerite Troiam,
Hic domus ē inquit vobis. nunc tēpus [c] agi res.
Nec tantis morā [d] prodigij. En quatuor arae
Neptūo, De [e] ipse faces. animumq; ministrat.
Haec memorās prima īfensum [f] vi corripit ignē,
Sublataq; procul dextra connixa coruscat,
Et iacit: arrectae mentes, stupefactaq; corda
Iliadum. hic vna e multis quae maxima natu
Pirgo tot [g] Priami natorum regia nutrix.
Non Beroe [h] vobis non haec Rhoeteia [i] matres
Est Dorycli coniux. diuini [k] signa decoris
Ardentesq; notate oculos. qui spiritus [l] illi,
Quis vultus, vocis ue sonus, vel gressus [m] eunti.
Ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui
Aegram, indignantem tali quod sola careret
Munere, nec meritos Anchisae inferret honores.
Haec effata.
At matres primo [n] ancipites, oculisq; [o] malignis
Ambiguae spectare rates miserum, [p] inter amorem
Praesentis terrae, fatisq; vocantia regna.
Cum dea se paribus per Coelum sustulit alis,
Ingētemq; fuga secuit sub nubibus Arcum.
Tum vero attonitae monstris, actaeq; furore
Cōclamant, rapiuntq; focis penetralibus ignem.
Pars spoliant aras, frondē, ac virgulta facesq;
Cōijciunt furit immissis Volcanus habenis.
Transtra per & remos, & pictas Abiete [q] puppes.
Nūcius Anchisae ad tumulū, cuneosq; Theatri
Incensas perfert naues Eumelus [r], & ipsi
Respiciunt atram in nimbo volitare fauillam.

CHRI. QVIN agite, qđ hactenus occultauerat nūc demum & confutatis quae cōtra dici poterāt, & cōfirmantis q̄ in rē faciebant, audētius profert animis iā ex superiori oratione ad id sua spōte inclinatis. Nam mihi, cōfirmat ea q̄ proponit vatis auctoritate, cuius vaticinia neglecta calamitatū causa fuerunt. Hic, vbi summa adest facultas. Nunc tempus, nec abest occasio temporis. En quatuor arae, nō solū ex hoc facultas ostēdat, sed etiā deorū indicat volūtate fieri posse. Prima, non enim oratione solū, sed exemplo illas mouere voluit. Ardentes, nō ex ira, sed diuino splendore. Qui spūs, q̄ animi vehementia. Quis vul. Nā in facile illi appet nescio qd diuinū reliquis aegrā. Recte ergo eius formā sumpsit iris, q̄ morbō absutura illam simulationis arguere non poterat. Primo ancipites, nāq; a principio q̄uis suasae essent tamē magnitudo facinoris absterrebat, atq; etiam desideriū fatalis terrae extinguebat ardentē cupiditatē in Sicilia qescēdi. Focis ignē, recte nam focus est vbi ignis fit. Tanstra p. anastrophe. i. per trāstra. Eumelus, accōmodatū rei nomen, nā eumelus pōt interpretari q recte currit.

CASTRA

Primus & Ascanius cursusq; vt lætus equestres
Ducebat, sic acer equo turbata petiuit
Castra[a], nec exanimes pūt retinere magistri[b].
Quis furor[c] iste nouus[d] quo nūc, quo tēditis[e] iqt
Heu miseræ Ciues? non hostē, inimicaq; castra
Argiuum. vestras[f] spes vritis. en ego vester
Ascanius Galeam ante pedes proiecit inanē[g].
Qua Ludo[h] indutus belli simulacra ciebat.
Accelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrum.
Ast illæ diuersa metu per littora passim
Diffugiunt, siluasq; & sicubi concaua furtim
Saxa petunt. piget incepti, lucisq3, suosq3.
Mutatæ agnoscūt. excussaq;[i] pectore Iuno est.
Sed non iccirco flāmæ, atq; incendia vires
Indomitas posuere. Vdo sub[k] robore viuit
Stuppa[l] vomēs tardū[m] fumum, lētusq3 Carinas
Est vapor, & toto descendit[o] corpore[n] pestis.
Nec vires Heroum, ifusaq3 flumina[p] prosunt.
Tum pius Aeneas humeris[q] abscidere vestem,
Auxilioq3 vocare Deos, & tendere palmas.
Iuppiter[r] Oipotens si nōdum exosus[s] ad vnū[t]

SER. a ¶ CASTRA, vt Nos castra mouemus. b ¶ Magistri custodes. Terentius, Me filijs relinquunt quasi magistrū. c ¶ Quis furor iste nouus, quasi ad furētes loquitur, vnde nec tūc quidē agnitus, quum dixisset, En ego vester Ascanius, galeā proiecit inanē. c ¶ Nouus autē est magnus, aut inopinatus. e ¶ Quo tēditis, idest qd habetis intentionis. f ¶ Vestras spes vritis, nauibus. n. ad regna tēdebant. g ¶ Inanem, cōcauā, sine capite. h ¶ Ludo, per ludum. i ¶ Excussaq; pectora Iuno est, furoris causa, nō furor, iccirco quia furor deserat. k ¶ Vdo sub robore, vicino aquis. l ¶ Stuppa, s3 antiquam orthographiam, Nam stupa dicta est a stipando, abusiue etiam linum dicimus. m ¶ Tardum, densū, crassum, nam ignem solet fumus præire, vnde tardum addidit. n ¶ Corpore, nauium, vt Desijce corpore ponto. o ¶ Descendit pestis, incendium more suo, & declamauit per contrarium, Nam ignis superiora semp petit. p ¶ Flumina pl ūt, vis aquæ. q ¶ Humeris abscindere vestem, Notant quidam quod Aeneas damnum quattuor nauium impatienter doleat, sed magis illud considerandum est quod ait supra Ascanius, Vestras spes vritis, vt damnum non doleat, sed spem nauigationis ereptam. r ¶ Iuppiter omnipotens, figuratis agit coloribus, nec enim reuera hoc agit vt pereat, sed vt restinguatur incendium, bene si vbiq; interponit. hic enim est optimus ductus, qui agentis voluntatem latenter ostendit. s ¶ Exosus, antiq dicebant odi & osus sum, hinc est exosus, quo vtimur, licet iam osus sum non dicamus. t ¶ Ad vnum, nullo excepto.

DON. ¶ IVPPITER oipotēs, amplexus est oia q pro malorū necessitate fuerāt postulāda. ¶ Iuppiter hoc solū satis est ad auxiliandū. ¶ Oī-

potens, vt nō solū prestandi habeat potentiā, s3 et difficilia possit remouere, sed quia nō satis est posse nisi etiā velit addit si nō oēs ad vnū odisti, idest nisi me quoq; odisti, Addit etiā cōmiserationem ponēs egestatis angustias. Postremo ponit necessitū postulātis & plenū auxilium dantis.

CHRI. ¶ LAETVS, velox & recte primus ascanius, nā & I eq erat & ad eum prer cæteros ea res ptinebat. ¶ Nouus, magnus vel sine exēplo, quod mulieres tāta venerit amentia, vt suas naues vrāt. ¶ Ast ille, non discedit ab ingenio muliebri, q si per furorē in audaciā prruperint deprehēsæ fuga sibi psulūt, & latibula nullo delectu hīto metu & pudore sibi oīno qritāt. ¶ Mutatæ, nā relictæ a furore i sanā mētē redierāt. ¶ S3 nō iccirco, admonet diligent aiaduertēdū antea jq; qcq; agere icipiamus, nā q facta sūt pnia ifecta reddere nō possum. ¶ Est, psumit, vt ē mollis flāma medullas. ¶ Vires heroū & ifusa flumina. i. tāta vis aq quāta heroica uirtute infundi posset, q instar fluminis erāt. ¶ Hūeris abscindere vestē. Ergo aī desperatione agebat, s3 nō mirandū. Nā cū pstitutus esset in eo gñe virtutū q purgatoriæ sunt nōdum ad id robor puenerat, vt tā sæuæ posset obsistere fortunæ qđ earū est virtutū q sunt aī iā purgati, vt nos latius in disputationib nrīs camaldulēsib diximus. ¶ Iuppit oipotēs, ofo est in gñe deliberatiuo, i q cū petat pmo oñdit facilitatē rei, nā oipotēti ioui nihil difficile fit, Deide oñdit rē honestā. Pertinet eni3 ad diuinā clemētiā cū res amplæ i angustias redactæ sūt illarū misereri, q locus nō solum honestatē ostendit, sed sūmam quoq3 cōcitat cōmiserationē. ¶ Si nōdū, quasi dicat nisi das extinguere flāmam, videberis exosus oēs troianos, & nō videbitur esse pietas humanis laboribus, qđ non est diuinæ clementiæ.

Troianos, siquid[a] pietas antiqua labores
Respicit humanos, Da flāmam euadere classi
Nunc pater, et tenues teucrum res[b] eripe loeto,
Vel tu quod[c] superest infesto fulmine morti
Si mereor, dimitte, tuaq; hic obrue dextra.
Vix hæc ediderat, cum effusis imbribus atra
Tēpestas sine more[d] furit, tonitruq;[e] tremescūt
Ardua[f] terrarum, et campi. ruit Aethere[g] toto
Turbidus imber aqua, dēsisq; nigerrimus Austris,
Implēturq; super puppes, semusta madescūt[h]
Robora, restinctus donec vapor omnis, et oēs,
Quattuor amissis, seruatæ a peste Carinæ.
At pater Aeneas casu concussus acerbo
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat, versans Siculis ne resideret aruis
Oblitus fatorum[i]: Italas ne capesseret oras.
Tum senior[k] Nautes, vnū[l] tritonia[m] pallas
Quē docuit, multaq; insignem reddidit[n] arte.
Hæc respōsa[o] dabat, vel quæ portenderit[p] ira
Magna deum, vel quæ fatorum posceret ordo.
Isq; his Aeneam solatus[q] vocibus infit.
Nate Dea quo Fata trahūt, retrahuntq; seqmur
Quicqd[r] erit. supanda ois Fortuna ferēdo[s] est.
Est tibi[t] Dardanius diuinæ[v] stirpis Acestes.

SERV. a SI QVID pietas antiqua, aut si tibi cara pietas præstat aliquid humanis laborib', aut siquid meremur propter pietatis cultum, vt Parce pio generi, hoc ipsum remunera, aut certe quod est melius, si vel respicit res humanas pietas, quæ de terris olim recessit. b Res eripe loeto, acyrologia est, idest improprietas sermonis, nō. n. loetum dicitur nisi de viuentibus alalibus. c Quod superest, idest quod congrue sequitur. d Sine more, sine exēplo. e Tonitruque tremescūt, ablatiūs hic incertus ē virum a neutro indeclinabili vēiat hoc tonitru, vt hoc cornu namq; inde ē, Fractæq; tonitrua nubis, vt cornua, an a masculino secūdum quartas declinationē hinc enim est, Tonitrus agis & mea fulmina torques. f Ardua terrarum, periphrasis mōtiū p circuitionē vt candida venit auis lōgis inuisa colubris. g Aethere toto, pro aere posuit cū aer iferior sit; æther. i. ignis superior. h Madescūt robora, aut humectantur, aut resoluuntur in cinerem, qd naturale est post incendiū. i. Fatorum, oraculorum. k Tū senior nautes, bene datum cōsiliū, & ab ætate & prudentia, & a religione cōmēdat, qd aūt dixit, Pallas quem docuit, ppter illud qd supra diximus fingit, quia ipse Romā palladium detulit, vn nautiorum familia Mineruæ sacra retinebat, qd etiam Varro dicit in libris quos de familijs troianis scripsit. l Vnum, præcipuum. m Tritonia pallas, pro vno proprio duo antonomasia posuit. n Reddidit, arte virtute ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. o Responsa dabat, laus consilij, cum consilium diuinis cōparat responsis. p Vel quæ portenderit ira Magna deum, i. Iuno & alibi, Cœlestum vis magna iubet. q Solatus vocibus infit, solatur, & infit. Nam solās debuit dicere, sicut sequēs eius indicat cōsolatio. r Quicquid erit, vt alibi. Fuerit quodcūq; fatebor. s Ferēdo est, dū fert. modus gerundij est a passiuo. t Est tibi, iam hoc consilium est. v Diuinæ stirpis, propter Dardanum, a Crimniso fluuio.

DONA. SENIOR, & ætate & arte a Pallade accepta meruerat audiri. Est autē suæ sniæ cōsona illa Terētiana, Qn id fieri nō potest qd vis, id velis qd possis.

CHRI. TENVES, quasi dicat ex quibus si aliqd demitur nihil iā superesse videbitur. satis enim iam puniti, si ex tam magnis ita tenues redditæ sūt ergo ne sæui, qa non meruimus puniri, vel si meruimus, satis amplas iam pœnas dedimus ad huiuscemodi tenuitatem redacti. Pater, quasi dicat omnibus cōmunis, et ad quem omnium cura pertinet. Vel tu, nā auctor pœnæ etiam leuiorē facit. Quod superest, quasi dicat illis exiguū qd restat. Vix hæc edide. ostendit q acceptus dijs esset, cum tam subito eius sint exauditæ præces. Effusis imbribus, imbres enim vehementiores sunt q pluuiæ. Præterea erāt effusi. Quo fata trahūt, nam quæ mutari nō pūt, si illis cedendo æquo animo feramus, minus nos affligūt. Nā vt est apud Horatium Leuius fit patientia quicqd corrigere est nefas. Et arguit a facili & ab honesto & a tuto. Facile est enim vrbem condere in regione vbi & cognatus & liberalis princeps regnet, honestū q ac tuto illi ij qui relinquuntur creduntur. Fit etiam sine suo damno, cum illis exoneretur, qui aut senectute debiles sint aut naturali ignauia omni virilitate careant.

VOLENTEM

Hunc cape cōsilijs sociū, & coniunge volentez[a].
Huic trade amissis superāt[b] q nauibus, & quos
Pertesum[c] magni incepti, rerumqz tuarum est,
Longæuosqz senes, ac fessas æquore matres.
Et quicquid tecum inualidū, metuensq; picli est,
Delige, & habeant terris sine moenia fessi.
Vrbē appellabunt permisso[e] nomine Acestam
Talibus incensus dictis senioris amici.
Tum[e] vero in curas aium[f] diducitur omneis,
Et Nox[g] atra Polum Bigis[h] subuecta tenebat,
Visa dehinc Coelo[i] facies delapsa parentis
Anchisæ subito taleis effundere voces,
Nate mihi vita quondam, dum vita manebat
Chare magis[k], nate Iliacis exercite fatis,
Imperio[l] Iouis huc venio, qui classibus ignem
Depulit, & Coelo tandē miseratus ab alto est.
Consiliis pare. q̄ nunc pulcherrima Nautes[m]
Dat senior, lectos iuuenes fortissima corda
Defer in italiā. gens dura, atqz[n] aspera cultu
Debellanda[o] tibi Latio est, Ditis tamen ante
Infernas accede domos, & Auerna[p] per alta
Cōgressus pete Nate meos. nō me[q] impia nāqz
Tartara hñt, tristes ue vmbræ, sz amoena[r] Piorū[s]
Concilia Elysiumq; colo. huc casta Sibylla
Nigrātum multo pecudū te sanguine ducet.

a ¶ VOLENTEM, volitur, nō velle habebit non iam vulti. b ¶ Superant, supersunt, supfluunt, Dicit autem nō tm̄ debiles, sed etiam nolētes iuuenes, vnde sequitur, Longæuosq; senes, nec enī adderetqz, nisi supra iuuenes dixisset. Item expssius, Et qcqd tecum inualidum est, metuensqz pericli. c ¶ Pertesum magni incepti compositū pro simplici ptesū quod vsus non obtinet, vt sunt non pertesum thalami tædæq; fuisset. e ¶ Permisso noīe, ab Aceste scilicet. Dicta autem Acesta deide Segesta. e ¶ Tum vero, Nā & ante cogitauerat, vt pectore curas Mutabat versans. f. ¶ Animum diducit, græca figura, vt Men tē læsusq;. g ¶ Et nox atra polū, quasi maior cū cogitatiōis, vt Et sub noctem cura recursat, vñ græce nox dicit εὐφρόνη qa subtilius homo sapiat q̄ interdiu. h ¶ Bigis, pprie mō. Bigis. n. meli⁹ plurali vtimur q̄ singulari, iō Rorifera gelidū tenuauerat aera biga, abusiue dixit Stati⁹ Bigæ aūt a binis iugis dictæ. præcipue autē luna dicitur habere bigas nocti preest, cui duplex est pprietas crescendi & decrescendi. i ¶ Coelo facies delapsa parentis, aut secundū qḋ supradiximus, qa animæ coelū tenent, simulacra vero apud iferos sunt, aut ad errorē ptinet somnij, Nā & visa ait, aut certe a Ioue missam potestatē aliq̄, quæ se in anchisæ cōuerteret vultū. Nā & ipse dicit imperio Iouis huc venio, & ifert Elysiūqz colo. k ¶ Chare magis, p carior bene aūt addidit Dum vita manebat Nulla enim est vita post mortē. l ¶ Imperio iouis, ab auctoritate, vt ipse deus tibi me claro demittit olympo Regnator. m ¶ Nautes dat senior, vt solet ijsdē vsus est sermonib⁹, nā ait Tūc senior nautes. n ¶ Atqz aspera cultu, qḋ in nono altius exequitur, Natos ad flumina primū Deferim⁹. o ¶ Debellāda tibi, hñ victoriā nō bella sola pdicit in qbus et poterat terror. p ¶ Auerna alta, vt gargar⁹ gargara, & tartar⁹ tartara. q ¶ Nō me ipia nanqz, propter facilitatē. r ¶ Amoena, loca sūt solius voluptatis plena, q̄si amunia, vnde nollus fruct⁹ exoluitur, vnde nil præstantes immunes vocamus. s ¶ Piorū cōsilia elysiūqz colo, Elysium est vbi piorum aīæ habitant, post corporis aīæqz discretionē, vñ & Iteritus dicit res inter animam & corp⁹ veniēs, & elysium ἀπὸ τῆς λύσεως, nā & sic diffinit mors ψυχῆς καὶ σώματος λύσις. Quod sm poetas in medio inferorū est, suis fœlicitatibus plenus, vt solemqz suum sua sidera norunt. Secundū phos elysum est insulæ fortunatæ quas μακάρων νήσους vocāt, q̄s ait Salustius īclytas esse Homeri carminib⁹, quarū descriptionē Pius cōmētator dicit esse sublatā, secundū theologos circa lunarē circulum, vbi aer purior est, vnde ait ipse Virgilius, Aeris in campis. Item Lucanus quaq; patet terras iter lunæqz meatus semi dei manes habitāt quos ignea virtus, innocuos vita patiens ætheris imi fecit, & æternos animam collegit in orbes. Non illuc auro posti nec thure sepulti Perueniunt, castra sibylla casta dicitur propter fabulam quæ est apud Ouidium libro. xiij. metamorph. quia noluit Apollini consentire.

¶ INVALIDVM, ad corpus referas. ¶ Metuens, ad aīum hoc spectat. Ergo reliq̄ illos q b⁹ neqz corporis neq; animi vires sufficiūt.

Tũ vero, nã q̃uis hæc ita essent vt dicebat nautes tñ magnanimus vir nihil magis cupie=bat q̃; oẽs suos incolumes in italiã trãsuehere, ergo hinc necessitas illinc excellẽtia rei illũ distrahebant. Fuit ergo opus ad cõsilium dandũ eo in quo maior esset auctoritas. Facies, prima ex tribus Seruij expositionibus magis placet, Et elysiũ itelligẽs in circulo lunari es. Fortissima corda, gẽs dura, ppterea oñdit esse reliquẽdos ibelles, qm̃ nõ sine magnis bellis in italia ɔsistere liceat. Nigrantiũ, qa inferis nigra hostia ɔuenit, vt superius alba.

SER.

a ❡TVM genus oẽ tuũ, & q̃ dentur mœnia disces, hæ sunt causæ propter q̃s Aeneas descendit ad inferos, generis agnitio & ciuitatis nomẽ, qđ ei nullus vnq̃; ṗr dixerat, sed solus indicat pr. Latet. n. vt sup diximus verũ vrbis nomen, vñ ei pater q̃si ꝓ mysterio & affectiõe ait, Illa felita roma.

Tũ genus[a] omne tuũ, & q̃ dẽtur mœnia disces.
Iamq; vale, torquet[b] medios Nox hũida cursus
Et me sæuus[c] equis oriens afflauit anhelis.
Dixerat: & tenueis fugit ceu fumus in auras.
Aeneas[d] quo deinde ruis? quo proripis inquit
Quẽ fugis[e]? aut quis te nr̃is cõplexib[9] arcet?
Hæc memorans, cinerẽ, & sopitos suscitat ignes
Pergameumq; larẽ: & canæ[g] penetralia Vestæ
Farre[f] pio, & plena supplex veneratur Acerra
Extemplo socios, primumq;[h] accersit Acestẽ,
Et iouis imperium, & chari præcepta parentis,
Edocet, & quæ nunc animo sententia constet.
Haud[k] mora cõsilijs, nec iussa[l] recusat Acestes,

renouare dolorem, aut certe quæ Iuppiter iusserat.

CHRI.

❡FVMVS in auras, nam fumus in aerem ascendens euanescit. Quẽ fugis, quasi dicat non decet patrem filium fugere.

Quis, quasi dicat tã crudelis. Canæ, antiquæ, vel allusit ad extinctum cinerẽ. Acerra, in singulari numero arcula thuraria est, in plurali nomen vrbis, vt Et vacuis nõ æquas acerris. Socios, s̃m morẽ romanum, nam cõsules omnia referebãt ad senatũ. Et iouis in primis præfert illud esse imperium iouis vt fidem ex auctoritate facias. Haud mora, qs enim recte consilio, & a ioue proficiscẽti aduersaret, sed de consilio aliquid altius repetã, Mens hominis triplex est qua cõtẽplamur, qua agimus, & qua efficimus. A prima si diuina perscrutemur, nãciscimur sapientiã, q̃ est diuinaꝝ rerũ cognitio, si aũt ea quæ sunt s̃m naturæ ordinẽ inq̃rimus, euentũ ac principioꝝ naturaliũ ɔsequimur cognitionẽ, & illam scientiã hanc intelligentiam nominant. Ab altera vero, idest ab ea q̃ agit, qm̃ curam capit rerũ agendaꝝ, acquirimus prudentiã, quã & Pla. & Aristote. habitũ diffiniunt rerum rationabiliter agendarũ. Huic Aristote. in sexto de moribus quatuor adiungit virtutes bonam consultationem solertiam sagacitatem & sententiam. Nam vt hic idem plis in septimo eius libri quem de rep. scripsit duo sunt quibus commendatio recte agendi consistit. Nam & finẽ quo omnia referamus præuidere nos oportet, & omnes q̃ ad illum ferunt rationes recte inueniamus. Quaproter & ijs q̃ circa finẽ versant, & ijs q̃ ad finẽ ducũt idiget prudẽtia. Ergo in primis cõsultationẽ iudicium & electionem desiderat, consilium autem est eorum quæ ad fines conferunt, inquisitio, Huius triplex est officium. virtute primam enim perquirendum est an aliquæ intellectui viæ sint quæ ad eum quem nobis iam propo suimus

b Torquet medios nox hũida cursus. Et me sæuus eqs oriens afflauit anhelis, dies est plenus, q habet horas viginti quattuor. Nam & nox pars diei est. Dicimus aũt diem a parte meliore, vñ & vsus est, vt sine cõmemoratiõe noctis numerum dicamus dieꝝ, hic aũt dies secundum aegyptios inchoat ab occasu solis, s̃cdm persas ab ortu solis, s̃cdm etruscos, & athenienses a sexta hora diei, s̃cdm Romanos a media nocte, & hos nunc secutus ait, Medios cursus nox humida torquet. Et me sæuus eqs oriens afflauit anhelis, hæc autem plene exequitur & Cicero in auguralib', & Aulus Gellius in libris noctium atticarum, hoc etiam illa res iuris indicat, quod quum tribunũ plebis abnoctare ab vrbe non liceret, licebat tamen exire post noctem mediam, & ante mediam reuerti. c Sæuus oriens, sol cuius lux est vmbris inimica, vnde Lucanus & medio ferit axe diem. Est autem physicum, Nã pereunt vmbræ solis aduentu. d Aeneas quo deinde ruis? ordo est Aeneas deĩde quo ruis? e Quem fugis? quasi ignorans rationem qua fugeret. f Farre pio, vel quia exinde sacrificabant, vel quia mos fuit, apud maiores, vt diuinum ignem farre seruarent, qa si durasset in alteꝝ diem eum aptum agendis rebus significabatur. g Canæ, aut antiquæ, aut propter ignis fauillas. h Primũ, principem. i Acerra, idest arca thuralis, id qđ ɔtinet pro eo qđ cõtinet. k Haud mora, hoc est qđ ait. Et cõiuge volentẽ. l Nec iussa, voluntatẽ, vt supra, Infandũ regina iubes

fulmos finem ducit. Deinde si sint quot illæ sint. Postremo si vna plures ue inuentæ fuerint, quo pacto illis vti valeamus, Atqȝ hoc totum deliberationis esse volunt, his autem ita cōquisitis disceptandum erit vtra potius si duæ sint, an si plures, quæ potissimū ex illis aptior honestior ue, aut vtilior sit, quod iudicij est. Post hæc autem iam aptissima inuenta Insurgit electio q̄ est eorum q̄ ad finem faciunt cōsulta appetitio, nec illud prætereundum, nam q̄a huiuscemodi & bona & mala esse possunt, oportet quosdam esse habitus, qui oīa ad bonū honestūq; dirigant. ¶ Cōsultatio itaqȝ dirigitur bona cōsultatione & solertia, Bene consulere est honesta via ad finem rectus cōmode perducere. Solertia est cap viarū promptissima adinuentio. Iudiciū rectum absolutumqȝ redditur sagacitate ac sententia. Sagacitas est rectum promptumqȝ iudicium. Sententia autem est iudicium boni & æqui, Et sagacitas quidem in ijs quæ a legibus instituta sunt versatur, & sūma vtititur celeritate & acumine in iudicando. Sagire enim acute calideqȝ sentire. Hinc odorisequos canes sagaces appellamus. Sententia autem illa est virtus, qua & sapimus & volumus in ijs quæ ad æquitatem pertinent prudenter clementer ac leniter iudicare, quod ad æquitatem & sententiam pertinet. Hæc paulo explicatius posui, vt cuius virtutis pars sit consilium intelligeres.

Transcribunt [a] vrbi [b] m̄res, Populumqȝ volentē
Deponunt [c] animos [d] nil magnæ laudis egētes,
Ipsi transtra nouant, flāmisqȝ ambesa reponunt
Robora, [e] nauigijs, aptant remosqȝ, rudentesqȝ
Exigui [f] numero, sed bello viuida Virtus.
Interea Aeneas vrbem [g] designat aratro,
Sortiturqȝ domos. hoc Iliū. & hæc loca troiæ
Esse iubet. gaudet regno troianus Acestes.
Indicitqȝ [h] forum, & Patribus [i] dat iura vocatis.
Tunc vicina astris, Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ [k], tumuloqȝ sacerdos [l],
Et lucus late sacer additur Anchisæo.
Iamqȝ dies epulata nouem gens omnis, & aris
Factus honos, placidi strauerunt æquora venti.
Creber & aspirans rursus vocat Auster in altum.
Exoritur procurua ingens per littora fletus.
Cōplexi inter se Noctemqȝ, Diemqȝ morantur.
Ipsæ iam matres, ipsi quibus aspera quondam
Visa [m] maris facies, & nō tolerabile numen

a ¶ TRANSCRIBŪT vrbi m̄tres, Romani moris verbū est, trāscripti.n. in colonias deducebant. b ¶ Vrbi, ad vrbem. c ¶ Deponūt, q̄si de nauibus. d ¶ Aīos nil magnæ laudis e. aut Aeneas deponit eos q̄ nulla glīæ cupiditate tangentur, Aut ij qui erāt trāscripti .i. m̄res & volētium multitudo deponūt aīos .i. sūmittūt ler/tiæ. e ¶ Robora nauigijs, melius sic distinguit. f ¶ Exigui numero. s. b. v. virtus, transit ad rē a nūero. g ¶ Vrbē designat aratro, quē Cato in originibus dicit morē fuisse. Conditores.n. ciuitatis taurū dextrā vaccā intrinsecus iungebāt, & scincti ritu sabino .i. togæ parte caput velati parte succincti tenebant. stiuā incuruam vt glebæ oēs intrinsecus caderent. Et ita sulco ducto loca murorum designabāt, & aratrū suspendētes circa loca portarū, vnde territoriū dictū est q̄si terribouinū trito bobus & aratro. Regno troian⁹ acestes, suo nomie.n. fuerat ciuitas appellata. h ¶ Indicitqȝ forū .i. tempus & locū designat agendorū negociorū, qui ꝯuentus vocat. Indicit autem verbū iuris est, & per hoc potentē vult significare ciuitatē. i ¶ Et patribus dat iura .u. dat cōdendi iuris potestatē his quos appellauerat patres, aut certe vocatis, patribus iura

distribuit hi autem vt Sal. dicit, vel ætate vel curæ similitudine patres appellati sunt. Senatores autem, vt alij a senecta ætate, vt græci γέροντες, vt dicunt ἀπὸ τοῦ γήρως, alij a sinendo dictos accipiunt. Ipsi enim agendi facultatem dabant p senatus consultum. k ¶ Idaliæ, cypriæ. l ¶ Sacerdos, alij ad tumulum alij verso ordine ad templum referunt, vt lucus tantum tumulo detur Anchisæ, vt inducite fontibus vmbras Pastores, nemora enim aptabant sepulchris, vt in amœnitate animæ fr[...]t post vitam. m ¶ Visa maris. s, vt Me ne salis placidi vultum, vult autem istos aspectum quoqȝ maris horrere.

¶ PATRIBVS dat iura vo. Hoc ad æneam referetur, ad quem redit post expletas Acestæ beniuolentiam. DON.

¶ TRANSCRIBVNT. TRIumuiri enim creabantur apud Roma. qui ciues qui transcripti essent in colonias deducerent. ¶ Trāstra nouant, nam quāuis quattuor dumtaxat exustæ essent naues, tamen plurimæ ex alijs restabāt vitiatæ. ¶ Reponunt. a. r. vel iterum ponunt robora q̄ sint ambesorum loco vel dolent ambesa & deide rursus ponūt. ¶ Nauigijs, nauem cum dicimus, speciem poni CHRI. Nauis Nauigijs

mus. Nauigiū aūt genus est, nam omne quo nauigamus nauigiū est. Sortiturqȝ, nūc sorte distribuit. alias sortiri est p sorte accipere, vt est Scipio sortitus est africā. Indicitqȝ fo. indicit dies qbus foro vtant. i. ius dicatur. Placidi strauerunt æquora vēti, ita placidi flabāt, vt nō in fluctus æquor erigerēt, sȝ stratū æquatūqȝ redderēt. A spirans, vt spirās, vt fauorē nō incōmodū afferret. Exorit, nā & si nauigationē exosi in sicilia relinq paterent, tñ durissimū erat a suis disiungi. Ergo & q ituri & mansuri erāt diuortiū hoc grauiter ferebant.

CHRI. ¶ ANTRVM, ponit pro foelicitate, nã vt Arist. ipsa in cẽtro est, & vndiq; ad eam sunt aditus. ¶ Cẽtum, multæ enim sũt res, viæq;, qbus foelicitatibus ɔseq possumus, dũmodo recte viuamus, vñ & in euangelio. In domo patris mei mãsiones multæ sunt. ¶ Sibyllæ, sibyllæ teste. M. Var in libris rex diuinarũ ad Cæsarem pontificum maximum appellatæ sunt omnes vates fœminæ vel ab vnius delphidis nomine, vel a diuinis ɔsilijs enunciatis. Veteres græci æölice deos σιοὺς dixerunt, & βουλη cõsiliũ est. Ergo sibylla est ac si dicatur σιβουλη, ait autem idem Varro sibyllas decem fuisse, Primam de persis, cuius meminit Nicanor, qui gesta Alexandri scripsit. Secundam libycã ab Eurypide ĩ lamiæ prologo nominatam. Tertiã delphicam, de qua Crysippus in libro de diuinatione meminit. Quartam cumæam in italia de qua & Neui. in lib. de bello punico. & piso ĩ animalibus scribit. Quintam erithræã quã Erithræus apollodrus suam ciues affirmat, eamq; vaticinatã, grais iliũ petentibus, & troiam perituram, & Homerus mendacia scripturũ. Sextam samiã, de qua Eratosthenes ĩ antiquis annalibus samiorum reperisse se scriptũ ait. Septimã cumanam noĩe Amaltheã, q̃ ab alijs Erophilæ noĩatur, quæ libros ad Tarquinum, vt Liuius narrat, detulit quox nume͂x auxerunt restituto capitolio qõ ex omnibus græciæ, italiæq; pcipue erithræis coacti allatiq; sunt cuiuscunq3 sibyllæ nomine fuerint. Octauam hellespõtiam in agro troiano Solonis & Cyri vt ait Heraclydes põticis tẽporibus. nonam phrygiam, quæ anicyræ vaticinata sit. Decimam tiburtẽ noĩe Albuneã, quæ tyburi colit vt dea iuxta ripã anienis, cuius in gurgite simulachrum eius inuẽtum dr tenens manu librũ, cuius sortes senatus in capitolium abstulerit. Hax olum sibyllorum carmina habentur pterquam cumeæ, cuius libri a romanis occultantur, nec nisi a quindecim viris inspici fas est. Sũt autem singularum singuli libri, qui quia sibyllæ nomine scribuntur, veluti vnius esse creduntur, & ita confusi vt suus cuiq3 assignari nõ possit, nisi erithreæ, q̃ nomẽ sui carminis īseruit, q̃ nobilior cæteris habet. Siqdẽ Fenestella de qndecim viris ait restituto capitolio retulisse ad senatũ. C. Curionẽ ɔsules vt legati eryctheas mitterent, q carmina sibyllæ ɔquisita romã deportarent, itaq;. P. Gabinius. M. Octalicius. L. Valerius legati missi descriptos a priuatis ṽsus circa mille romã retulerunt. Extant illax versus θαλαιος μουσου. ¶ Nõ vultus non color pathos, ab habitu, nam habitus plerosq3 ostẽdit affectus vt est illud, pauitantem & dira tegentem Supplicia. Luctũ vt excussi manibus radij reuolutaq3 pensa. admirationẽ defixa obtutu tenet ora. Venus rogatura Tristior & lachrymis oculos. n. Sta. aũt etiã de vato īsane ait Sertaq3 mixta comis sparsa ceruice flagellat. ¶ Anhelum, sic Sta. Quin & corrnigeri vatis nemus atq3 molossi, Quercus anhelantis, troianaq3 tymbra placebit.

Iam propiore dei,cessas[a] in vota,precesq;
Tros[b] ait Aenea cessas?neq; enim[c] ante dehiscẽt
Attonitæ[d] magna ora domus[e],& talia,fata
Conticuit. gelidus Teucris per dura[f] cucurrit
Ossa tremor,fuditq; pces Rex pectore[g] ab imo.
Phœbe[h] graues troiæ semp miserate labores,
Dardana[i] qui Paridis direxti tela[k],manusq;
Corpus in Aeacidæ,magnas[l] obeuntia terras
Tot maria intraui Duce te,penitusq;[m] repostas
Massylum[n] gentes,prætentaq;[o] Syrtibus arua,
Iam tandẽ Italiæ fugientis prendimus[p] oras.
Hac[q] troiana tenus fuerit Fortuna[r] secuta.
Vos quoq; pergameæ iam fas[s] est parcere genti
Dijq;,Deæq; oẽs,qbus[t] obstitit Ilium & ingẽs
Gloria Dardaniæ,tuq; o sanctissima Vates

SER. a CESSAS in vota?tardus est ad vota facieda,nã si dixeris,cessas in votis,hoc significat tardus es dũ vota facis,aliud.n. est cessas i illã rẽ,& aliud cessas i illa re,tardus es ad faciẽdã rẽ,& tardus es i faciẽda re. Figurate autẽ dixit cessas circa vota pmittenda numinibus. b Tros,pncipale p deriuatiuo.i.p Troius c Neq;.n.añ dehiscẽt,tractũ est de mõris deũ tẽplo,qđ non manibus,sȝ p/cibus apiebat. d Attonitæ,stupẽdæ,nõ stupẽtis. Ergo attonitæ,facientis attonitos,vt Mors pallida,Tristis senectus. e Ora domus,qa supra ait,Vñ ruũt totidẽ voces. f Per dura cucurrit Ossa tremor,religionis est,& diuinæ reuerẽtiæ.alibi,Ipse manũ multo suspẽsus numie ducit. g Pectore ab imo,a mẽtis itimo,nec ĩmerito.Nã illa re diuinitas flectitur,quæ est nobis cum diuinitate communis,idest sensu. h Phœbe graues,sm Hom.q cũ dicit semper propugnatorẽ fuisse Troiæ,& bene miserate,qa Troia defendi nõ potuit. Ideo nõ dixit,qui defendisti,sȝ miserat'es. i Dardana qui paridis,Achilles a matre tinctus in stygẽ paludẽ toto corpore iuulnerabilis fuit excepta parte qua tẽtus est manu matris,vnde Stati. Si te stygis amne seuero Armaui,totusq; vtinam,qui cum amatam Polyxenam in tẽplo accipe statu,esset,isidijs Paridis post simulachrum latentis occisus est. Vnde fingit ꝙ tenente arcũ Apolline,Paris direxit tela,& bene direxit quasi ad solũ vulnerabilem locum.i.talum.Dardana autem ideo vt non adultero,sed genti præstitisse videatur. k Tela manusq;,vel quia aliud sine alio esse non potest,vel hoc dicit,& artem per tela,vt nosset quid feriret,& virtutem p manus,dedisti,vt eius fata compleret,& fortẽ inuaderet. l Magnas obeuntia terras,cingentia terras tot maria.Oceanus enim omnes ambit terras,& licet iste p ea maria nauigauerit quæ terris cingũtur,tamen non dixit improprie,cum de Oceano ista nascãtur.& tot dicendo maria partem eum maris nauigasse significat non totum mare. Mare enim elementũ est totũ,maria uo ptes maris,sicut terræ partes sunt,terra uo totũ elementum. m Penitusq; repostas,longe semotas auias. n Massylum gẽtes,Massyli sunt mauri,vñ spẽm pro gñe posuit. Nam Aeneas ad Africã venit,cuius partem cõstat esse Massyliã,psertim cũ media lõga sit,nam massylia media breui ciuitas est galliæ Luc. Massyliã delere vacat. o Prætẽtaq; syrtib' arua,circũfusa.Incerta enim illic maria & terræ,Vñ ait Luc. Aeqra fracta vadis,abruptaq; terra pfundo. p Prẽdimus,qppe fugientẽ Italiã. q Hac troiana tenus.i.hactenus,hucusq;.i.hic sit finis.Nã tenus pprie est extrema ps arcus,vt Plau.oñdit.Vnde tractũ est,vt hactenus hucusq; significet. r Troiana fortuna,a pudicio.i.mala,& dicit iniquum e vt troianã fortunam patiantur in Italia. s Fas est parcere genti,quia se victã fatet. t Quibus obstitit ilium,Ganymedes enim obfuit Hebæ,Paris Mineruæ,& Iunoni,qđ au em dixerit dijs deæq;,& dearum tantum repe/rimus exempla,non est mirum cum supra dixerimus ἀρσενοθηλεῖς omnes deos.Possumus ergo per vnam rem vtrunq; intelligere,licet dicatur etiam Neptuno obfuisse Troiam in denegatione mercedum. Nouimus præterea esse morem poeticum,vt duabus prepositis rebus vni respõdeant,vt Nauita tũ stellis numeros & noia fecit Pleiadas hyadas,claramq; lycaonis arcton.Nã suppresso numero dixit noia.

CESSAS,non enim per ociũ in quo omnia vitia sedent,vnde ocia si tollas periere cupidinis arcus,sed in vigilando agendo cũcta circunspiciẽdo & labores sudoresq; tollerando sapia acquiritur,hinc Hora.qui studet optatam cursu contingere metam Multa tulit fecitq; puer sudauit & alsit. Pectore ab.i.oñdit quales preces esse debeant. Phœbe,capiat beniuolentiam commemoratione beneficiorum,eadem q; illum ad alia inferenda promptum reddit. Semper miserate,sic etiam Home.[illegible] [illegible]. Duce te,&

rete, & certe maris fluctus i. animi perturbationes duce, Apolline. i. sapientia tolleramus. ¶ Effugiectis, ipsa enim humana foelicitas semper per fugere videtur aliqua assiduo superueniente molestia, vnde fuit illud solonis, sed scilicet vltima. ¶ Semper expectanda dies homini est dieiqs beatus. Ante obitum nemo postremaqs funera debet.

Praescia [a] venturi da [b] (non indebita [c] posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros,
Errantesq; [d] Deos, agitataq; [e] numina Troiae.
Tu Phoebo [f], & Triuiae solido de marmore tépla
Instituam, festosq; [g] dies de nomine Phoebi.
Te quoq; [h] magna manét regnis penetralia [i] no
Hic ego nãq; tuas [k] sortes, Arcanaq; fata (stris.

a ¶ PRAEscia venturi, absolutum est rerum venturarum. b ¶ Da, dic, vt Qui sit da ciuitate nobis, vnde est contra, Accipe nũc danaum isidias. Nõ enim pstare aliqd poterat, sed indicare futura. c ¶ Nõn indebita posco, deest si. Est aũt ὑπερβατόν. i. lõngissimũ hyperbaton. Phoebe & vos diiq; deaeqs & tu o vates da. i. dic Latio Teucros considere, si non posco regna meis fatis indebita. Dicat cõsidera. i. verũ possimus cõsidere. Verecunde aũt dictũ est. Si nõ indebita posco, cũ certũ esset, qa debebantur eis regna. d ¶ Errantesq; deos, vt diis sedẽ exiguã patriis. e ¶ Agitataqs numina Troiae, aut mecũ vexata, aut certe φοβερὰ dicit. i. simulacra breuia q̃ portabantur in lecticis, & ab ipsis mota infundebant vaticinationem, quod fuit apud Aegyptios & carthaginẽses. f ¶ Tum phoebo & triuiae, vt solet miscet historiã, nã hoc tẽplum in palatio ab Augusto factũ est, sed quia Augustus cohaeret Iulo, q ab Aenea originẽ ducit, vult Augustũ patrum vota soluisse ab aenea vota p se reddere quasi & dignitatis haeredes pp stirpem vñ descendit. g ¶ Festosqs dies de nomine phoebi ludos apollinares, qui scdm quosdas bello punico secũdo instituti sunt, scdm alios tẽpore syllano ex responso Martiorum fratrum, quibus Sibylla prophetauerat, quorũ extabant vt sibyllina responsa. h ¶ Te quoqs magna manent nostris penetralia regnis. i. coleris vt numen. Manent aũt expectãt in futurum. i ¶ Penetralia, secreta tẽplorum. k ¶ Tuas sortes, sibyllina responsa, q̃ (vt supra diximus) incertũ est cuius Sibyllae fuerint, quanq; cumanae Virgilius dicat, Varro Erythraeae. Sed cõstat regnante Tarquinio quandã mulierẽ nomine Hamaltheã obtulisse ei nouẽ libros, in qbus erãt fata & remedia romana, & p his poposcisse tercentũ philippeos, q aurei tũc preciosi erãt, q̃ cõtẽpta alio die tribus incensis reuersa est, & tñ poposcit. Itẽ tertio aliis tribus incensis cũ tribus reuersa est, & accepit p trib' tercentũ q̃tũ postulauerat pro nouẽ. Hac ipsa re rege cõmoto q preciũ nõ mutabat, q libri in tẽplo Apollinis fuabant, nec ipsi tãtũ, sed & Martiorum, & Begones nymphae, q̃ artem scripserat fulguritarum apud Tuscos,

Vnde addidit Tuas sortes arcanaqs fata, & hoc inde thraxit poeta, Aeneas tamen inducit q̃si de psẽti dicẽte oraculo. ¶ TEMPLum, hoc templum Augustus in palatio cõdidit pugnã acticam in qua se ab Apolline adiutus putauit Augustus, vnde in octauo Actius haec cernẽs arcũ tendebat apollo. De sup ois eo terrore aegyptus & indus. Omnis arabs, oẽs verterunt terga sabaei, & Prop. Musa palatini referam apollinis aedem. Res est calliope digna fauore tuo & paulo infra. ¶ Festosqs dies, in Macrobii saturnalibus sic scriptũ est Romae cum ex vaticinio Martii vatis carmieqs sibylino ludi celebrarent Apollini repentino aduentu hostis plebs ro. ad arma excitata occurrit hosti quo tpe nubes sagittarum in aduersos ferri visa hostes fugauit & victores romãos ad spectacula dei hospitalis reduxit, & paulo infra, sed inuenio in litteris hos ludos victoriae non valitudinis causa, vt quidam putant institutos. bello. n. punico hi ludi ex libris sibyllinis primo sunt istituti suadente Cornelio rufo decemuiro. q ppterea sibylla cognominatus est, & postea corruptione primus coepit sylla vocari. Fertur etiam in carminibus Martii vatis cuius duo volumina illata sunt in senatum inuentum esse ita scriptum, Hostem romani si ex agro expellere vultis. Vomicam quae gentium venit longe, Apollini censeo vouẽdos ludos qui quottannis comiter Apollini fiãt, iis faciendis psit is ptor qui ius populo plebiqs dabit summum decẽuiri graeco ritu hostiis sacra faciant. Hoc si recte facietis gaudebitis semper, fietqs respu. melior, nam is diuus extinguet per duellos vestros, q vestros cãpos pascũt placide ex hoc carmine dies vnus procurãdi causa rebus diuinus impensus est, postea senatusconsultum factũ, vt decẽuiri libros sibyllinos adirent in quibus cum eadem reperta nunciatum esset, decẽuiri censuerunt patres apollini ludos vouendos faciendosqs. Inqs eam rem. xii. millia aeris ptori, & duas hostias maiores dari, decemqs viris pceptũ vt apollini facerent aurato tauro, & duabus capris albis auratis latonae bouẽ foemina aurata. ¶ Ludos, ideirco populus coronatus spectare iussus est.

CHRI.

Ludi Apollinis

decẽuiri sibyllini

Dicta meæ genti ponam, lectosq; [a] Sacrabo
Alma viros. foliis [b] tantum ne nomina manda.
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis,
Ipsa [c] canas oro. finē [d] dedit ore loquendi.
At Phoebi [f] nondum [e] patiens imanis in antro
Bacchatur Vates, magnum si pectore possit
Excussisse [g] Deum [h]. tanto magis ille fatigat

SER. a ELECTOSq; sacrabo viros, quia nisi patritij nō fiebant. Sciendū sane primo duos librorū fuisse custodes, inde decē, īde qndecim vsq; ad tpa syllana. post creuit nūerus, nam lx. fuerūt, sed remansit. xv. virorū vocabulū. b Folijs ne tm̄ nomia mā da, vt Varro dicit in folijs palmæ īterdū notis interdū scribebāt sermonibus, vt ī tertio supra dixim⁹. c Ipsa, p tu, & pnomē posuit eius psonæ de q̄ loquimur, p illius cū qua loquimur, est aūt græcū. Nā dicūt ϲυ αυτη ειπε. i. tu dic. d Finē dedit ore loquendi, hoc est difinijt ei, vt ore loqueret, nec in folijs scriberet. e Nondū patiēs aut q̄ nōdū posset īplere oraculorū sermōes, aut dū vacat, & est īpatiens. f Phœbi bacchat vates, bñ bacchat. Idē. n. est Apollo q Liber pater, q Sol. Vñ ait Luc. Cui numie mixto Delphica thebanæ referunt trieterica bacchæ. Vnde in eorum sacris erat phœbadum baccharūq; conuentus. g Excussisse deū, excuti pprie de eqs dicim⁹, qđ iō traxit, quia Phœbus. i. Sol equis vtit, & nūc sibyllā q̄si equū, Apollinē quasi equitē īducit in ea. pmanēs trāslatione excussisse ait, vt excussus acōteus. Itē Fera corda domans. qđ pprie equorū est & frena & stimulos pati, vt Ea frena furēti Cōcutit. & stimulos sub pectore vertit, qđ aūt dicit magnū deū nō re vera ait, sed rettulit ad affectū colētis, vt sūme deū sancti custos socratis Apollo. Vnicuiq;. n. deus ipse quem colit magnus vr. h Excussisse deū, p excutere, tēpus p tpe, Est aūt attica figura, qua nos vti non conuenit, vt ... ponat pro ... vt ... pro ... hac licenter vtuntur poetæ.

CHRI. ELECTOSq;. s. nā a pricipio duo lecti sunt ex patritio ordine custodes librorū sibyllinorū, & dicti sunt duumuiri. Deinde cum plebs istius quoq; magistratus participes reddi admixe ptēderet, p duobus decēuiri creati sunt, qnq; ex patricijs, totidēq; ex plebeis, & sūt appellati decēuiri, qđ nomē & deinceps mansit q̄uis numerus auctus esset. Folijs tantū, n. in tertio admonitus ab Heleno fuerat, vt peteret sibi oraculū sermone sibyllæ dari, nō aūt mandari, nā Quæcunq; in folijs descripsit carmina virgo Digerit in numerus atq; antro seclusa religt Illa manēt īmota locis atq; ab ordine cedūt Verū eadē verso tenuis cū cardine ventus Impulit & teneras turbauit ianua frondes Nūquā deinde cauo volitātia prēdere saxo Nec reuocare situs, aut iūgere carmina curat, Incōsulti abeūt, sedēq; odere sibyllæ Hic tibi neq̄ moræ fuerit dispēdia tanti, Quin adeas vatē precibusq; oracula poscas Ipsa canat vocēq; voluēs atq; ora resoluat. Folijs, folia frondes sunt qui putēt frondes solum arborum esse, folia vo arborū & herbarū, itē folia dicimus in quibus scribimus, & ē genus cuius species sint membranæ & chartæ, Membranæ ex pellibus & chartæ ex papiro. Phœbi nondū patiens, non enim valet mēs humana ea quæ adeo excellunt, vt supra nostras vires sint suscipere, donec Apollo idest sapientia nos componat, adeo vt omnia nobis facilia esse videantur. Excussisse, sæpe enim in mentē venit aliquid magnum quod nostrum ingeniosus superet, vnde conamur illud a nobis abijcere. Bacchatur, quod sol liberq; idem sit numen, & ipse ostendit in georgicis. vt Vos o clarissima mūdi lumina labentem cœlo Quæ ducitis annum Liber & alma ceres, & Macro. multis argumentis ostēdit, & Orpheus hoc versu exprimit ἠλιος ὃν διονυσον επικλησιν καλεουσιν, Sed non euenisse voles. Iure dixit Aristo. eos qui in sollitudine seorsum ab alijs viuunt aut bestias esse aut plus q̄ homines. Adeo enim supra hominem est relinquere ciuilem societatem, vt id non fiat nisi aut ex sensuum perturbatione & ex ipsa atrabili, vt videmus quosdā furiosos, quos mysanthropos græci appellant, aut cū mens nostra ad originem suam redire cupiens omnia humana quippe q̄ caduca corruptibiliaq; sint cōtemnit, solaq; diuina respicit. Verum antequam ijs virtutibus corroborata sit, quæ animi iam purgati appellantur sæpe vacillat in consilio, quia multo maiora sese vndiq; offerunt impedimenta in hoc viuendi genere q̄ in ciuili. Iure ergo dixit, grauiora bella nobis excitari terra, idest in hac solida vita contemplandi q̄ in mari idest in vita ciuili, in qua appetitus perturbationibus excitatur, sed postquam ijs virtutibus quæ animi iam purgati vocantur corroborata est mens, hostes omnes cedunt, & veluti in naturam suam reuersus animus etiam in corpore nulla corporis contagione impeditus summa cum voluptate diuinis perfruitur. Ergo, in primis istis difficultatibus non est cedendum, sed audacius contra tendum.

Os rabidũ fera corda domás, fingitq; [a] pmendo.
Ostia [b] iamq; domus patuere ingentia centum
Sponte sua, vatisq; ferũt [c] responsa per auras.
O, tandem magnis Pelagi [d] defuncte [e] periclis,
Sed terra [f] grauiora manent. in regna [g] Lauini
Dardanidæ venient. mitte hãc de pectore curã.
Sed non [e] venisse volent, Bella horrida [h], Bella,
Et Tybrim multo spumanté [i] sanguine cerno.
Nõ Simois [k] tibi, nec Xãthus, nec Dorica [l] castra
Defuerint. alius Latio iam parthus [m] Achilles
Natus [n] & ipse Dea. nec Teucris addita [o] Iuno
Vsquã aberit. cũ tu supplex in rebus [p] egenis,
Quas gẽtes italũ, aut quas nõ oraueris Vrbes?
Causa mali tanti coniux [q] iterũ hospita Teucris
Externiq; iterum thalami.
Tu ne [r] cede malis, sed contra audentior ito,
Quam tua te Fortuna sinet. via [s] prima salutis,
Quod minime reris, Graia [t] pandetur ab Vrbe.
Talibus ex Adyto [v] dictis Cumæa [x] Sibylla
Horrendas canit ambages, antroq; [y] remugit,
Obscuris [z] vera inuoluens. ea frena furenti

a ¶ FINGITq; pmendo, cóponit, vt Et corpora fingere lingua. Cóponit aũt ad moderationé certã dicẽdi, vt. n. supra diximus oĩa q dé vident, sed non oĩa indicant sacerdotes, vt supra Luc. Nec tñ pdere vati Quantũ scierit Is. b ¶ Ostia iãq; domus patuere. pcibus. s. & q̃ ante ostia erãt patefacta aditus esse cœperũt. c ¶ Ferunt responsa, quia supra ait Ora domus. d ¶ Pelagi defuncte periclis nõ liberat a pelago, sed marinis periculis. Nam adhuc nauigaturus est sine vllo discrimine. e ¶ Defuncte aut liberate. Nam dicimus functos officio q officia debita cópleuerũt. vnde & honoribus functi, & hĩc defunctos mortuos dicimus q compleuerunt vitæ officia. vñ est Nil iam cœlestib' vllis Debétem. f ¶ Sed terra, legitur & terra, vnum tñ est. g ¶ In regna lauini, alij latini legũt, cuius tunc erãt, sed qa diuina loquitur futura poccupat, postea. n. Lauiniũ dicet, licet possit ad Lauinũ Latini fratré referri, q illic ante regnauit. h ¶ Horrida bella, q̃ cótra hospité cognatũq; suscepta sunt, vt Latinus dicturus est, Arma Ipia sumpsi, Promissam eripui. i ¶ Spumanté sanguine cerno, quasi non prædicit sed videt quæ facturus é Turnus; vt Recalent tyberina fluenta sanguine adhuc. k ¶ Non Simois tibi nec Xanthus, Tyberinus & Numicus in qué cecidit. l ¶ Nec dorica castra, græca, & re vera. Naq; Turnus græcus fuit, vt Et turno si prima domus repetatur origo, Inachus acrisius patres mediæq; mycenæ. m ¶ Parthus achilles, Turnum significat, & hoc dictum est vt in Bucolicis, Alter erit tunc tiphys & altera q vehat argo Heroas, & hoc est quod dicit. Obscuris vera inuoluens, nam licet vera sint latent. Vnde Apollo λοξίας dicitur, idest obliquus. n ¶ Natus & ipse dea, de Venilia sorore Amatæ, vt cui diua Venilia mater. Nec debet mirũ esse amatam fuisse mortalé, cum & Turnus Iuturnæ frater mortalis fuerit, nam hæc fuerãt diuina beneficia. o ¶ Addita iuno inimica. est aũt verbũ Lucilij & antiquorũ vt plautus Additus ioni argus. p ¶ In rebus egenis, per transitum ostendit famem futurã. q ¶ Cóniux iterũ hospita. Nam & Paris ab Helena fuerat suscept' hospitio. Hospita autem more suo dixit, & bene ne aliqd imputetur Aeneæ, qñ hoc fatorũ esse prædixit. r ¶ Tu ne cede, ne cedas sed esto audentior quã tua te fortuna pmittit. & bene aduersam fortunã edocet virtute, aut vitari, aut minui, aut patienter sustineri. s ¶ Via, rõ oportunitas. t ¶ Graia pandetur ab vrbe, pp Euandrũ qui eũ in Tusciã missurus ad Tarconté est. v ¶ Ex adyto, locũ vaticinationis ostendit. x ¶ Cumæa sibylla, cumæa bene addidit propter discretionem. y ¶ Antroq; remugit, quia in antro, vt pulsati colles clamore resultãt. z ¶ Obscuris vera inuolués, vera & obscura confundens. Est aũt hypallage veris obscura inserens.

¶ FRENA, in singulari tantũ neutri generis est, in plurali masculini & neutri. ¶ Furenti, eo. s. furore quo percita vaticinari possit. Furor. n. duplex est, alter malus, alter bon'. Naq; qui ex humorũ perturbatione nascitur, is hominem a ratione deijcit & in insaniam adducit. Qui uero diuinitus infunditur hominem supra hominem erit & deo proximum, dum illo afflatur, reddit, quapropter apud Platoné quattuor diuini furoris species ponuntur, ait, enim animos nostros anteq̃ rerum terrenarum desiderio grauarentur, æternas sedes habitasse, & in deo speculo in quo oẽs Ideæ elucescunt vidisse iustitiam, sapientiam harmoniam, & diuinæ naturæ pulchritudinem

CHRI. Furor

quas ideas diuinas essentias primas naturas q̄ in æternitate dei sint nominat, quaꝝ pfecta
cognitione animi illic nutriunt ad corpora inde terrenoꝝ cognitione, appetitioneq3 dela
ti q prius ambrosia & nectare. i. cognitione dei & gaudio fruebant. Letheum. i. obliuioneq
in descensu hauriunt, nec prius ad supera reuolant, q̄ cognitionē illā recuperēt, hoc duabus
virtutibus. i morali & contēplatiua assequunt, moralemq3 iustitiā, & sapientiam nūcupāt.
His ergo tanq̄ geminis nō ad supos reuolare in phædone demōstrat, & in phedro sola phi
mens ait recuperat alas. In qua recuperatione abstrahit a corpore. Deoq3 plenius ad cœlū
trahit aīus q̄ abstractio furor est, q in quatuor partes diuidit, neq3 diuinoꝝ reminiscimur ni
si quibusdā vmbris ac imaginibus, q̄ corporeis sensibus pcipiuntur. His Paulus & q paulū
sectat Diony. inuisibilia dei per ea q̄ hic facta sunt aiunt. Diuinæ igit sapientiæ imago est
nr̄a sapiētia. Harmoniæ ea q̄ instrumētis musicis & vocibus humanis orit harmonia; pul
chritudinis aūt ea q̄ ex partium, membrorumq3 corporis q̄ aptissima cōpositione cōficitur,
conuenientia, venustasq3 imago est, sed cū sapiētia nullis, aut paucis pcipiatur neq3 corpo
reis sensibus cōprehendat, diuinæ sapientiæ paucæ apud nos extant imagines, & hæc qdeq
sensibus incognitæ sunt. Itaq3 in phædro dicit simulachrum sapientiæ oculis cerni non po
test q̄d si cernatur mirabiles amores diuinæ illius cuius est simulachrum nobis excitaturū
&c. Pulchritudinis aūt imago oculis harmoniæ auribus percipit qui reliquoꝝ sensuum teste
eodem Platone sunt acerrimi, quapp iis simulachris qui corporibus insunt in aīum p cor
poris sensus penetrantibus reminiscimur eorum q̄ extra corpus constituti videamus quā
recordatione alas recuperamus, & a contagione corporis paulatim purgati diuino furore
afficimur, pulchritudinis aūt specie quam oculi porrigunt illius q̄ diuina est pulchritudo re
amor cordari ardētissima cupiditate illā desideramus, qui furor diuinus est, & a Platone amor ap
pellatur, atq3 diffinitur amor corporeæ pulchritudinis desiderium ad cōtemplandā, sursum
diuinā pulchritudinē redeundi, atq3 iis q sic afficitur non mō diuinā pulchritudinem deside
rat, sed ea quæ oculis patet, Delectatur, nam amantes non solū re amata, veꝝ etiam illius si
mulachris delectant sed crassioris īgenii est huiuscemodi solū (vt ita loqr) vmbras sectari.
Veꝝ autem illā pulchritudinē negligere. Huius aūt stulti amoris petulantia, lasciuiaq3 co
mes est. Isq3 diffinitur irrationabilis, insolensq3 eius q̄ sensu percipitur circa corporis for
mam voluptatis cupiditas, vel est ardor animi in pprio corpore mortui in alieno viuētis,
vñ epicurei credūt amorē esse nixū atomoꝝ sese ei a quo simulachra pulchritudinis hausta
sunt penitus infundendi hunc Pla. ab humanis morbis natū sollicitudine plenū esse vult, &
in illos pueniret, quoꝝ mens tenebris adeo circūfusa sit, vt nihil altū suspiciens solaq3 fra
gilis corpusculi imaginē admiretur, qui aūt huiuscemodi tenebris liberi sunt, ii obiecta cor
porea forma illa primo vt diuinæ pulchritudinis simulachro delectat, ac statim ex hac in di
uinoꝝ memoriā rediens eius ardentissimo desiderio ad supera ferunt, atq3 furor q per ocu
los pcipitur. huiuscemodi est per aures vero musicæ numeros aīus pcipit, qbus imaginib⁹
admouet, vt diuinam harmoniā acrioris quondā aī intimo sensu cōsideret. Diuina aūt har
Harmo niæ monia eodem Plato. auctore duplex est. Altera. n. in æterna dei mente pdurat. Altera in cœ
loꝝ ordine ac moribus, qua mirabilē cœli cōcentū faciunt. Ergo aīus qui ante corporis in
gressum illam audiebat. nūc per aures imagines illius percipiens desiderio veræ harmoniæ
percipiendæ afficitur, & ad superas sedes reuolare contendit, Interim in carcere corporis
clausus illā nititur imitari, sed alii, vt illā imitent, aut vocibus aut humanis instrumētis vtū
tur, quos leues vulgaresq̄ musicos dicimus, nonnulli grauiori iudicio intimæ rōnis sensus
pfundasq3 notiones sensibus numerisq3 illustrant, hiq3 sunt q diuino furori pciti grauissima
qdam ac plenissima carmina ingenti ore effundunt. Hæc aūt poesis appellatur, q̄ vocum ac
motuū numerus grauissimos quosdā & delphicos sensus summo ardore exprimit. Vñ nō
solū concentu vocū auribus blanditur, veꝝ etiam ambrosiæ cœlesti simillimū menti pabu
lum affert. Ideoq3 proxime ad diuinitatem accedit, Oritq̄ poeticum hunc furorem a mu
sis existimat. Qui autem sine musarum instinctu poeticas ad fores accedit sperans quasi ar
te quadā in poetam bonum euasurum, inanis quidem ipse ac eius poesis efficitur, qui autē
cœlesti vi inspirantur, adeo diuinos sæpe musis afflatos sensus exprimunt, vt ipsemet dei
[illegible] inde a furore derelicti vix illos intelligant. Musas autem Plato cœlestes cantus intelligit,
vñ a cantu etiam camœnas illas latini appellāt. Quapropter musis idest cœlestib⁹ numini
bus a cantibus incitatio ad eorum imitationem poeticos modos ac numeros meditantur.
itaq3 in libro de repub. vbi de sphærarum motu scribit Plato. singulis orbibus singulas in
sidere syrenas refert motum sphærarum significans, nam syren deo canere est. Theologi
quoque veteres octo musas octo sphærarum cantus & nonam maximam quæ ex omni
poesis bus conficitur harmoniam esse dixere. ergo poesis a diuino furore furor a musis mu
sæ a Ioue

sive a Ioue pficiscuntur. Ioue enim mūdi totius animum Platonici intelligunt, vt in sequentibus apparebit, & in Buco. a Ioue pncipium musæ iouis oīa plena. animus ergo iste quoniā vbiqȝ viget & cœlū quasi cytheram quādam, vt Alexāder milesius pythagoricus inqt, exagitās cœlestē perficit harmoniā, atqȝ Orpheus Iuppiter inqt primogenitus, Iuppiter nouissimus, Iuppiter caput, Iuppiter mediū, Iuppiter fundū terræ a cœli stelliferi, Iuppiter pdijt masculus, Iuppiter icorruptibilis sponsa, & plura alia dicit, ex qbus itelligitur illū omnibus infusum corporibus ptinere, atqȝ alere cūcta, vñ Luca. Iuppiter est qðcūqȝ vides, quodcūqȝ moueris. Sūt pterea duæ aliæ furoris spēs: altera circa mysteria, altera circa vaticinia. Primus furor vehemētior animi ɔcitatio in ijs quæ ad eoȝ cultū ac religionē ptinent pficiēdis. Affectus vo nīmis qui talē furorē falso imitat supstitio df. Vaticiniū aūt est diuino afflatu inspirata pſensio. Ergo in vaticinio furor est, si aīus acrius exarserit cū mens a corpore abstracta diuino īstinctu ɔcitatur, nā si futura quadā humana sagacitate puidentur, non vaticiniū, sed prudētia, & piectatio appellat, ergo amori diuino libidinosus amor poesi leuior musica. mysterio superstitio, Vaticinio prudētia opponit, amori venus poesi musæ mysterio Bacchus, vaticinio Apollo pest. Habes ex platonica disciplīa quattuor diuinos furores. Quapp recte dixit poetā poeta, Et frena furenti, qa vaticinij furore percita esset.

Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo
Vt primum cessit[a] furor, & rabida ora quierunt,
Incipit Aeneas Heros. non vlla[b] laborum
O Virgo noua[c] mi facies inopina ue[d] surgit.

a ❡ CESSIT furor, nō penitus recessit, sed paulatim cœpit imminui. Nam & paulo post est de Miseni morte dictura, qð nō procedit si nūc numen recessit. b ❡ Nō vlla labo. O virgo, o licet sit nāliter breuis in smonibus latinis. apud Virg. tñ pro lōga habetur, vt hoc loco, O virgo. Item alibi, Quis te magne Cato tacitū, exceptis ego, vt Ast ego quæ diuum, & duo, vt Si duo pterea, scio, vt Nūc scio qd sit amor, & nescio, vt Nescio qs teneros oculus mihi fascinat agnos. Apud alios o nisi in græcis noībus nō pducit, qð & nūc sequi debemus, dicūt tñ qdā o tūc produci ī noīatiuo qñ & ī genitiuo fuerit producta, qð falsum est. Nā & Virg. produxit virgo, cū bginis faciat. & Luc. Cato corripuit, vt nos casto da veniā, cum Catonis faciat. Iteȝ Iuno, cum pducat Virg. Statius tñ corripit. Sanē sciendū allocutionē hāc eē suasoriā cū partibus suis. Nā honestū est qd dicit se patrē requirere. vtile, vt ab eo patriæ originē discat, necessariū, quia iusserat pater, vt Ditis tamē ante infernas accede domos, possibile, quia ait Quādo hic inferni ianua ditis df. Item Potes nanqȝ oia, si omnia, & hoc. c ❡ Noua mi facies, spēs. Et sciēdū pronomen mihi nunqȝ in synæresim venire, ne incipiat esse blandientis aduerbiū. & licet quidā huius locuti nitātur exēplo, non procedit, vel qa vnus est exemplū, vel qa potest esse etiā blandientis aduerbiū, nil vo pro metri necessitate cogitur. Nā si pars sequens oronis a vocali incohet nihil dicimus, vt Heu nihil inuitis fas quēqȝ fidere diuis. Si aūt a consonante incohet, nil ponimus, vt Iuue. Nil tale expectes, emit sibi multa videmus. d ❡ Inopina ue surgit, nomen est non participiū. Nam inopinata diceret, qð nō pcedit. Opinatus vero venit ab eo qð est opinor, sed quia inopinor non dicimus, ideo nec inopinatus facit, sicut & nocēs participium est, qa inuenimus noceo, īnocens, nomē, qa innoceo non dicimus. nullum est enim participium qð a verbo nō trahatur, licet a sui vbi forma non veniat, vt placita, licet placeor non dicamus, tamen placeo inuenimus, sicut & prāsus. & cœnat⁹, et titubatus. Item regnata, triumphata. Vnde galeatus & tunicatus nomina cōprobantur. nullū enim verbum hoȝ originis reperitur.

❡ CONCutit, ex eo qð est quatio fit excutio, qð significat quatiendo eijcere. & incutio quatiendo īmittere, nā quæ nō sedare, sȝ cū ipetu subeunt incuti dicunt. Discutere quatiēdo in diuersas ptes deijcere, & p silitudinem dicimus discutere reȝ quā diligēter rimamur, & eius oēs ptes ingrimus. Hinc discussum dicimus negocium, cum per oēs suas partes diligēter est cognitum. Nā vt ex discussa veste oīa quæ intus latebant prodeunt & apparent, sic est discussa re de qua ambiguitur, qð latebat, veȝ apparet percutio verbero. Recutire autem nō est a quatio, nec in præterito recussi est. sed recutiui recutitum. Est autem a cute, vnde recutitos dicimus iudæos q circūcisione cutem quæ pputium est deponūt, quis sunt qui velint hoc participium esse sine origine verbi. ❡ Stimulus, est omne quo pungimus, & est græco. illi enim στίζω pūgo & verbero dicunt hinc Ystumos Aeneas heros, quasi dicat propterea fuit tāti animi, vt hæc petere non formidare, quoniaȝ esset heros, Heroicæ enim virtutes opus sunt si quis hanc speculandi difficultatem tollerare vult. De his loquitur Aristo. in æthicis.

¶Noua mi facies. Oñdit ex grauissimoꝝ philoꝝ sententia quæcunq; ex iprouiso accidant solere esse grauiora, ppter qđ ait se prius excogitasse quæ res maxime medeꝛ pturbationib⁹, nā vt ait Cic. Nihil est qđ tam obtundat, eleuetq; ægritudinem q̄ ppetua in omni vita cogitatio, nihil esse qđ non accidere possit q̄ meditatio cōditionis humanæ q̄ vitæ lex, cōmentatioq; parendi, quæ non hoc affert vt semper mereamus, sed vt nunq; Nec.n. qui res nās, qui vitæ veritatem, qui imbecillitatē generis humani cogitat mœret, cū hoc cogitat, sed tu maximæ sapientiæ fungiꝛ munere. Vtrūq; eni; ꝓsequeꝛ, vt in cōsiderandis rebus humanis proprio fungaꝛ philiæ officio & aduersis casibus triplici ꝯsolatione sanetur. Primum qđ posse accidere diu cogitauerit, quæ cogitatio vna maxīe molestias oēs extenuat, ac diluit, Deinde qđ humana ferenda intelligit postremo qđ videt malū nullum esse nisi culpam.

Omnia[a] percepi, atq; aīo mecum ante peregi.
Vnum oro; quando[b] hic inferni ianua regis
Dicitur, & [c]tenebrosa [d]palus [e]Acherōte[f] refuso)
Ire[g] ad conspectum Cari genitoris, & ora
Contingat. doceas iter, & sacra[h] ostia pandas.

a ¶ OMNIA percepit, atq; animo mecum ante peregi, ante cognoui ab heleno, vel a pſe qui ait, Gēs dura atq; aspera cultu Debellāda tibi latio est. Dicit aūt se futura partim audisse, partim mente percepisse, sed occurrit, si nouit oīa, quid ꝯsulit numen. nosse se omnia quantū ad labores ptinet, dicit, & ꝓcedit totā petitionē, vt ad illū veniat, quo possit patrem videre. Nam quod dicit Vnum oro, non solum id dicit, sed pcipuum, vt Vnam post habita coluisse samo. b ¶Quando, siquidem, & est coniunctio. c ¶Et tenebrosa palus Acherōte refuso, paludem pro lacu posuit, nam auernum significat, quē vult nasci de Acherontis æstuarijs d ¶Palus, aūt bene iste produxit lus, qa paludis facit. qđ supra plenius diximus. Hora. corripuit, vt Sterilisq; diu palus, aptaq; remis. e Tenebrosa autem nigra. per quod altā significat, vt Nigra figit sub nube colūbam. i. alta. f ¶Acherōte refuso, Acheron fluuius dicitur inferoꝝ quasi sine gaudio, sed cōstat locū esse haud lōge a baijs vndiq; mōtibus septum, adeo vt nec orientē, nec occidentem Solem possit aspicere, sed tm̄ medium diem. quod & Homerus ipse scribit.

ἔνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε
ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν
οὔθ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα
οὔθ' ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται
ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι

Quod aūt dicitur ignibus plenus, hæc ratio est, quia omnia vicīa illic loca calidis & sulphuratis aquis scatent sine gaudio autem ille dicitur locus, qđ necromantia (vt dicunt) non nisi ibi poterat fieri, quæ sine hoīs occisione non fiebat. nas & Aeneas, illic occiso Miseno sacra ista cōplebit, & Vlyxes occiso Elpenore, Sicuti sequentes Homeri vsus testanꝛ licet cecidisse illum fingat. Home. & inde mortuum esse.

Ἐλπήνωρ δέ τις ἔσκε νεώτατος, οὐδέ τι λίην
ἄλκιμος ἐν πολέμῳ οὔτε φρεσὶν ᾗσιν ἀρηρώς
ὅς μοι ἄνευθ' ἑτάρων ἱεροῖς ἐν δώμασι Κίρκης
ψύχεος ἱμείρων κατελέξατο οἰνοβαρείων.
κινυμένων δ' ἑτάρων ὅμαδον καὶ δοῦπον ἀκούσας
ἐξαπίνης ἀνόρουσε, καὶ ἐκλάθετο φρεσὶν ᾗσιν
ἄψορρον καταβῆναι ἰὼν κλίμακα μακρήν.

Quanq; fingaꝛ in extrema pte oceani Vlyxes fuisse, qđ & ipse Home. falsus eē oñdit ex q̄litate locoꝝ quæ cōmemorat, & tpe nauigatiōis. dicit. n. eū circeiū nocte nauigasse & ad locū vēisse vbi sacra pfecit, qđ ꝯ oceano nō pcedit, de cāpania manifestum est, vt hisce vsibus in λ. ό δ ι testaꝛ. Idem Home.

ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι
νῆα μὲν ἔνθ' ἐλθόντες ἐκέλσαμεν, ἐκ δὲ τὰ μῆλα
εἱλόμεθ'· αὐτοὶ δ' αὖτε παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο
ᾔομεν, ὄφρ' ἐς χῶρον ἀφικόμεθ' ὃν φράσε Κίρκη.

Præterea a Baio socio eius illic mortuo Baias constat esse noīatas Diciꝛ etiam vidisse Herculē, ideo qa illic sunt Bauliæ soci⁹ Herculis dictus. q̄si boaulia, qđ illic hūit aīalia, q̄ Gerioni detracta ex Hispania adduxerit. g ¶Ire ꝯtingat: vt minus est. vt ire cōtingat, iter doceas. h ¶Sacra ostia pandas, aut venerabilia, aut execranda, sicut de Tartaro dicturus est, Sacræ panduntur portæ.

¶ILLVM

Illum [a] ego per flāmas, & mille sequentia [b] tela
Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi [c].
Ille meum [d] comitatus iter maria omnia mecū,
Atq; omnes Pelagiq; minas, Coeliq; [e] ferebat
Inualidus vires [f] vltra, sortemq; senectæ.
Quin vt te supplex peterē, & tua limina adirē,
Idem orans [g] mandata [h] dabat. Natiq;, Patrisq;
Alma, precor, miserere. potes nanq; oīa, nec te
Nequicq; lucis [i] Hecate præfecit Auernis.
Si potuit [k] manes arcessere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara, fidibusq; [l] canoris,
Si fratrem [m] Pollux alterna morte redemit,
Itq; reditq; viā toties. quid Thesea [n]? magnum [o]
Quid memorē alcidē? & mi [p] gen[us] ab Ioue sūmo
Talibus orabat dictis, arasq; [q] tenebat.
Tum sic orsa loq[ui] Vates. Sate [r] sanguine Diuom

SERi. a ¶ILLVM ego per flāmas, meritū appro/bat pris, vt iustū videat esse desideriū. b ¶ Sequentia tela, vt Ardentis clypeos atq; æra. c ¶ Ex hoste recepi, liberaui, vt Frugesq; receptas. Ex hoste aūt plus est q̄ si ex hostibus diceret, vt supra dixim[us]. Ex hoste enim generaliter dicit, ex hostibus partē ostēdit sicut dicendo terram significam[us] elementum, terras vero singulas ptes, vt Italiæ Africæ. d ¶ Meū comitatus iter, non spe salutis, sed mei cā, vt cedo equidē, nec nate tibi comes ire recuso, vnde addidit tibi, idest tui causa, non mei. e ¶ Cœliq; ferebat, vt ante morte præuētus sit, q̄ ferre desierit, & mire imperfecto vsus est tēpore, ac si diceret adhuc si viueret ferret. f ¶ Vires vltra sortemq; senectæ, quia senectæ sors est quies & ocium, sicut pueritiæ ludus amor adolescentiæ, ambitus iuuenilis ætatis, Ergo aliud ferebat pater q̄ sors exigebat senectæ. g ¶ Orans mandata dabat, sic dictum est, vt Et supplex tua numina posco, in re omni ad imperandū patri ius erat maior ad īpetrandū vis est eū rogare, cui possis iubere. h ¶ Mādata dabat, vt huc casta sibylla Nigrarū multo pecudū te sanguine ducet. i ¶ Lucis hecate pfecit auernis, Hecate trium potestatū numen est. Ipsa est n. Diana, Luna, Proserpina, sed solā Proserpinam dicere nō potuit pp lucos qui Dianæ sunt. Item Dianā quia auernis ait, bene elegit nomen in quo vtrunq; constabat, vnde Lucanus de Proserpina ait, Nostræq; hecates ps vltima. k ¶ Si potuit manes, nititur exemplis, quæ inferiora sunt per comparationem, vt ipse videatur iustius velle descendere, Nam Orpheus conatus est reuocare vxorem, hic vult tantum patrē videre. Orpheus aūt voluit quibusdā carminibus reducere animam coniugis, Quod quia īplere non potuit, a poetis fingitur receptam iam coniugē perdidisse, dura lege Plutonis. Quod etiā Virgi. ostendit dicēdo Arcessere, quod euocātis est proprium. l ¶ Fidibusq; canoris, bene sonantibus chordis. Fidibus aūt est a nominatiuo hæc fidis, vt sit pyrrichius, nā fides iambus est. m ¶ Si fratrem pollux alterna morte redemit, vt supra diximus, Helena & pollux de Ioue nati immortales fuerunt, Nam Castor Tyndari fili[us] fuit, cui us mortē suo interitu fr[ater]na pietas redemit Qđ ió fingit, quia horum stellæ ita se habent, vt occidēte vna oriat altera, & iterū exemplū p cōparationē, qđ q[uas]i piū ē, se ad frequentiā ptulit dicēdo, Itq; reditq; vias toties, pp stellas inter se oriētes & occientes Castoris & pollucis. qđ Homeri versus testantur in odyssea.

ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε
τεθνᾶσιν· τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσιν

n ¶ Quid thesea? durum exemplum, vñ nec immoratus est in eo, Dicit autem inferos debere patere pietati qui patuerunt infanda cupienti. Nā hic ad capiendū Proserpinā ierat cū Pirithoo, & illic retētus luit pœnas, vt Sedet æternumq; sedebit Infœlix Theseus. o ¶ Magnū qd memorē alciden? melius sic distinguit, licet quidam legant Quid Thesea magnū, vt epitheton ei dent qui per se nō est magnus, nam Herculem sine epitheto etiam magnū intelligimus. Sed melius est magnū dare Herculi, q̄ sacrilego. p ¶ Et mi genus ab Ioue summo, occurrit tacitæ questioni tā q̄ Sibylla dixerit. ij enim qui descenderunt a dijs ducebant originem. q ¶ Arasq; tenebant, rogabant enim deos ararum ansas tenentes. r ¶ Sate sanguine diuom, vnde Aeneas desiit, in hæc sumpsit exordium.

CHRI. ¶RECEPI. locus est ab honesto. ¶ Orans: a necessitate, non enim spernenda sunt parētum iussa. Est etiam a possibili, nam cū post mortē hæc īperasset minime credibile ē illū īpossibilia iperasse. ¶ Potes. n. o. arguit a facili. ¶ Nec te, pbat illā esse q[uæ] frustra pposita esset illi loco a dea harū rep potētissima, nisi

Orpheus data simul facultas fuisset. ¶ Si potuit ma. pbat exēplo illā posse. Orphei aūt fabulā sic interpretatur Boetius. Euridicē q̄ interpretatur lata iustitia. i. oēm virtutē amat vir excellēs quā si q̄s amittat cytharā. i. bonis artibus & actionibus recuperat, quod si iterū ab eo labatur difficile est reuocare, de orpheo in geor. dictū est.

Pollux ¶ Si patrē pollux. Fabula est Iouē captū amore ledæ cū ea sub forma cygni ɔcubuisse, atq; inde duo oua nata, & ex altero Pollucē, & Helenā; & ex altero Castorē & clytemnestrā ꝓuenisse, alii dicūt primum ouū solūmodo Iouis fuisse, ppterea q; pollucē & Helenā imortales extitisse, sm ex Pindaro Castorem & Clytemnestrā ꝓduxisse mortales. Addit Higinius hos fratres maxima cōcordia regnasse, & mare pyratis infestatū sua opera pacauisse. Verū cū castor in pugna aduersus athenienses cecidisset, Pollux suā immortalitatē cū illo cōmunicauit & impetrauit a Ioue, vt alternatim viuerēt, Sunt a ioue in geminos cœleste signū conuersi, qđ adeo ampliū est vt cū alter iā oriat, alter adhuc lateat, hinc alternatim viuere dicant, Idcirco a periclitantibus nautis in tēpestate inuocātur, qm dū in terris essent, illos a pyratis seruarēt, Diodo. aūt refert Orpheum in argonautarū grauissima tēpestate sacra pegisse, q̄ apud ægyptios didicerat, ac deinde samothracas docuerat, ac paulo post duos igniculos supra capita pollucis & Castoris apparuisse, statimq; tēpestatē cessasse. q̄ sacra deinde a nauigantibus obseruata sunt, & igniculi illi dioscurorū numē esse putant. Hæc Diodo. Pli. aūt verba de hac reponā, inquit ergo Vidi in nocturnis militū vigiliis inhærere pilis ꝓ vallo fulgurū effigies. Ex & antēnis nauigātiū, aliisq; nauiū ptibus ceu vocali quodā sono insistunt, vt volucres sedē ex sede mutātes graues cum solitariæ venere mergentesq; nauigia, & si in carinæ ima deciderit exurētes. Geminę aūt salutares & ꝓsperi cursus pnunciæ, quarū aduētu fugari dirā illā ac minacē appellatā Helenā ferūt, & ob id polluci & Castori nomē assignāt eosq; in mari deos inuocāt. ¶ Horū cœleste signū gemini vocant.

gemini Is q̄ pximus cācro est, tres claras stellas hēt, vnā in capite, & in singulis hūeris singulas, Deīde in dextro cubito vnā. In vtroq; genu singulas, in singulis pedib singulas, alter in capite vnā in singulis hūeris singulas, in singulis manib singulas, in singulis genib singulas, in singulis pedib singulas, ifra sinistrū pedē vnā. Sunt itaq; stellæ q̄ h signū faciūt. xviij. Est āt domiciliū Mercurij, disponit hoīem ad litteraturā & scripturā, in corpe dominat humeris brachijs, & manibus. Efficit mediocrē statuā & hoīem pulchrum.

Tros Anchisiadæ, facilis a descensus Auerni.
Noctes b, atq; dies patet atri ianua Ditis,
Sed reuocare gradū superasq; euadere ad auras

SER. a ¶ FACILIS descensus auerni legit & auerno, idest ad aīnus, sed si auerni inferorū significat, & lacū ꝓ iferis ponit. b ¶ Noctes atq; dies patet atri ianua ditis, ol tpe hoies in fata pcidunt, & hē poetice, nā lucretius ex maiore parte & alij integre docent inferorū regna nec eē quidē posse, nā locū ipsorū quē possumus dicere, cū sub terris dicant esse antipodes, in media vero terra eos esse, nec soliditas patitur, nec centrū terræ, q̄ terra si in medio mūdi est, tāta eius esse pfunditas nō pōt, vt in medio sui habeat inferos, in qbus est tartarus, de quo legit, Bis patet in pceps tm tenditq; sub vmbras. Quantus ad æthereum cœli suspectus olympū. Ergo hanc terrā in qua viuimus iferos esse voluerūt, quia est omniū circulorum infima, planetarū scilicet septem Saturni, Iouis, Martis, Solis Veneris, Mercurij, Lunæ, & duorū magnorū. Hic est qđ habem orizontis & ζωδιακοῦ de qbus superius pleni. Et nouies styx interfusa coercet. Nā nouem circulis cingit terra. Ergo oīa q̄ de iferis fingūtur suis locis hic esse cōprobabimus. Quod aūt dicit Patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradū superasq; euadere ad auras Hoc opus hic labor ē, aut poetice dictū est, aut s̄ philosophorū altam scientiā, qui desphenderunt bene viuentiū animas ad superiores circulos. i. ad originē suā redire, qđ dat Luca. Pōpeio, Vt vidit quanta sub nocte iaceret Nostra dies. male viuentiū vo diutius in his pmorari corporibus permutatione diuersa, & apud in inferos semper.

CHRIS. ¶ FACILIS descēsus. a. infernus prisci illi mortales q̄ anteq̄ studiū phiæ ad tantū vigoris adolesceret fuerunt nihil aliud esse voluerūt q̄ ipsa corpora qbus inclusæ animæ carcerē fœdū ferunt. Et corpori ifernos, fluuios & supplicia q̄ apud inferos sunt attribuerūt

Inferi Platonici aūt inferni finib nō idē sentiunt. Alij. n. in duas ptes mūdū diuidūt, & alteram q̄ faciat, quā aplanē dicūt vsq; ad globū lunæ ptigere voluerūt q̄ sit imobilis. Alteram q̄ patiat & mutabilis sit, a globa lunæ ad terrā vsq; producūt, & viuere alam asserunt dū est in parte imutabili. Mori aūt cū ad patres cecidit q̄ īter luna & terras ē q̄ cū mortis & iferorum locū posuerunt, vt lunæ globus vitæ mortisq; cōfiniū sit, a luna enim deorsum natura incipit caducorum. Alij mundum in triplicem ordinem elementorum distinxerunt, vt primus sit terra, aqua, aer, ignis,

Secundus

Secundus sit luna pro terra, Mercurius pro aqua, Venus pro aere, Sol pro igne. Tertius aūt ordo vniuersus sit, vt Mars sit ignis, Iuppiť aer, Saturnus aqua, A planes terra, & in ea sint campi elisij puris aīs depurati. ex his cāpis cū animæ emittunt per tres elemētoꝶ ordines trina morte in corpus descendunt. Alij mūdum vt primi in duas partes diuidunt, sed solas aplanē vnam ptem ponunt. Reliqua oīa. s. septem spæræ & q̄tuor elemēta alterā partē faciunt & is locus inferoꝶ dr. Christiani aūt in centro terræ. Nā ibi sunt tenebræ exteriores .i. a luce distātes fletus & stridor dentiū, & sic ait propheta, Eripuit dn̄s aīam meā de iferno inferiori. Nihil est cētro inferius, & dn̄s dixit q̄ filius hoīs esset futurus in corde terræ tribus diebus & in tribus noctibus. Centrū. n. ita nouimus esse in medio terræ, vt cor est i medio corporis. Nec obstat q̄ terræ soliditas ↄcauitates nō patiať, nā sic spiritibus aut cœlestibus aut malis, sic aīabus nostris oīa puia sunt, vt eant quo volunt, nisi deus vetet q̄uis etiā ꝓfundæ speluncæ in montibus testenť q̄ possint illic eē ↄcaua Iob ait in ꝓfundissimū infernū descēdēt oīa mea. Si aūt ↄsideremus ea q̄ dnr a diuino Grego. ifernus erit ab aere h̄ caliginoso & repleto illis spiritibus, q nec deo, nec lucifero assenserūt vsq̄ ad cētrū terræ, sed de iferno hactenus, nā noīa qbus vocať suis in locis explicabunť. Descēsus aūt ad inferos q̄nq̄ sunt. Primus cū s̄m Platonicos aīus in corpus descēdit, & hæc mors ī dr̄, nā cū a corpore īde dissoluit dr̄ mors aīalis, de q̄ descēsu plurima ꝓclaraq̄; apud Macro. p̄m Platonē cū reperies. Scōs descēsus est cū aī suis sceleribus dānati ad æterna supplicia descēdūt. Terti⁹ est cū sacris qbusdā & nicromātia aīas īde euocamus, vt latius patet apud Luca. Quart⁹ cū in vitia labimur. Quītus cū in ↄtēplatione vitioꝶ descēdimus, vt illoꝶ pnitie cognita abeis abstineamus, qua rōne & Vir. nūc æneā descēdisse fingit duce Sibylla, & nr̄ diuinus poeta Dāthes seip̄m descēdere duce Virgilio cōminiscit. Ponit. n. ille ex diuina xp̄ianoꝶ sapientia sūmū hoī bonū eē frui, deo & mēte, ↄtēplationeq̄; cœlū ascēdere op₃, sed q̄m nemo ascēdit in mōte dn̄i. i. in istius modi ↄtēplationē, nisi inocēs manibus & mūdo corde. i. nisi mētem actionesq̄; a vitijs mūdas gerat iccirco op₃, vt p̄mo in infernū. i. in ↄtēplationē vitioꝶ discedat, deinde illoꝶ pnitie cognita in purgatoriū assurgat. i. purgatorijs ꝟtutibus animus ab oī labe mūdū reddat atq̄; inde in ipsos cœlos penetret. i. eaꝶ ꝟtutum quæ aī iam purgati dnr alis ad diuinas res ↄtēplandas eleueť, eadē ergo rōne quoad licet homini xp̄iana veritate nō imbuto rem tractat. Vir. sed ita, vt mō descēsum sceleratoꝶ in vitia, mō coꝶ q ad illa ↄtēplanda descēdūt. ꝓsequať ergo facilis descēsus, si descēsum aīæ ad corpus intelligas nihil est velocius si descēsum rōnis in sensualitatē q̄m primi motus in ptāte nr̄a nō sunt quid est celerius, q̄ labi in vitia q̄m ad stultitia id ꝑuenit facile est. stultoꝶ aūt infinita est copia. Quapp est sn̄ia p̄hi clausis etiā oculis posse ad īferos descēdere, hinc Heso. τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι. Ante aūt ipsam ꝟtutē sudorē & laborē esse dixit. τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι. ⸿ Noctes atq̄; dies, peccatur nocte. i. per ignorantiam, peccatur die. i. per malitiam. ⸿ Sed reuocare gra. nam cum ex hiatu vitiorum in ipso infimo appetitus fundo iaceat nō difficile est ille rēdire ad superos. i. ad ꝟtutes. ⸿ Euadere, hoc ꝟbo vtimur in rebus difficillimis & laboriosis. Videtur verbum esse a vado aquaꝶ, e quo non egredimur sine difficultate vnde dicimus euasit ad consulatum. Euasit in sūmum virum quæ quidem non fiunt sine difficultatibus & laboribus magnis.

Descensus ad inferos

Euadere

SER.

Hoc opus, hic labor ē. pauci [a]q̄s Aequ⁹ amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad Aethera Virtus
Diis [b] geniti potuere. tenēt [c] media omnia siluæ,

a ⸿ PAVCI quos æquus amauit Iuppiter. Tria genera hominū dixit ad superos posse remeare, quos diligit Iuppiter. i. hos quos in ortu benignus siderum aspectus irradiat. Iuuena. Distat. n. quæ sidera te Excipiant modo primos incipientē edere vagitus, quos prudētia sublevat. nā hoc ē Quos ardēs euexit ad æthera virtus. itē religiosos quos a diis genitos dixit. ↄsequens. n. est, vt deoꝶ soboles religionibus vacet. b ⸿ Dijs aūt geniti, quiā corporibus se īfundebāt potestates supernæ. vnde heroes ꝓcreabantur. c ⸿ Tenent media oīa siluæ, causam reddit cur non facilis sit aīaꝶ regressus, quia oīa polluta & inquinata sunt. Nā per siluas tenebras & lustra significat, quibus feritas & libido dominatur.

CHRI.

⸿ HOC OPVS. hæc est difficultas, hoc ē necesse. ⸿ Pauci. q. e. a. Iup. ex profunda Platonis scītia hæc sūt. Refert. n. Plato animos nostros dū in cœlis degunt ambrosia ac nectare pasci. i. deo frui, ac inde summum gaudium percipe verum cū homo in confinio rationalis creaturæ positus possit per virtutem deo fauente supra se emergere, sic vitijs infra se in infernum ruit ista demersio, quo niā de p̄finio matre ↄditionis labimur iure descensio ad īferos dr̄, quapp cū in īterno si

a ¶ CONFECTum curis, plenũ ante afflictũ, atqui vacauerat gaudijs, sed illud ostẽdit quod ait Sta. Stant veteres ante ora metus. Nã cu ræ ferebant pro suo ĩpetu ex pristino bellorũ tumultu. Alij hãc ipsam curã volũt, q̃ habebat coniugẽ perniciosam mariti. Vñ sequitur, Egregia iterea coniux, p ironiã. b ¶ Vocat menelaus & limina pãdit, pãdit & vocat, vt sũt qui lucos, fluuiumq; relinquit. c ¶ Id magnũ sperãs fore munus amãti, putauit se vitia q̃ sentiret ab his, qui pertinebant posse celare, qđ etiã sequẽs indicat versus, Et famam veterũ extingui sic posse malorum. d ¶ Aeolides, Vlyxes, qa vbi q̃ talia iducit. Nã Anticliæ filius est, q̃ ante Laertæ nuptias clã cũ Sisypho Aeoli filio concubuit, Vñ Vlyxes natus est. Id etiam in Ouidio Aiax obijcit, Quid sanguine cretus Sisyphio. Alij Ilidẽ legunt, de quo non legimus. e ¶ Vicissim, qa ipse narrabat. f ¶ Pelagi ne venis errorib' actus, nõ ad iferos, sed ad locũ in q̃ iferorũ descensus est, i. ad auernũ, si itra terrã sunt iferi. Alij aliter itelligũt, q sub terra eẽ iferos volũt sm chorographos, et geometras, q dicũt terrã cõqui posi dñ esse, q̃ aqua & aere sustinetur, qđ si ẽ ad antipodes põt nauigatiõe peruenire, qa quãtũ ad nos spectat iferi sunt, sicut nos illis. Hic est q̃ sub terra iferos dicimus eẽ, quãq̃ illud sit, qa nouẽ cingit circulis. Taberianus etiã inducit epistolã vẽto allatã ab antipodibus, quæ hẽt, Superi inferis salutẽ, qua occasione tractat reciprocũ hoc qđ diximus supra. Nã prudẽtiores etiã alas per μετεμψύχωσιν dicũt ad alterius terræ partis corpora transitum facere. i. nõ in eodẽ climate versari. Vñ ait Luca. Regit idẽ spiritus artus Orbe allo longæ canicies si cognita vitæ. Sciendũ tñ homericũ esse. Nã & illic Elpenor similiter Vlyxẽ iterrogat. g ¶ Sine sole domus, non est cõtrium, Solemq; suũ sua sydera norũt, de quo nide campis elysijs dicit. h ¶ Hac vice sermonũ. hæc sacra, vt diximus supra, præter vnius diei spatiũ non tenebãt. Vñ veret si sybilla ne ianibus fabulis datũ. i. statutũ & legitimũ tps terat. qđ aũt dicit aurora medius axem traiecerat. Illud ostẽdit q̃ sm Tuscos dies ortus est a sexta diei hora. Ort'. n. diei hs aurorã. Dõat' tũ dicit Aurorã cum quadrigis positã so le significare.

Ingentem e summa Danaos ex arce vocabat.
Tunc me cõfectum[a] curis, somnoq; grauatum
Infœlix habuit thalamus, pressitq; iacentem
Dulcis, & alta q̃es, placidæq; simillima Morti.
Egregia interea coniux arma omnia tectis
Emouet, & fidum capiti subduxerat ensem.
Intra tecta vocat[b] Menelaum, & limina pandit.
Scilicet id magnũ[c] sperãs fore munus amanti.
Et famam extingui veterũ sic posse malorum.
Quid moror? irrũpũt thalãmo, comes additur vna
Hortator scelerũ Aeolides[d]. Dij, talia Graijs
Instaurate, pio si pœnas ore reposco.
Sed te qui viuum casus age fare vicissim[e]
Attulerint, Pelagi ne[f] venis erroribus actus?
An monitu Diuum? an q̃ te Fortuna fatigat.
Vt tristes sine sole[g] domos loca turbida adires?
Hac vice[h] sermonum roseis Aurora quadrigis
Iam medium Aethereo cursu traiecerat axem,
Et fors omne datum traherent p talia tempus.

¶ INFOELIX thalamus, vel quia in eo tales habuit vxores, vel qa ibi tot supplicijs sit affect'. ¶ Coniux, ex noĩe detestabilius scelus facit, qđ violatũ cõiugiũ qđ sacrum esse op'. ¶ Coniux, non dixit mea, sed quæ multorum fuisset, neq; se amaret. ¶ Dij talia gra. Pulchra apostrophe, & multa continens. Oñdit autem tanti sceleris solos deos vltores esse posse. ¶ Age fare, quærit optime Deiphob', sed poeta optimo consilio abscindit respõsionem, ne dicta iterũ dicenda sint.

¶ TVNC ME, excusat suam somnolentiam ne iers fuisse videatur. ¶ Infœlix actiue posuit, nam ex matrimonio hæc omnia sibi mala euenerant. Potest & absolute proferri infœlix thalamus, nam omnibus infœlix fuit Helenæ thalamus. ¶ Egregia, grauissima ironia. ¶ Interea, Dum profunde dormiebam. Fuerat circunspectus q̃ arma reliquerat, sed dolo vxoris illis expoliatus est. ¶ Intra tecta vocat Menelaum. Quomodo ergo se defendere potuit, si astutia & dolo mulieris & armis exutus & hostibus circunuentus est. ¶ Menelaum, ad quem vltio in primis pertinebat, scilicet, demonstrat, fuisse causam cur ei expediret deiphobum prodere, quæ est in partibus probabilis. Sperabat enim tanto beneficio & maritum sibi reconciliare, in cuius manus omnino ventura erat, & infamiam sui egregia discessus purgare, nam si Troianos non amaret, non volẽs secuta videbatur Paridem, sed in vita abducta.

SER. a BREVITER q, quod congruit moram obiurganti. b Nox ruit, si per diē sacra celebrant nox ruit. i. īminet, si p noctē finit. c Flēdo, pprie. Nā & lachrymæ & gemitus fuerāt deplorātis deiphobi. d Fīdit in ambas, cōpendiosius q; si duas diceret, poteramus n. et tertias sperare sic Sal. Inter secūdū atq; vltimū bellū carthaginēse, non ait tertius. e Iter elysiū. i. ad elysiū, de quo diximus supra. f Malo℞, i. pio℞, vt Multa malus simulans vana spe lusit amantē. g Impia tartara, vbi puniūtur ipij. h Ne sæui, ne irascere. Terē. Nec sæui tātopere; & antique dictū est. Nā ne sæuias dicimus, nec īperatiuū iūgimus aduerbio, nec aūt & non negātis. i Explebo nume℞, vt sup dixius, explebo est minuā. Nā ait Ennius, Nauibus explebāt sese terrasq; replebāt, quē Cap secutus cū de pponē ex tractaret, hoc exēplum posuit. Sēsus ergo est, Minuā vestrū nume℞, & reddar tenebris. Nā circa Aeneā & Sibyllā aliquid lucis fuisse itelligimus, qppe circa viuos. Vñ paulopost Respicit Æneas subito, Alij explebo male putāt cōplebo esse vmbra℞. s. quibus excesserat nume℞. Alij explebo nume℞ dicūt esse finitum tps statutū purgationi, & in corpus recurram, vt hoc sit Reddarq; tenebris. Nā legimus Clausæ tenebris & carcere cæco, vt sit sensus, Irasceris mihi q̄si homo, nō ne & ego hō futurus sum? Alij dicūt cur irasceris in his locis q̄ diu vitæ per vim ereptæ expleā tps, post tenebris. i. meis sedibus reddar, sed hæc oīa cōgrua loco non esse manifestum est. Nō enim intelligere possumus Sibyllā aliud volente scilicet vt abscederet ad alia Deiphobum respondisse. k I decus, i nostrum, aut i o decus nostrum vtere melioribus fatis, inferorum scilicet comparatione, qa ait supra, An quæ te fortūa fatigat Vt tristes sine sole domos Aut certe i decus, & fatis vtere nostris melioribus, idest q; aut ego aut tu habuerimus. l Mœnia lata videt, tartarum dicit, quem vult esse carcerem infero℞, quod autem ait latā, nō certum exprimit multitudinem. m Triplici circūdata muro, valde munitum indicat locū. n Torquet, trahit, voluit. o Porta aduersa, ingens, distinctione excludendum est vitium de duobus epithetis. p Solidoq; adamante, lapis est durissimus, & tantæ soliditatis, vt nec ferro possit infringi, vñ ἀδάμας. a. priuatiue δαμάζω domo. i. lapis indomitus.

Sed comes admonuit, breuiterq; affata Sibylla ē.[a]
Nox[b] ruit Aenea, nos flendo[c] ducimus horas.
Hic locus est, partes vbi se via findit[d] in ambas,
Dextera quæ Ditis magni sub mœnia tendit,
Hac iter[e] Elysium nobis, at leua malorum[f]
Exercet pœnas, et ad impia[g] tartara mittit.
Deiphobus contra, ne sæui[h] magna Sacerdos,
Discedā, explebo[i] nume℞, reddarq; tenebris.
I decus[k], i nostrum, melioribus vtere fatis.
Tantum effatus, et in verbo vestigia torsit.
Respicit Aeneas subito, et sub rupe sinistra
Mœnia[l] lata videt triplici[m] circundata muro,
Quæ rapidus flāmis ambit torrētibus amnis
Tartareus Phlegethō, torquetq;[n] sonātia saxa
Porta[o] aduersa igēs, solidoq;[p] adamāte colūnæ.

DON. SED comes q illi ppterea iuncta fuit, vt oībus instrueret ignorātē. Breuiter ne lōgitudine sermonis tps tereret, cum ipsa breuitatis admoneret. In ambas, honesta locutio in ambas potius quā in duas, ītelligenim q ambas vias dixerit, q̄ essent natæ ex vna. Melioribus vtere fatis, placauit sibyllam & Aeneæ fœlicia ominatus est. Mœnia lata videt, locum describit idoneū coercendis reis. Primo triplici muro clauditur, ne facile euadere possint. Portæ ita sunt robustæ, vt neq; diuina vi neq; humana possint frāgi. Postremo omnia fluuius claudit, q & saxis & flāmis transitum prohibet.

CHRI. NOX. ru. æ. nos. f. d. h. Grauissima increpatio. q. d. Nos, tps ipm qđ nō nisi in rebus serijs adhiberi ꝯuenit i vanis, futilibusq;, & nihil profuturis terrimus. Partis, p ptes, ait Priscianus. Ambas, cōpēdiose loqtur ne in id īcidat vitiū, cuius Aeneā dānabat, postuerat aūt hactenus eos in qbus vitia ac ꝟtutes pmiscue esse possent, nūc aliam dicit esse viā, quæ ducit ad bonos, aliā quæ ad malos. Dextra, nam omnia dextra bona, quemadmodum oīa sinistra mala. Ergo recte ad beatos deducit dextra via. Quod etiā samius Pythagoras expressit in littera y. Cuius ipse auctor extitit. Nam cum vnicā linea ad aliquod spacium feratur indicat eam vitæ partem, quæ nec virtuti nec vitio propter teneram ætatem emancipatur. Cum ꝟo peruētum est ad biuium, & alter ramus in dextram surgit, alter in sinistram flectitur, tūc bonos a malis diuidit, vt ostendat qua via pergant soli boni, & qua rursus soli mali. Vnde Persius, deducit

:suis, deducit trepidas ramosa in compita mentes. ⁋ Explebo, reddam. Serui. vel (audiamus Macrobium) qui ait animam corpori quadam certa numerorum ratione sociari, qui cum defecerint, illa arcana via soluitur, qua societas vitae constabat, quo in loco adducit auctoritatem huius carminis. ⁋ Muro, ambitus murorum. Ostendit ambitum conclusum in vitiis a quibus ita complexi sumus, vt inde abire non liceat. ⁋ Triplici, quia mente, verbis & actione peccatur vel notatur quod initium peccati a mala mente est, a qua secundo loco surgunt actiones, ex quibus frequentatis tertio loco prohibetur habitus. Huiuscemodi in peccatis progressum ita explicat sacrorum carminum poeta. Beatus vir qui non abiit consilio impiorum. i. qui non vertit animum ad deprauatas cogitationes. Et in via peccatorum non stetit. i. non frequentauit actiones secundum malas cogitationes. Et in cathedra pestilentiae non sedit. i. non obduxit in illis habitum. ⁋ Porta ingens, nam late patet via quae ducit ad vitia. ⁋ Solido, duro. Nihil. n. est adamante durius. Vel solido, quia columnae non sunt tabulis adamantinis (?) sed sunt totae ex adamante, adamas autem Graece dicitur, quia nulla vi dometur ab α priuatiua & δαμάω domo. Nam neque ferro neque igni vincitur. Nam in incudibus positus ita ictus respuit, vt ferrum vtrique dissultet. Ignium autem adeo victrix est eius durities, vt igni imposita nunquam incalescat. Verum vt appareat concordia discordiaque rerum naturae, quam sympathiam antipathiamque graeci vocant. Haec vis ferri ignisque contemptrix sanguine hircino frangitur, ac non aliter quamquam recenti calidoque macerata. Dissidet cum magnete lapide intantum, vt iuxta positus ferrum non sinat trahi. Venena facit irrita. Timores pellit, ponit autem locum & aedificia & materia quae sunt aedificia & situ et custodibus inexpugnabilem, quia ex habitu vitiorum impossibile pene est ad virtutis gradum reuocare, nec tamen excusatur, quia in eo est. Nam quamuis non videatur voluntario peccare, quia ab habitu cogitatur, tamen quia actus ex quibus ipse cognoscebat se inhabitum labi voluntarii, & in sua potestate erant voluntarium dicitur peccatum. Quapropter quemadmodum qui lapidem contorturus erat poterat non torquere quamuis deinde cupiat cum iecerit reuocare tamen dicitur voluntario ferire, quia principium contorquendi in eius arbitrio fuerat. Sic & ille qui habitu iam facto peccat, iure dicitur voluntario peccare, quoniam viderat ex actis a quibus abstinere facile poterat se venturum in illam necessitatem.

Vis[a] vt nulla Virum, non ipsi excindere bello
Caelicolae valeant. stat[b] ferrea Turris ad auras[c],
Tisiphoneque sedens palla succincta cruenta,
Vestibulum insomnis seruat noctesque diesque.
Hinc[d] exaudiri gemitus, et saeua sonare
Verbera. tum stridor ferri, tractaeque[e] catenae.
Constitit Aeneas, strepitumque[f] exterritus hausit.
Quae scelerum[g] facies o Virgo effare? quibus ue
Vrgentur poenis? quis tantus plangor ad auras?
Tum Vates sic orsa loqui. dux inclyte Teucrum,
Nulli[h] fas casto sceleratum insistere[i] limen.
Sed me[k] cum lucis Hecate praefecit auernis,
Ipsa Deum poenas[l] docuit, perque omnia duxit.

a ⁋ VIS ET nulla virum, virum non ad sexum retulit, sed ad virtutem, hoc est virorum fortius, vt Cicero, Virum res illa quaerebat, cum de viro forti diceret. Per hoc ostendit nullum de tartaro ad superos posse remeare, ne numinum quidem fauore. b ⁋ Stat, emicat. c ⁋ Auras autem inferis congruas intelligamus. Statius de Mercurio ait libro secundo the. Vndique pigrae ire vetant nubes, aut turbidus implicat aer, Pigrae. n. aurae ei impediebant volatum. De illo eni loco multi quaerunt, Quis tantus plangor ad auras, & pollio dicit Aeneae & Sibyllae quas secum traxerunt illi, cum constet esse illic auras. d ⁋ Hinc exaudiri, exaudiebantur. e ⁋ Tractaeque catenae, & genitiuus singularis potest esse, & nominatiuus pluralis. f ⁋ Strepitumque exterritus hausit, hausit & exterritus est, hypallage, ergo est. g ⁋ Scelerum facies, species, vt supra Visa maris facies. h ⁋ Nulli fas casto, pio, & haec responso ostendit Aeneam quidem voluisse ingredi,

sed quasi pium prohibitum. i ⁋ Insistere limen, In isto illam rem dicimus, non illi rei, quod qui dicunt decipiuntur propter isto illi rei. k ⁋ Sed me, quia occurrebat. Vnde ipsa cognouisti? l ⁋ Poenas deum docuit, aut quas dii nocentibus statuerunt, aut titanus, quos legimus deos, quasi ex terra progenitos, Aut re vera dicit poenas deorum. Fertur namque ab Orpheo quod dii peierantes per stygem paludem nouem milibus annorum puniuntur in tartaro. Vnde ait Statius, Et styx periuria diuum Arguit.

DON. ⁋ DVX INclyte, magna poetae copia, quoties. n. sibylla loquentem inducit cum Aenea, toties principia cum eius laude variauit.

CHRI. ⁋ COELICOLAE, nam etiam vi illa rationis quae in nobis coelestis diuinaque est vix habitum tollere potest. ⁋ Stat, erecta est. ⁋ Tisiphone, recte pro conscientia nostra ponitur. Nam illa semper cruciamur. ⁋ Quae scelerum facies, iure miratur vir bonus, vnde sint animi tormenta, interrogauit sibyllam in

rōnem, illa aūt docet quæ diuino fauore didicerat. ¶ Nulli casto, ipoluto a vitijs nōn licet esse inter vitia, ergo illa rōne, nec vitia norit rō, neq; quæ supplicia sint vitijs, sed intelligimus noster is enim est sibylla, cum ab imortali deo pfectus sit inferno. i. appetitui quæ pars inferior est, & in qua vitia versant illa diuino adiutus fauore cognoscere valet.

Gnosi[a] hæc Rhadamāthus[a] hẽ durissima regna.
Castigatq;, auditq; dolos, subigitq;[b] fateri,
Quæ quis apud Superos furto[c] lætatus inani
Distulit[d] in serā cōmissa piacula[e] mortem.
Continuo sontes vltrix accincta[f] flagello
Tisiphone quatit insultans, toruosq; sinistra
Intentans angues vocat agmina[g] sæua sororū.
Tū demum[h] horrisono stridētes cardine sacræ[i]
Panduntur Portæ. cernis[k] custodia qualis
Vestibulo[l] sedeat? facies quæ limina seruet?
Quinquaginta atris[m] imanis hiatibus Hydra
Sæuior intus habet sedem. tum Tartarus[n] ipse

SER. a ¶ RHADAmāthus, hic & Minos et Aeacus filij Iouis & Europæ fuerūt, q postea facti sūt apud inferos iudices. b ¶ Subigitq; fateri, cōpellit ad pfessiones. c ¶ Furto læta tus inani, latebra nō valde p futura, qppe q̄ fuerat publicāda post mortē. d ¶ Distulit īserā, ī grauē, vt Sex. bellū in angustijs futuꝝ. e ¶ Piacula cōmissa, pp q̄ expiatio adhibet. f ¶ Accincta fla. aut li dixit qŏ videm⁹, qa q lōgo flagello vtit, vt is post ictū i se reuoluat nece ē, Aut accīcta ē īstructa ad vbera. i. idest nocētes flagello qtit ipa pparata. g ¶ Agmīa sæua soroꝝ, aut ipet⁹, aut de harpiys dixit, aut Fpētū agmina q̄s p comis hñt. h ¶ Tū demū horrisono, mittūtur inqt post vbera ad æternū suppliciū, & ē secut⁹ ordinē iuris antiquū. Nā post habitas qōnē ad tullianū ad vltimū suppliciū mittebant. Alij li a poeta dctū volūt, vt illa loqnte itelligamus portā eē patefactā, Alij continuāt narrationem. i ¶ Sacræ execrabiles. k ¶ Cernis cu. q̄lis, custodia ē q̄ custodit nō q̄ custodit. Vsurpatū aūt ē sicut hospita, sicut nepṫ. Nā hic & hæc custos facit. Hæc. n. q̄ finiunt i o vt fullo, i os vt nepos, in es vt hospes, fœminina ex sē nō faciūt, q̄ aūt īueniunt vsurpata sūt. Vñ & dissimilia īueniunt Nam custos custodia facit, & nepos neptis. l ¶ Vestibulo sedeat, sigñat Megærā, ĥ āt dicit cernis hāc q̄; sæua sit, sunt & intus aliæ. m ¶ Atris imanis hiatib⁹. q̄ sæuior q̄; hydra fuit. Mlti ipas hydrā fuisse dñt, qŏ ñ pcedit. Nā eā in aditu legimus īferoꝝ. vt Ac bælua lernæ, quā alij tria volūt habuisse capita, alij nouē, vt Simonides dit qnq̄gita. n ¶ Tartarus. vel qa oīa illic turbata sunt ἀπὸ τῆς ταραχῆς, aut qŏ est meli⁹ ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν. i. a tremore frigoris. Sole. n. caret.

DON. ¶ QVIS TVLIT. nā q̄uis hoīes latuerūt scelerati nō pœnas euaserūt, sȝ in aliud tp̄s distulerūt. ¶ Custodia q̄lis, nō exp̄sūt q̄ essent, vt qcqd tetrū horrēdū ac detestabile eēt, ꝓuens colligeret æstimatio, Ergo suppressit specia-

CHRI. litates, nē sola putaret q̄ forte posuisset. ¶ Sedeat, vt ostendat assiduitatē & continuationem facti. ¶ GNOSIus, cretēsis a gnoso vrbe, nā q̄uis multas vrbes hēret creta Tres tñ oīum reliquaꝝ teste Stra. in eadē insula excellētissimæ fuerunt. ¶ Gnosos, Gortina, & Cydonia, Est gnosos in īsula pte aglonariæ regiōe pelloponēsi, q̄ sequētibus tpibus romanoꝝ colonia facta est. ¶ Rhadamāthus, vide Ser. Strabo tñ dicit auctore Ephoro Rhadamantū antiqssimum cretæ regē fuisse, & pmū legibus cretēses instituisse, cuius imitator Minos deinde extitit fratrē q; habuit ex huius imitatione Rhadamātū appellatū. Diodo. tñ siculus ait Iouē e phœnicia in cretam Europam rapuisse, & ex ea Minoē Rhadamanthum & sarpedonē genuisse, ac deīde Europen Asterio regi cretensi vxorem dedisse, qui cum filijs careret, illos in successiones regni adoptauit, & Minos regnū suscepit, Rhadamāthus leges cretensibus tulit. ¶ Durissima, quia ibi iudices inexorabiles grauissima supplicia inferunt. ¶ Subigit, cogit. ¶ Flagello, pprie flagra sūt virgæ subtiliores in arboribus dictæ qa ventoꝝ flatu facile cōmoueant. ¶ His aptissime verbera ineutiūt, a flagro vo fit flagellum, Iuue. Mittent baccæ: frena, flagellū, est autē ex more Ro. tractū q prius vberabant, deinde capite mulctabāt. ¶ Custodia, custodia ēt pro eo qui custodit ponit, vt in iure ciuili. Si custodia se interfecerit, vel pcipitauerit, militis culpæ ascribit, & Sueto. de Domitiano, nec nisi secreto, & solus plærasq; custodias receptis in manu catenis audiebat. Hic autē pro custode ponit. ¶ Qualis, nihil aūt diffiniuit, sed ita locutus est, vt qcqd terribile & horrendum inueniri possit, cogitatio auditoris colligere queat. ¶ Vocat agmi. Sic Sta. stridor ibi & gemitus pœnaꝝ atroq; tumultu Feruet ager sæpe Eumenidum vocesq; manusq; In mediū sonuere diē. ¶ Hydra, de hac dictum est in superioribus.

Rhadamāthus

Custodia

¶ BIS PATET

Bis ᵃ patet in p̄ceps tm̄,tenditq; sub vmbras.
Quātus ad æthereū Coeli suspectus Olympū.
Hic genus ᵇ antiquoꝝ Terræ, Titania pubes
Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo
Hic ꝛ Aloidas ᶜ geminos ᵈ immania vidi
Corpa , qui manibus magnū rescidere Coelum
Aggressi,superisq; Iouem detrudere regnis.
Vidi ꝛ crudeleis ᵉ dantem Salmonea ᶠ poenas,
Dū flāmas Iouis,ꝛ sonitus imitatur Olympi.
Quattuoꝛ hic inuectus equis,ꝛ lāpada quassans
Per graium populos,mediæq; ᵍ per Elidis vrbē,
IBat ouans,Diuomq; sibi poscebbat honores
Demēs,qui Nimbos,ꝛ non imitabile Fulmen
Aere,ꝛ cornipedum cursu simularat Equorum.
At pater oīpotens densa ʰ inter nubila telum
Contorsit ᵏ,non ille faces,nec fumea ˡ tædis

a ſ BIS PATET in p̄ceps,id in p̄ceps addidit, qa pōt q̄d ēt sursum patere. Vř aūt hoc a ptis decliotibus id dictū, qa sm rōnē sphæræ sol cū in vnā pcesserit partē duæ q̄si tartaꝝ faciūt,vna a q̄ discessit,& altera ad quā nūq̄ accedit,qđ melius sphæra idicat rō. Hoc aūt dicit,Tartaru' ipse bis tm̄ in p̄ceps patet , & tendit sub vmbras ,q̄tus ē suspect'.i.altitudo ad olympū æthereū , & sic Hom̄.de tartaro. b ſ Hic genus atiquū terræ.i.primū. Titanas.n.p̄ Saturnū genuit gigātes postea p̄ Iouē,ꝛ ferūt fabulæ Titanas ob irata ptra deos Terra in eius vltionē creatos,vn̄ & Titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως i.ab vltione. De his aūt Sol abstinuisse narraẗ ab iniuria numinū,vn̄ & coelū meruit. c ſ Aloidas gemios,Aloe' Iphimediā vxorē hr̄uit,q̄ cōpressa a Neptūo duos pepit Otū,& Ephialtē,q digitis nouē p singulos mēses crescebāt.Freti itaq; altitudine coelū voluere subuertere,sed cōfixi sunt Dianæ & Apollinis telis,Aloidas aūt sic dixit, vt ō Hercule Amphitrioniades,& sæpe diximus hoc de odyssea Hom̄.n.λ.scribitur.

τὴν δὲ μετ' ἰφιμέδειαν ἀλωῆος παράκοιτιν
εἴσιδον ἣ δὴ φάσκε ποσειδάωνι μιγῆναι
καί ῥ' ἔτεκε δύο παῖδε μινυνθαδίω δὲ γενέσθην
ὦτόν τ' ἀντίθεον τηλεκλειτόν τ' ἐφιάλτην

d ſ Gegmios,sui sīles. e ſ Crudeleis poenas,sæuas,nimias'. Nā nō dicit idignās ferētē,q sacrilegus fuit. f ſ Salmonea.i.Salmoneus Aeoli fili' fuit,nō regis vētoꝝ,s; cuiusdā apō Elidē vbi regnauit,q fabricato pōte æreo sup eū agitabat currus ad imitāda tonitrua,& in quē fuisset iaculat' facē , eū iubebat occidi,h postea veꝝ expertus ē fulmē. g ſ Mediæq; per Elidis vrbē,hic ē idignatio,qp i ea ciuitate Iouem imitabaẗ,in q̄ spāliter Iuppiter colitur. h ſ Dēsa īter nubila,oñdit fluminis causas & originē. i ſ Fumea lumina.i.terrena, Nam æthereus ignis caret fumo,solō.n.splendore viget. k ſ Cōtorsit,piecit cum impetu.

ℭ BIS PATET in p̄ceps , vt sic coeli altitudo sit cētū,pfunditas iferni sit ducētē.Ne aloidę, q manib' coelū tāgerēt,ex infimo iferno fastigiū possent tāgē & ide abire. ℭ BIS PATET in p̄ces,Demōstrat eē eq̄les ascensum & ascēsum , qa īter vitia & v̄tutes est positus. Alij dīit qđ tāta est ista imersio q̄ta eē pōt sensibilis affectus eīmersio si respectū desideraret & sic bis patet tartarus, qa cū virtutū sit vnica rō,nā nunq̄ discedūt a mediocritate ,sed circa illā semp v̄sanẗ, vitioꝝ p̄ duplex ē p̄cipitiū,alteꝝ qđ in excessu,alteꝝ qđ in defectū plabiẗ. ſ Genus antiquū terræ,iure optimo tar q̄maximū oīm vitioꝝ supbiā in imo fundo collocat,nā oē vitiū tāto magis distat a coelo,q̄to ipsum maius est,bn̄ aūt titanes & gigātes p supbia ponuntur. Quid.n.supbius q̄ nāæ repugnare,Neq; aliud est,si Ci.audiam',bellū more titanū & gigantū adūsus deos gerere,q̄ nāæ repugnare q̄ re nihil alienius est ab hūanitate ſ Voluunẗ.q.d.humi prostranẗ,quæ poena pgruentissima est supbis vt q supra cæteros sese extollere tentāt,ij ifra cæteros iaceant. Vnde illud Deposuit potētes de sede & exaltauit humiles.Eadē rōne & aloidæ & salmoneus p superbis ponunẗ. ſ Hic , repetitio est color rhetoricus. ſ Elidis vr.nā cū summum sit scelus Iouē cōtemnere , qd dicemus de eo q illū in ea cōtēnebat vrbe in qua ipse p̄erat. vt sit similis hæc quærela illi loco In regnis hoc ausa tuis,geneologia autem est,quod ex deucalione natus sit Aeolus,ex æolo Salmoneus,ex Salmoneo Tiro puella,Vlyxes apō Home.ait,inter quas Tiro nobili patre genita,fortis.n.salmonei filia erat hæc Cretheo Aeoli filio nupsit,Hæc Enipeum fluuioꝝ pulcherrimum adamauit. Igitur Tiro filia fuit Salmonei & alcides filiæ Elei ex Neptuno conuerso in Enipeum Pelian & Neleum genuit,ex Cretheo vero Amithaonem Pheretum & Aesonem patrem Iasonis.

SER. a CADEGIT, ſpegit. b ¶ Necnō & tityon, Tityus ſcōm aliquos filius Terræ fuit, ſecun dū alios a Terra nutritus. Vñ elegit ſermonē quo vtrunq3 ſignificaret. Nā alumnum di xit. Hic amauit Latonam, ꝓpter quod Apollinis telis confixus eſt. Damnatus eſt autē hac lege apud Iferos, vt eius iecur vult exedat. Quanquā Homerus in Vlyſſis dicat duos vultures ſibi in eius pœnam ſuccedere, vnde hæc dicit de tityo.

Lumina ꝑcipitemq; imani turbine adegit.[a]
Necnon[b] & tityon terræ omniparētis alumnum
Cernere erat, per tota[c] nouē cui iugera corpus
Porrigitur, roſtroq; immanis Vultur obunco
Immortale iecur tondēs: foecundaq;[d] poenis
Viſcera: rimaturq;[e] epulis, habitatq3 ſub alto
Pectore, nec fibris[f] requies datur vlla renatis.

καὶ τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱὸν κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα· γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον δέρτρον ἔσω δύνοντες.

Sane in vſu eſt vultur, licet Cicero vulturis dixerit, & Plau. in curculiōe, Iacuit vulturios quatuor, qđ qdē pōt eſſe ēt deriuatiuū. Ennius, Vulturis in ſiluis miſeꝝ mādebat homonē. Declinatur aūt hic Tityos huius tityi, vt Delos deli. c ¶ Per tota nouē cui iugera corp⁹ Porrigit, Quātū ad publicā faciē, magnitudinē oſtēdit corpis, ſed illud ſignat, qđ quia de amatore loquit, libidinē late patere, vt ait ſupra, Nec pcul hic partē ſuſi mōſtrant in oēm Lugētes cāpi. Sane de de his oībus rebus mire reddidit rōnē Lucretius, & ꝯfirmat in nr̄a eſſe vita oīa q̄ fingunt de Iferis. Dicit. n. Tition amorē eſſe, hoc eſt libidinem, q̄ ſm phyſicos & medicos in iecore ē, vt riſus i ſplene, iracūdia in felle. Vñ ēt exeſum a vulture dr̄ i pœnā renaſci, etenī libidini nō ſatiſſit re ſemel pacta, ſz recrudeſcit ſemp, vñ ait Horatius Incōtinētis aut Tityi iecur. Ipſe ēt Lucretius dicit p eos, ſup quos: caſurus īminet lapis, ſupſtitioſos ſignari, q inanit ſemp verētur, & de dijs & cœlo & locis ſupiorib⁹ male opinantur. Nā religioſi ſunt q p reuerētiā timēt. Per eos āt q ſaxū voluūt, ambitū vult & repulſā ſignari, qa ſemel repulſi potiores ambire nō deſinūt. Per rotā aūt oſidit negociatores, qa ſp tēpeſtatib⁹ turbinibuſq; voluūtur. d ¶ Fœcundaq; pœnis, fœcunda in pœnā. e ¶ Rimat, paſcit, vt Rimant prata caystri. f ¶ Fibris, fibræ ſunt eminentiæ iecoris.

DON. ¶ TITYON. Monoptoton declinat, nā Tityonē diceret, ſi per caſus variari potuiſſet.

CHRI. ¶ NECnō & Tityon terræ oīpa. alū. De his fabulis hæc eſt Macro. ſnīa vulturē eſſe tormētū ꝯſcientiæ obnoxia flagitio īteſtina rimātis, & ipſa vitalia admonitionis ſceleris lacerantis, & ſemꝑ curas ſi requieſcere cenſet excitātis, nec vlla ſibi miſeratione parcētis. Nā ſe iudice nemo nocēs abſoluit. Illos aūt qbus epulæ añ ora paratæ ſunt, auaros eſſe itelligit. Eſt. n. auaritiæ ſemp q̄rere, ſz ab acqſitis abſtinere. Qui radijs rotarū3 deſtricti pēdēt, ſunt qui nihil ratiōe & ꝯſilio p videntes nihil virtutibus explicātes, ſe fortunæ cōmittunt, eu ius caſib⁹ ſemper rotant. ¶ Saxum ingēns voluūt, qui ineſficacibus laborioſiſq; conatibus vitā terunt. ¶ Quos ſuper atra ſilex, ij ſunt q nimias poteſtates & infauſtas tyrannides ambiunt nūq̄ ſine timore victuri. Lucre. autē pro tityo itelligit eos qui amorum aut reliquarum turpitudinum curis laniantur. Vnde ait ſed Tityus nobis eſt ipſe in amore iacentem, Quē volucres lacerent atque is eſt anxius angor, aut alia quanuis ſcindunt turpitudine curæ. Vlyxes apud Home. de Tityo ſic ait. Inde et tyon almæ terræ inclytum filium per nouē iugera humi porrectum vidi Grypes vtrinq; eius ēpar exedūt neq3 ipſe eos abigit. ¶ Latonæ enim pulchræ vim inferre tentauit. ¶ Nouem iugera, ſic idem Lucre. Quid non ſola nouem diſperſis iugera membris Obtineat. De iugere autem diximus in Geor. ¶ Vulturis, nidū3 vulturis teſte Plinio nemo attigit. Nidificat enim in excelſiſſimis rupibus. Fetus quidem ſæpe cernuntur fere bini, refert idem Plini. Vmbritium in ſuo æuo aruſpecū peritiſſimum tradere quod vultures pariunt oua tredecim, & vno ex ijs reliqua oua & nidum luſtrant mox illud abijciunt. Triduo autem ante, aut biduo eo aduolant vbi cadauera futura ſunt. ¶ Rimaturq; epu. Rimari proprie eſt diligenter Inquirere, tranſlatio ab ijs qui in rimis aliquid inueſtigant, & dicimus rimari paſci vt ſunt aues & ſues qui in rimis eſcam quærūt. ¶ Habitatq; ſub alto Pectore, oſtendit firmam ibi auis eſſe ſedem tanquam nuſquam alibi paſcatur. ¶ Nec fibris requies dat nulla renatis, Nā iecoris duo ſunt capita quas fibras appellant. Hæc aruſpices ita diuidebant, vt alterum ſacrificanti, alterum eius aduerſario aſſignarent. Erat autem maximi momēti ſiqd in extis apparet. Vñ ſacrificanti apud Labrētum ſyllæ i capite vitulini iecoris ſimitudo coronæ appuit qđ ſibi regnum portēdit. Eſt aūt iecur amoris ſedes. Quare recte fingitur iecur in hoīe libidinoſo dēpaſci. Vultur

SER. CQVID memorem lapithas? Hi populi Thessaliæ, quibus imperabat Ixion amicissimus (ut supra diximus) Ioui phlegiæ filius, qui post Nubis coitũ fictæ in formas Iunonis, cũ se de eius stupro iactaret, ab irato Ioue ad inferos trusus ẽ, & illic religat⁹ ad rotã circũfusã serpentibus.

Quid mẽorẽ Lapithas, Ixiona, Pirithoumq́ᵇ?
Quos super atra silex iã iã lapsura cadenti
Imminet adsimilisᶜ. lucentᵈ genialibusᵉ altis
Aureaᶠ fulcra toris, epulæq́ ante ora paratæ
Regificoᵍ luxu. furiarumʰ maxima iuxta
Accubat, & manibusⁱ prohibet cõtingere mẽsas,

b ſ Pirithoumq́, hic vnus de Lapithis fuit, q descendit cũ Theseo ad rapiẽdã Proserpinã. c ſ Adsimilis, ad vacat, & a maiorib⁹ ad ornatũ adhibebatᷣ, ita adiuenire p inuenire legimus. Hora. Qua pplus adst a cert limitib⁹ vicina refugit iurgia. d ſ Lucẽt genialib⁹ altis, aliud est. Tantalus rex Corĩthiop amicus numinib⁹ fuit, q cũ frequẽter eos susciperet, & quodã tpe defuissent epulæ, filiũ suũ Pelopem occidit, & dijs epulãdũ apposuit. Tũc abstinẽtibus cunctis Ceres humeꝝ eius exedit, & cũ eũ dij p Mercuriũ reuocare ad superos vellẽt, eburneus est ei humerus restitutus, sicut sup, Humeroq́ pelops insignis eburno. Id aũt sola Ceres dr comesse, qↄ ipsa est Terra, q̃ corp⁹ soluit. Per Mercuriũ aũt ob hoc fingit ẽẽ reuocat⁹, ꝙ ipse est deus prudẽtiæ, per quã phi dephenderunt παλιγγενεσίαν, vel μετεμψύχωσιν. Tantalus autem hac lege apud inferos dicitur esse damnatus, vt Eridano inferoꝝ stans nec vndis p̃sentibus, nec vicinis eius pomarijs p̃fruatᷣ, quẽadmodum & Homerus ἐν τῷ λ. describit.

καὶ μὴν τάνταλον εἰσεῖδον κρατέρ᾽ ἄλγε᾽ ἔχοντα
ἑσταότ᾽ ἐν λίμνῃ ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ.
στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ᾽ οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι.

Per hoc autem auaritia significatur, vt etiam Hora. Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina, qd rides? mutato nomine de te Fabula narratur. e ſ Genialibus, veluti genialibus. Nam geniales proprie sunt qui sternuntur puellis nubentibus, dicti a generandis liberis. f ſ Aurea fulcra, quibus fulcimur, idest sustinemur. g ſ Regifico luxu, regio ambitu. h ſ Furiarum maxima, vnde & famẽ prænunciat, vt hanc esse furiarũ maximã doceat, nã de harpijs famẽ p̃nũciãte dixit furiaꝝ. Ego maxima pando. i ſ Et manibus, eoꝝ scilicet non suis.

DON. CQVID memorẽ lapythas, genus est transitus per omissionem & ponitᷣ, ne continuatio narrationis horrescat.

CHRI. CQVID memorẽ laphytas, & laphytæ ppli sunt Thessaliæ quoꝝ sedes i othri mõte fuit ſ Ixiona, hic ex Phlegya Martis filio nat⁹ & Iouis secretari⁹ fact⁹ Iunonẽ de stupro cõpellauit, At iupiter simulachrũ iunonis ex nube fabricatũ sibi obiecit, In quam cũ semen emitteret centauros genuit. ſ Hac fabella denotanᷣ tyrãni, q ad alta cogitatiõe rapiũtur, iunonem q interpellant deã regnorum qa regna nullo iusto titulo inuadere audẽt. Ex nube gignũt cẽtauros, qa eorum mõstruosa optata istabilia sunt. Fuit aũt ixion p̃mus, q apud græcos tyrãnidẽ occupare aggressus ẽ, & cũ ab aliq̃ humanitate iceperũt, feritates postremo deueniũt, iure igiᷣ Cẽtauri gẽiti sẽ q primas ptes hoĩs postremas feræ habent. ſ Pirithoũq́, Pirithous filius fuit ixionis nõ ex nube, sed ex p̃iuge, q cũ esset Theseo amicitia iunctus, & Hippodamiæ nuptias celebraret & in sacris Martẽ ihonoratũ reliqsset, cẽtauri Marte istimulãte rape hippodamiam conati sunt. Deide mortua Hippodamia relicto Polypote filio, p̃iurarũt & ipse & Theseus nullã ducturos vxorẽ, nisi iouis filiã, & cũ Helenã rapuissent, q̃ oĩm pulcherrima annũ decimũ tũc agebat, euenit sorte, vt ait Diodorus siculus, vt Theseo illa cõtingeret, itaq́ ad iferos, vt caperent Proserpinã descẽderũt, vbi Pirithous a Cerbero iteremptus, & Theseus retẽtus est. Historia est hos molossoꝝ regi vxorẽ surripere tẽtasse, sꝫ canẽ regis pirithoũ interemisse, Theseũ ꝟo captum in vinculis fuisse retentũ, donec ab Hercule liberatus fuit. ſ Quos sup atra silex, pœnã superstitiosoꝝ exprimi huiuscemodi volunt, q deoꝝ iram atq́ pœnas sibi semp imminere putãt, nunquãq́ anxietate carent, tã quã illa iam iã super eos lapsura sit. ſ Lucẽt genialibus altis, Notat auaritiã, in qua tãto furore afficiunᷣ, vt cũ in dies magis magisq́ diuitias augeant, Nihil tamen inde in vsus etiã necessarios assumere audẽt. Huiuscemodi homines per Tantalum exprimunᷣ q cuꝫ in aquis ad mentũ vsq́ sit, & ad hos pene descendant arborum rami pulcherrimis, optimisq́ pomis onusti, tamen neq́ cum sitiat bibere, neq́ cum esuriat esse aliqd valet aqua pomisq́, cuꝫ carpere cupiat recedẽtibus hoc Horatius exprimit. Tantalus a labris sitiens fugientia captat, flumina, quid rides mutato nomine de te fabula narratur, congestis vndiq́ saccis indormis inhians, & tanquam parcere sacris cogeris, de Tantalo Vlyxes

Ixiõ

Pirithous

Homericus ait Vidi tātulū grauiter in palude laborātem, A quaq̃ vsq; ad mētū erat quotiēs ꝓo bibē volebat vsq; ad ima vada diffugiebat. ⁋ Altæ, supra caput arbores Piri, punicæ, ma li, ficus dulces, q̃ties legē volebat, sæuus vētus ꝑ nubes auferebat. Petronius & poeta dixit. Nec bibit inter aq̄s nec poma cadētia carpit Tātalus infœlix, quē sua vota ꝑmūt. ⁋ Genialibus, notationē huius dictionis expssimus in georgicis in v̄su illo Inuitat genialis hyems.

SER.

Exurgitq; facem[a] attollens, atq; intonat ore.
Hic quibus[b] inuisi fratres, dū vita manebat.
Pulsatus ue[c] parēs, & fraus[d] innexa clienti.
Aut qui diuitiis soli incubuere repertis,
Nec ptem[e] posuere suis, quæ maxima turba est.
Quiq; ob adulteriū[f] cæsi, quiq;[g] arma secuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,
Inclusi pœnā[h] expectant. ne quære doceri
Quā pœnā, aut q̄ forma[i] viros, fortūaue mersit.
Saxum[k] ingēs voluunt alii, radiisq;[l] rotarum

a ⁋ FACEM attollens, iniiciēs ignē auaritiæ, vt abstineant. b ⁋ Quibus inuisi fratres, Hæc q̄des pstat esse dicta gñaliter. Pñt tñ & ad speciē trahi, vt Aegystum & Danaum, Atreum similit̄ & Thyestem, Eteocles & Polynicē significare videat̄. Bene autem dicēdo inuisi ꝑ id qđ leue est, etiā maiora amplexus est. c ⁋ Pulsatus ue parens, Itē quod leuius est dixit, parricidii cōparatiōe. Possum⁹ aūt Oedipū accipere Laii extīctorē. d ⁋ Aut fraus innexa clienti, Ex lege. xii. tabularum venit, in quibus scriptū est, Patronus si clienti fraudē fecerit sacer esto. Si eni clientes q̄si colentes sunt, patroni q̄si patres, tantūdē est clientē, quātū filiū fallere, & hoc posse fieri ex Horatii dictis itelligimus, q cū loqueret̄ de auaris potētib⁹, ait de vicino cliēte, Pellitur pñnos in sinu ferēs deos. Vrbano tñ hoc displicet, & dicit ratū esse hoc, magisq; contrariū, cū magis patronos decipiāt frequenter cliētes. Vult aūt intelligi ꝑuaricatores, q patroni sunt clientū, quos nūc susceptos vocamus. e ⁋ Nec ptē posuere suis, bñ addidit suis. i. cognatis affinibus. Hæc eni fuerat apud maiores donādi ratio, nō profusa passim. Nā hoc est velle inaniter ꝑdere. Vñ Cicero ait in libris legum, Stipem prohibeo. Nam auget superstitiones, exhaurit domos. Dignis igitur largiendum est, Vnde Horatius Cur eget indignus quisq; te diuite? idest indignus paupertate. f ⁋ Ob adulteriū cæsi, si occisi Aegystus significat Thyestæ filiū, si re vera cæsi. Salustium, quem Milo deprehensum sub serui habitu liberauit in adulterio suæ vxoris filiæ Syllæ. g ⁋ Quiq; arma secuti Impia, nec veriti dñoꝝ fallē dextras, Hoc loco videt̄ blādiri Augusto, qa ꝑ Cæsarem patrē eius multi q̄bus ignouit arma susceperāt. Est nanq; eius dictū, dare q̄dē se venia pōpeianis, sed ab ipsis q̄nq; esse piturū, vt arma impia ciuilia dixerit bella. Vel ea q̄ mouerūt pōpeiani ꝯtra acceptæ veniæ fidē, sed nō procedit. Nā si arma ipia dixit bellū

ciuile, tāgit & Augustū & Cæsarē, qui & ipsi bella ciuilia tractarūt. Itē si culpat eos q̄ ꝯ fidem datæ veniæ dimicauerūt, tāgit Augustū. Nā transierūt ad eum ab Antonio duo milia equū, per q̄s, est victoriā ꝓsecutus. Horatius, Adhuc frementes verterunt bis mille eq̄s Galli canētes Cæsarē. Fecit ꝓterea iniurias Augusto vel Cæsari, si eos dominos dixit, qđ apud maiores inuidiosū fuerat, vñ Tulli⁹ dñante sylla. Nā patres patriæ dicebant̄. Iuuenalis, Roma patrē patriæ Ciceronē libera dixit. Melius ergo est, vt bellū a Sex. Pōpeio Pōpeii filio i Siculo freto gestū accipiamus. Nā occiso p̄re Siciliā tenuit, & collectis inde seruitiis vastauit sex annis vltro citroq; Siciliā. Postea victus est ab Augusto, & Agrippa. Horatius, Minat⁹ vrbi vīcula q̄ detraxerat seruis amicus pfidis, & hoc sensu tā arma ipia q̄ dñoꝝ ꝯgruit cōmemoratio. h ⁋ Pœnā expectāt, qđ grauius est. Nā in expectatione & pñs met⁹ est & dolor futurus. in ipsa āt pœna solus ē dolor. i ⁋ Forma viros, regula. Singulis. n. sceleribus statuta sunt supplicia. Nā morē romanū sequitur. k ⁋ Saxum igēns voluūt alii, Sisyphum dicit, qui deoꝝ ꝯsilia hominibus publicauit qualis ab Homero describitur.

καὶ μὴν σίσυφον εἰσεῖδον κρατέρ᾽ ἄλγε᾽ ἔχοντα
λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν
ἤτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε
λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.

l ⁋ Radiisq; rotaꝝ, Ixionē dicit, vt alibi ostēdit, Atq; ixiōis vēto rota ꝯstitit orbis, l; sup̄ dixerit, Quos sup atra silex. Nā ð his fabulis variæ sunt in ipsis opīones auctoribus.

CHRI. ⁋ EXVRGIT q; facē attollens atq; intonat ore. Nā cū homo voluptate fruēdi partis trahat, vt aliquid assumat subito contra insurgit furor ille habendi & parcendi partis, qui vetet assumere. ⁋ Attollens facem, idest excitans in

ectans in te ardentissimam cupiditatem habendi, recte ergò facem quia omnis vehementer cupiditas flagrans ardensq; est. ¶ Aut q̄ diuitijs soli incubuere repertis. Quibus modis damnat auaritiam, quæ caput est omnium maloꝝ, & corruptrix tranquillitatis humanæ vitæ. Huius duæ species sunt. Altera qua rapimus, vnde non oportet, Altera qua nō damus, vbi dandum liberalitas docet. Nos ergo primo sēpe aīt hic puniri.

Districti pendent sedet: æternumq; [a] sedebit
Infoelix Theseus: Phlegyasq; [b] miserrimus oēs
Admonet, & magna testatur voce per vmbras.
Discite [c] iustitiā moniti: & nō temnere Diuos.
Vendidit [d] hic auro Patriā, dominumq; potētē
Imposuit fixit [e] leges pretio, atq; refixit.
Hic thalamū [f] iuasit natæ, vetitosq; [g] hymenæos.
Ausi [h] omnes immane nefas, ausoq; potiti.

a ¶ CAETER. numq; sedebit Infœlix these. Cōtra opinionē nā fert ab Hercule esse liberatus; quo tpe eū ita abstraxit, vt illic corporis eius relinqueret partē. Frequenter enim variāt fabulas poetæ, Hippolytū ab Iferis liberatum Virgili' dicit, Horatius ꝯ, Neq; .n. diana pudicū Liberat hippolytū. b ¶ Phlegyasq; miserrimus oēs Admonet, si noiatiuus est singularis hoc dicit, Phlegyas oēs admonet apud Iferos pœnas ferētes. Si aūt accusatiuus pluralis est, Theseū oēs phlegyas admonentē debemus accipe. Hi nanq; sm Euphorionē populi Isulani fuerūt satis in deos ipii & sacrilegi. Vn̄ iratus Neptunus pcussit tridēte eam partē Isulæ, quā phlegyæ tenebant. Phlegyas aūt pr̄ Ixionis habuit corōnidem filiā, quam Apollo vitiauit. Vn̄ suscepit Aesculapium, q̄ pr̄ dolēs incēdit Apollinis templū, & eius sagittis est ad Iferos trusus. Statius, phlegyam subter caua saxa iacentē Aeterno ꝑmit accubitu. c ¶ Discite iustitiā, vel nūc in pœnis locati. d ¶ Vēdidit hic auro patriā, & hæc licet gn̄aliter dicant, habēt, tn̄ specialitatem. Nā lasthenes Olynthū philippo vēdidit, Curio Cæsari viginti septē milibus aureis Romā, de quo Luc. Galloꝝ captus spoliis & cæsaris auro, & illud emere oēs, hic vēdidit vrbem. e ¶ Fixit leges ꝑcio atq; refixit, Possumus Antoniū sm Ciceronē in philippicis accipere. Fixit autem ideo, quia incisæ in æreis tabulis leges affigebantur parietibus. f ¶ Hic thalamū inuasit natæ Thyestes Pelopeæ filiæ. Vnde Aegystus natus est. Item Ciniras filiæ Myrrhæ, de qua natus est adonis, Nam quod Donatus dicit nefas est credi dictum esse de Tulio, quod conuitiū a Sal. ciceronis inimico natū est, q de illo inquit filiæ matri pellex, g ¶ Vetitosq; hymenæos, legibus scilicet. Nam dicendo vetitos ostendit fuisse non vetitos, velut est apud persas hodie, vnde Catul. ait de cōcumbentibus cū matre persis, nam magnus ex matre & gnato gignatur oportet, si vera est persarum impia religio. Vnde Donatus male ait, natura & legibus vetitos. h ¶ Ausi omnes imane nefas,

ausoq; potiti, illic sunt & q fecerūt & q conati sunt. Dicit aūt secūdum ritum romanū, in quo non tātum exitus punitur, sed etiam voluntas.

¶ LEGES precio .f. Omnia hæc scelera posuit Maro, vt viuentes ad bonos mores metu pœnæ reduceret.

¶ VENDIDIT hic auro patriam, redegit in seruitutem, quasi dicat, Eam a qua liber productus est seruam esse voluit, idq; nulla alia causa ductus nisi auaritia. ¶ Patriam, cum indignatione proferendum, quasi dicat, eam q̄ nihil carius habere debuit. ¶ Dominum nō illi vendidit, qui eam pro filia gubernaturus esset, sed qui seruitutis iugo pressurus, Nam domino seruus respondet, ergo tirannus est. Nam antiqui in publicis rebus nunquam aliter dominum sumpserant, q̄ tyrannum. ¶ Potentem, auget scelus, quasi dicat, eum a quo non facile se liberare possit. ¶ Fixit. p. Nam cum leges ad æquitatem & communem vtilitatem ferri debeant, & ita latas firmas stabiles esse oporteat, iste quia omnia venalia haberet oblato premio & ponebat & remouebat. Est autem indignatio a causa. ¶ Fixit, vide serui. hinc Ouid. Nec verba minantia fixo, aere ligabantur, nec supplex turba timebat iudicis ora sui, Sunt autem versus a Varrio poeta ait enim, Vendidit hic latium populis, argosq; qui ritus Eripuit fixit leges, precioq; refixit, vide Seruium vehementer laborare, vt ostendat poetam voluisse in singulis sceleribus singulos carpere homines. Verum ego puto voluisse illum species scelerum prosequi non singulos sceleratos insectari. ¶ Inuasit, tanq̄ raptor & hostilis, Est. n. inuadere in aliena hostiliter irrumpere, cum patris sit tutari filiarum pudicitiam non expugnare. ¶ Ausi, bis peccarunt, & quod ausi sint, nam scelus intra se quicunq; cogitat vllum facti crimen habet, & quod executi sunt quod ausi fuerant. ¶ Potiti, Auget inuidias, quasi dicat, quod malis artibus pepererāt, etiam retinere potuerunt, ergo cogitarunt. Executi sunt cogitata, ac postremo in scelere perseuerauerunt.

SER. a ¶ NON mihi si linguae cētū sint oraq3 cētū Ferrea vox. Lucretiū v̄sus sublatus de Hom̄ ἐν τῷ. β. ἰλιά δος πληθυν δ' ὀυκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι ὀυδ' ὀνομήνω. ὀυ δ' εἴ μοι δέκα μεν γλῶσσαι, δέκα δε στόματ' εἶεν φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος χάλκεον δε μοι ἦτορ ἐνείη. Sed ille Aerea vox dixit. b ¶ Scelerum formas, vt quae fōma viros/fōrtuna ue meruit. c ¶ Perfice munus, hoc est ramū redde. Nā supra ait, Hoc sibi pulchra suum ferri p̄serpina munus instituit. d ¶ Cyclopum educta caminis, hoc ē magna, Ita.n. cuiuslibet rei magnitudinē signat, adeo vt Statius argiuoꝝ muros ab ipsis dicat eē p̄fectos. e ¶ Fornice arcu. Cicero Vidit ad ipsuꝫ fornicē fabianū. f ¶ Corripiūt spatiū, rapcim spatiū pagunt. g ¶ Occupat aeneas aditum, igredit̃, vt supra dixit. h ¶ Recēti, semp fluēti. Dixit aūt hoc pp paludē stygē. i ¶ Spargit aq̄. i. purgat se. Nā inquinatus fuerat aspectu tartari, & spargit, quia se inferis purgat. Nā supis īmolaturi corpus abluunt, vt supra, Donec me flumine viuo Abluero. k ¶ Amoena virecta, lvirētia, & est satis vsurpatū. Amoena aūt q̄ solū amorē p̄stāt, vel vt supra diximus q̄si amunia, hoc est sine fructu, vt Varro ⁊ Carminis docēt. Alludit aūt ad insulas fortunatas. Naꝫ & sequēti hoc idicat v̄su. l ¶ Largior hic cāpos aether, & lumine vestit purpureo, nō nostro largior, s3 q̄ est in caetera inferoꝝ parte. Aut re vera largior si lunarē itelligamus circulū. Nā vt supra diximus cāpi elysij aut apd̄ inferos sunt, aut in insulis fortunatis, aut in lunari circulo. Lucanus, Illic postq̄ se lumine v̄o Induit, Home. cāpos elysios ad īsulas fortunatas esse Testat̃ hisce versibus.

ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς ῥαδάμανθυς
τῇπερ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισι
οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς οὔ τε ποτ' ὄμβρος
ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους
m. ¶ Solemq3 suum, sibi congruum, graece dixit, vt Fessosq3 sopor suus occupat artus.

Non [a] mihi si linguae centum sint, oraq3 cētūm,
Ferrea vox, omneis scelerꝫ [b] cōprēdere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina possem.
Haec vbi dicta dedit Phoebi lōgaeua Sacerdos,
Sed iā age carpe viā, ⁊ susceptū perfice [c] munus.
Acceleremus ait. Cyclopum [d] educta caminis
Moenia conspicio, atq3 aduerso fornice [e] portas.
Haec vbi nos praecepta iubent deponere dona.
Duxerat, & pariter gressi per opaca viarum
Corripiunt [f] spatiū mediū, foribusq3 p̄pinquāt.
Occupat [g] Aeneas aditum, corpusq3 recenti [h]
Spargit [i] aqua, ramumq3 aduerso in limīe figit.
His demuꝫ exactis perfecto munere Diuae
Deuenere locos laetos, & amoena [k] virecta
Fortunatorum nemorum, sedesq3 beatas.
Largior [l] hic cāpos aether ⁊ lumine vestit
Purpureo, Solem [m] suū, sua Sydera norunt.

DON. ¶ NON Mihi, necessario generalitas iniecta est, ne cuncta descripsisse videretur, quoniam fuit ipossibile latitudinem tātam plene complecti, vel ne contemptui haberētur poene propositae ex quotidiana meditatione. Plusq3 etiā metus iniicitur eū infinita formido ē. ¶ Fornice, ca.n.ē camera in arcum ducta. ¶ Deuenere locos laetos, vt metu poenarū malos deterruit, ita spe foelicitatis ad virtutes hortatur. ¶ Primo ergo regionuꝫ bona prosequit̃. Deide q̄ ex ijs locis capiāt cōmoda, & q̄ sint ij qui huiuscemodi bonis perfruant̃. ¶ Largior hic, ostendit nihil deesse ex ijs q̄ sunt apud supos, adeo vt fortunati & beati appellari meruerint.

CHR L. ¶ LINGVAE centū, a Lucretio ē, & Lucretius Homeꝝ imitatus est. Ait enim Homerus,
οὐδ' εἴ μοι δέκα μεν γλῶσσαι δέκα δε στόματ' εἶεν.

¶ Ferrea vox, Home. non ferreā, sed infrangibilem dixit. Lucre. autem aerea vox dixit. ¶ Percurrere. i. non solum non possem abūdanter narrare, sed nec etiā breuiter perstringere. ¶ Nomina, nam breuius pcurrimus nomina scelerū q̄ꝫ demōstramus illorū variam multiplicemq3 malignitatem. ¶ Cyclopum, oīa eni q̄ magna sunt a cyclopibus fabricata fingunt poetae, Sic Statius etiaꝫ ponit de Cyclopibus dicendum erit in sequentibus. ¶ Caminis, grecū verbū est, latine fornax dicitur. ¶ Fornice, camera siue testudine. ¶ Per opaca, nam ipsa sapientia q̄ paucis patet intra multam ignorantiā latet. ¶ Solemq3 suū sua syno. ex media philosophia res inserit figmento poetico. Credidit.n. antiqtas eas animas quae exuuie corporea pollutae in morem fetinū imitantas resolutionē corporis exhorrescere,

referre, & qñ mori necesse sit non nisi cū gemitu fugit indignata per vmbras, nec post mortē facile corpus reliquit, qa nódum illis corporeæ excedunt pestes sed aut suū oberrant cadauer, aut noui corporis habitaculū ambiunt nec humanū solum, sed ferinū etiā electo genere congruo moribus quos in homine exercuerunt, voluntq; oīa perferre, vt cœlū qđ vel ignorādo, vel dissimulando, vel postponēdo neglexerunt fugiant. Sapientū vo & bonorum aīæ quæ semp cœlum nulla corporis ingnatione pollutæ suspexerunt, illud petūt. Quapp & Pla. & Cice. in li. de repu. rectoribus ciuitatū & cæteris sapientibus sedes in cœlo paratas esse scripserunt, & multos claros viros in deos retulit antiquitas, & Hesiodus priscos reges dijs annumerat. Hoc igitur nō ignorauit Virgilius q licet argumēto sui īseruiens heroes in inferis relegauerit, non tñ illos separat a cœlo, vt geminæ doctrinæ obseruatione nec poetices figmentū reliquerit, nec phiæ veritatē omiserit. Recte ergo solē suum. i. regiones cœlestes q̄ bonis sole debent, vñ ipsoꝝ & non alioꝝ sunt cœlestia habitacula. ¶ Suū i. ipsis bonis reseruatū, peccatoribus denegatū. ¶ Norūt sua sidera, q̄ inferis incognita sunt.

Pars in gramineis exercent membra palæstris [a].
Contendunt [b] ludo, & fulua luctantur arena.
Pars pedib^9 plaudūt choreas [c], & carmia dicunt.
Necnon [d] Threicius longa cum veste Sacerdos,
Obloquit [e] numeris [f] septē [g] discrimina vocū.

SER. a ¶ PALAESTRIS luctationi b graece dixit, nas παλαιειν luctari dicunt græci, inde παλη. b ¶ Contendūt ludo, inter se ludo, non odio. c ¶ Choreas, re corripuit pp metrū, alibi ait, fm naturā, vt iuuat indulgere choreis. Ergo aut systolen fecit, aut antithesin e pro ei ponens, vt pro Χορεια posuit Χορεα. i. chorea, nam græcū est nomen. d ¶ Nec nō threicius lóga cū veste sacerdos, Orpheus Calliopes musæ & Oeagri fluminis filius fuit, q primus orgia īstituit, primus etiā dephendit harmoniā. i. circuloꝝ mundanoꝝ sonū, quos nouē etiā nouimus, & qbus sūmus, quem ανασρον. i. sine astris dñt, sono caret. Itē vltimus q terrenus est, reliq septem sunt, quoꝝ sonū deprehendit Orpheus, Vnde vtiq; septē fingit chordis, Lógā aūt vestem, aut cytharœdi habitū dicit, aut longā barbā. nā e ɔtrario imbeibes inuestes vocamus. Sacerdos aūt qa theologus fuit, & orgia prim^9 instituit. Ipse etiā hoies de feris & duris mites cōposuit. Vnde dr̄ arbores & saxa mouisse, vt deus, vñ Hora. Syluestres hoies sacer īnterpresq; deoꝝ Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus, dictus ob hoc leni res tygres, rapidosq; leones. e ¶ Obloquit numeris, dicēdo obloquit, chordaꝝ ex plīt laudē, quas dicit verbis locutas. Obloqtur. n. non est nisi ɔtra loquentē loq, non aūt maledicere vt alias. f ¶ Numeris, rhythmis sonis, vt Numeros memini si ṽba tenerem. h ¶ Septē discrimina, qa oēs chordæ dissimiliter sonant.

est. ſ Effudit. Nullo ordine aut rōne emisit, eo.n. ferebatur quo ira dolorqs raperet. ſ Pectore, q̄ ex imis sensibus prouenirent. ſ Heu stirpem, omnis oratio pathetica præceps & abruptū initium habet quoniam irat' nō ratione ducitur sed varijs irarum fluctibus precipitatur, sic enim illud pro iuppiter ibit, & qd me alta silētia cogis Rumpere. Item mene incœpto desistere victam, vel præsens oratio nō solum principium habet abproptum sed vniuersa breuibus sententijs & crebris sententiarum mutationibus in ꝑceps fertur velut iter æstus iracundiæ fluctuet. Incipit igitur ab exclamatione quam græci ecphonesim dicunt quæ non solum summum dolorem indicat, sed extremam quoqs desperationē q̄ etiaʒ magis dolet, quia videt fatis suis quæ regina deorum sit audere troianos hoſes exules fata sua opponere. Deinde breues sequunē interrogatiunculæ. ſ Nū sygeis occūbere, dolet enim eum superati fuissent eū eorum vrbs incensa, tamen habuisse facultatem euadendi, neqs p troia, sꝫ p medias hostiles acies. ſ Medias acies. Hyperbole est. ſ At credo, ironiam ponit. ſ Per vndas ausa sequi, ausus suos inefficaces conquerit. ſ Absumptæ in teucrū u. alia hypbole deinde adiungit dispersas q̄relas, & cum interrogatione q̄ orationi maiorē affert grauitatē est item repetitio quid & quid est dissolutū Nā breues & pcisæ clausulæ sine copula proferuntur. ſ Profuit, quasi dicat, id quod cæteris rem, omnem absoluisset mihi ne minima quidem parte profuit. ſ Optato, c. t. a. non potest sine extremo dolore recordari q non modo pericula illis ab ea obiecta euaserant verum etiam in terras fatales incolumes

XIII. lumēs peruenerant, nec tm̄ dolet in italiam prouenisse quantū ꝙ tiberino flumīe purificatus se etiam sacris placare posset, ʃ Mars perdere gentem, a minori argumētū est qua quidem re quid illi durius esse pōt, minoribus dijs licuerit quod sibi non licet.

Ipse deum antiquā genitor Calydona Dianæ
Q ŏ scel^b aut lapythis tm̄, aut calydōe merēte?
Ast ego magna Iouis Cōiux nil liquere iausuꝫ
Q uæ potui ifœlix, quæ memet in omnia verti
Vincor ab Aenea. quod si mea numina nō sūt
Magna satis, dubitē hađ eqđē iplorať ꝙ usqꝫ ē
Flectere si nequeo Superos, Acherōta mouebo.
Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis?
Atqꝫ immota manet fatis Lauinia coniux?
At trahere, atqꝫ moras tantis licet addere rebus.
At licet amborū populos excindere regum.
Hac Socer, atqꝫ Gener coeant mercede suorum.
Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere Virgo.
Et Bellona manet te Pronuba, nec face tantum
Cisseis prægnans ignei enixa iugales,

a ʃ ANT. ꝗ gēitor calydona dianæ, Oene calydonis rex de ꝑmitijs oibus numini b sacrificauit excepta Diana, ꝗ irata apꝑ īmisit, q cūcta vastabat, donec a Meleagro occideret. Concessit autē iō dixit, vt ońderet minora numina nisi īpetrauerit, nō posse nocere. Sta. ŏ Venere, Infandū natæ ꝯcessit honorē. h ʃ Q ŏ scelus aut lapithis tm̄ aut calydone merēte? hæc est ꝟa lectio, sic & casus ꝓcedit, vt vterqꝫ ablτūs sit. Naꝫ si calydona legas, viriū erit, nec sensus ꝓcedit scelus aūt ꝑ Pœna posuit, ab eo qđ ꝓcedit id qđ seqᵗ, vt scelus expēdisse merētē. c ʃ Quæ potui ifœlix, idest nocēs, vt ꝑ sis fœlix. i. ꝑpitia, vt etiā diximus sup̄. d ʃ Implorare qđ vsqꝫ ē, ac si diceret ēt humilia, qđ āt Iuno vbiqꝫ alieno vti itroducit auxilio, physicus est. Natura. n. aeris ꝑ se nihil facit, nisi aliena ꝯiūctione, vētoꝝ. s. q creāt nubes & pluuias. e ʃ Atqꝫ moras tātis licet addē rebus ońdit deos retardare fata, nō penitus tollē, vt Decēqꝫ alios Priamum supesse ꝑ annos. Quæ āt dicit etiā a Creusa dicta sunt, vt Regnūqꝫ & regia coniux Parta tibi. f ʃ Sāguine troiano & rutulo dotabē ꝟgo, ambitiosas execrationē. g ʃ Nec face tm̄, tm̄mō. h ʃ Cisseis, regina Hecuba filia ſm Euripi dē Cissei, vt in ... quem Ennius, Virg. & Pacuuius sequuntur. Naꝫ Homerus quena de fratre asio hecubæ Dimantis dicit, ... Ouid. ēt ples enixa dimātis, hec se facē parere in somnijs vidit, & Parin creauit, q cā fuit īcendij. ergo nūc hoc dicit talis erit Veneris partᵘ. Nā sicut ꝑ Parin troia ꝯsumpta est, sic ꝑ Aeneā reliqæ troianoꝝ, cōparatio aūt iniuriosa. Nam Veneri Hecubam, Paris ad virginē veluti ipsa cū æneа aliqd egisset.

dē Aeneæ, Helenā Lauiniæ ꝯparat. i ʃ Iugales, coniugales matrimonio ꝯceptos. ʃ VINCOR ab ænea, nōm ꝓpriū pro pułtio posuit. q. đ. ab vno eodē ꝗ inertissimo. ʃ At li ambosū. p. a. magnū factiosæ inimicitiæ ꝓhibū vt dissipet populos cū regū ꝯcordias non posset rūpere. ʃ Cōuertiť aūt

DONA

ʃ CASTEGO, ꝗto hæc dolore ꝓfert, vt maxima deaꝝ cū nihil inausum reliquerit, eū se ad oīa cōuerterit, tn̄ nō mō nō potuit pdere ænеā, sed dicit ab illo se vici. ʃ Q đ s. m. n. qđ irascētis ꝓpriū ē cofirmat sese ad nocendū, & ꝗuis desperet pficere rē posse, tn̄ īpedire cōtenta est. Admonet autē ī hoc loco poeta quantū in mētibus nostris furor valeat cū cogat eos etiam qui maximi sunt descendere ad omnē indignitatem, neqꝫ decoris sui rationem habere immo sui ipsius obliuisci, & omni rationis luce extincta qua sola homines sumus, solo furore qui immanius bestiarum est ferri. Vnde non pudet etiam inferis supplex fieri, & quod summæ stultitiæ est quod desperat perfici posse, tamen impedire contenta est, & saturat iram verbis quādo ipsa re non potest & cum idignatione ꝓfert. ʃ Non dabitur regni. e. p. l. deinde cum quadam voluptate & hostili isultatione addit. ʃ At trahere, & reliqua Iratorum enim est tali iurgio vti. Bellona, non enim ergo a cuius numen hoc pertinet, ergo pronuba, ſ bellona, quæ dea belli est. Enyo græce dicitur furor bellandi, cuius sacerdotes instituebantur iuuenes & robusti & qui comā nutrirent in annuo sacrificio ictu ferri pcutiebāt sibi lacertos brachiorum, sed antiq sacerdotes secabant sibi brachia, quā consuetudinē seruari suo tpe iussit Antonius. ʃ Nec face tm̄ cisseis, Maius ergo incendiū ex his nuptijs paraᵗ italiæ ꝗ ex ortu Paridis paratuꝫ est, ex quo omnis troia perijt.

CHRI

Bellona

Enyo

SER. a ¶ EIDEM, similis. b ¶ Funestæq; iterum recidiua in pgama tædæ, sic recidiuæ, vt per gama. c ¶ Luctificam Alecto, græcus accusatiuus, huius autẽ declinationis tres casus vsurpamus, Genitiuus videlicet vt Alectus, nominatiuum & accusatiuũ, vt Alecto. d ¶ Oditq; & ipse pr̃ Plutõ, venerationis ẽ pr̃. Nam furiæ Acherõtis, & noctis filiæ sũt. e ¶ His acuit verbis, incitauit & istigauit eius insanias. f ¶ Proprium aut tibi aptuꝫ, aut certe ppetuum, indefessum vsq; ad finẽ pducẽdum. Et sciẽdum furiæ nihil p pmio dari, qa ꝑ sal hoc ipsum furiæ, vt bella cõmoueat, & vt dicatur defendisse Iunonẽ. g ¶ Infracta, aut valde

cõuersa mutabat qđ poterat vocitari. ¶ Fœcundũ, nocẽdi artibus redũdas. Sollicita autem in causa sua sæpius rem cõmẽdat, ordinatũ aũt cõsiliũ est. Primo enĩ fœdus vertendũ fuit vt via pateret ad bellũ. ¶ Sere, vt ex satis alia rursus fœcũde pullularent. ¶ Velit, plus velle ẽ ꝙ cogi, Velit p deinde poscit, & ñ nõ detur rapiat, nãq; pit, q ñne iubẽtis auctoritate suadit. ¶ Exin, ex eo momento. Gor. fuit ea forma q̃ fingitur, gorgones

Quin idem[a] Veneri partus suus, & Paris alter
Funestæq;[b] iterum recidiua in pergama tædæ.
Hæc vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit.
Luctificam[c] Alecto dirarum ab sede sororum,
Infernisq; ciet tenebris. cui tristia Bella.
Iræq;: Insidiæq;, & Crimina noxia cordi.
Odit[d] & ipse pater Pluton odere Sorores
Tartareæ monstrum. tot sese vertit in ora.
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit[e] verbis, ac talia fatur.
Hũc mihi da ꝓpriũ[f] Virgo sata Nocte laborẽ,
Hanc operã, ne noster honos, ĩfracta ue[g] cedat[h]
Fama loco, neu connubijs ambire[i] latinum
Aeneadæ possint, Italosq; obsidere fines.
Tu potes[k] vnanimes armare in prælia fratres,
Atq; odijs versare[l] domos. tu verbera tectis,
Funereasq; inferre faces tibi[m] nomina mille,
Mille nocendi artes. fœcũdũ[n] concute pectus,
Disijce cõpositam[o] pacẽ. sere crimina[p] belli.
Arma velit, poscatq; simul, rapiatq; iuuentus.
Exin[q] Gorgoneis[r] Alecto infecta venenis
Principio latium, & Laurentis tecta tyranni

CHRI. ¶ HÆC VBI di. de. Iuno ꝙ ambitio ẽ nõ excitat furorẽ nisi terras petat, nam ex rerum terrenaꝝ cupiditate fuerit ipsa ambitio, mouet autem ab inferis tenebris, quia ab appetitu pturbato q̃ pars animi corporea est a qua puenit omnis furor, furori autem semper placent bella & insidiæ & omnia scelera, hanc & pluto & sorores oderunt. Nam non solum boni oderunt furiosi, sed etiam mali. ¶ Tot sese vertit in ora, sequitur Euripidem in Oreste qui fingit furias vertere se in varias formas modo appella: fortunam, modo fatum modo necessitatem. ¶ Proprium, nam quãuis furor omnibus ardentioribus cupiditatibus insit, tamen nulli maior est, nec magis proprius ꝙ ambitioni. ¶ Vnanimes ostendit quod petit facile ab ea præstari posse. arguit enim a minori quanto enim magis accendet latinos contra externos cum possit fratres hactenus vnanimes inter se concitare, neq; est quod exemplũ petamus ab Atreo, & Thyeste aut ab Eteocle & Polynice, nam in omni sæculo innumeri inueniũtur. ¶ Tibi nomina mille. i. potestates. ¶ Velit, cupiat, sed cũ multi velint ferre arma, & tamẽ nõ audeant a ducibus poscere adiunxit poscat. Multi ẽt cum poposcerint, si denegetur, non audent rapere, addidit rapiat.

fracta aut quæ fuit antehac semp infracta, vt in. xij. Turnus vt ĩfractos aduerso marte latinos. h ¶ Cedat Fama loco, vincatur. Cicero, Loco ille motus ẽ cũ est ex vrbe depulsus. i ¶ Ambire latinũ, amplecti circũ retinere, Nec ob ambitus hĩ dixit, Nã ambio ad illũ dicimus, nõ ambio illũ. k ¶ Tu potes vnanimes, a maiore ad minus. l ¶ Versare, vertere, & vsus est frequẽtatiuo ad vi augẽdã. m ¶ Tibi noĩa mille, facies, vt Et sine noĩe corpus, mille aũt ßm Euripidẽ, i cuius tragœdia dr̃ furias nõ eẽ vnius p̃tis, sꝫ plurimaꝝ. Ita factum ßm necessitatẽ ita Asper. n ¶ Fœcũdum ꝯcute pectus, plenũ malitiæ efficaciæ. o ¶ Cõpositã pacẽ, quã supra Latinus dederat. p ¶ Crimina belli, causas, vt Crimẽ amor vestrũ. q ¶ Exin, ordĩs aduerbiũ. r ¶ Gorgõeis, sæuis pessimis a Gorgõe.

DON. ¶ HORRENDA ex cã magnæ iracundiæ vehemẽt cõmota. Descriptio ãt allect' ostẽdit eã esse aptã tanto negocio. Propriũ ergo nõ laborabis, qa nihil peto alienũ a te ¶ Da non ꝑcatur, sed imperat, vt sit ratio psonaꝝ. Nomina per nomina formas ostendit in ꝗs

¶ TACITVM

Celsa petit, tacitūq3 [a] obsedit [b] limen Amatæ.
Quā sup aduētu Teucrū, Turniq3 hymenæis
Foemineæ ardentē Curæq3 [c], Iræq3 coquebant
Huic [d] Dea cæruleis vnū de crinibus anguem
Cōiicit inq3 sinū præcordia ad intima subdit.
Quo furibunda domū mōstro pmisceat omnē.
Ille inter vestes: & leuia [e] pectora lapsus
Voluitur attactu [f] nullo, fallitq3 [g] furentem
Vipeream inspirans animā. fit tortile collo
Aurū ingens Coluber, fit longe tænia [h] victæ:
Innectitq3 comas, & mēbris lubricus errat.
Ac dū prima lues vdo [i] sublapsa veneno
Pertentat sensus, atq3 ossibus implicat ignem:
Nec dū animus toto pcepit pectore flammam
Mollius, & solito [k] Matrū de more locuta est,
Mlta sup nata lachrymās, phrygiisq3 hymēæis.
Exulibus ne [l] datur ducenda [m] lauinia Teucris
O genitor? nec te miseret natæq3, tuiq3?
Nec mrīs miseret, quā primo Aqlone relinquet

SER. a TACITum, pro tacite. b Obsedit, bene obsedit, quasi q insidiabatur. c Curæq3 iræq3 coquebāt, puerso ordine respōdit. Nā ira in troianos est, & cura de nuptijs, & eris aduentu teucrorū dixerat. d Huic dea, figura hypbatō. Nā q3 talis ē ordo, huic dea vnum anguē in sinus cōijcit, & vsq3 ad intima subdit pcordia, q sūt loca cordi vicina, quibus sensus percipitur, anguem autem iniecit partem sui. i. furoris. e Leuia, pulchra. f At tactu nullo, sine morsu. g Fallitq3 furentē, inijcit furorē sine accipientis sensu, furentem autē vt furor teneatur. Nā nondū furebat. h Tænia victæ, tænia ē victarū extrēitas. i Vdo, scilicet veneno, hypallage in sensu, veneno vdo quod est de vdo corpore. Nanq3 serpentum vda sunt corpora, adeo vt qua eunt vias humore designent. Solito matrū de more, iracunde) Nam hoc est de matrum more) mixta asperitate loquebatur, nā paulo post vero furore quatietur. l Exulibus ne datur, propter dissuasiones signate loquitur exules vocans q propria regna repetebant. m Ducenda, abducenda.

DON. TACITVM, sine strepitu qm in mœrore iacebat, cū audiret filiā dandā æneæ, vel ipsa tacita, vt facilius nescienti obtēperet. Vnū, qa vnū ad pditionē pntiū arbitrata ē satis eē. Sinu, sinus dr q pōt aliqd excipere & tenere. Vipereā aīam. pulsa. s. humana. Fit lōge tænia victæ tænia. i. victa. Exulib' ne datur, nō fuit vtendū principio. Nā nec beniuolus reddendus erat q esset pater, Nec attētus q de re eēt sollicit'. Nec docilis cū causā sciret. Incipit ergo a q̄stionib' deformās negociū, & ita agit cū mariro quē reuereri oportuit, vt suadere poti' q̄ repħēdere videat. Sūt ergo argumenta. Nullus postulat. Pater ingerit, erit in naui thalamus filiæ qn̄ dat ei q ppetuis errorib' dānatus ē. Oīs vita ducet in fluctibus. Nulla piugis gfz, nullū decus vxoris q̄ pater nō tradidit, sed abiecit nō amplius visurā. Ergo nō ppagatio sanguinis, sed orbatio est & domus nr̄æ solitudo ppetua. Antea aūt gesta exēpla sunt pfidiæ ipsorū. Est aūt maximum scelus rumpere fidē turno. Rēsa deorum sunt cū maxīa cautela psiderāda q3 iplicita sūt & iuoluta.

CHRI. TACITum, clanculū non sentiente illa. Sup i. de. & de pp ter signi ficat. Cice. cupio hoc mltis de causis. i. pp multas causas. Fœmieæ. q. d. maxie. Nā fœmineus sexus pp ībecillitatē ipatiētior ē in oibus perturbationibus hinc paulo infra vt rabiē vehemētiorē ondat canes fœminas ponit. Curæ & iræ. Nā cura quā capiebat de filia iras in troianos excitabat. Vsus est aūt plurali numero, vt eas perturbatiōes vehementiores ostenderet. Præcordia, optimū elegit membrū, vt videbis vbi expressimus quid esset pcordia dictū est. Fallit furētē, nam ita furtim inijcit furorem, vt cū illa fureret, tñ nū aīaduerteret vnde sit ille furor. Animam, idest anhelitū, sic in Georgicis. Animas, & olētia medi Ora fouēt illo. Matrū de more ita loquebatur, vt amorem maternum exprimeret, & cuncta q quereret, inde prouenire viderent non aūt a furore, vt paulopost. Multa, pro multū. Ducenda, arguit a dāno q filia detur illi qui paulopost abducturus sit, & hoc facit verisimile, qm̄ sit exul, neq3 pprias sedes habeat quo se recipiat. Itē a turpi qm̄ cōtra ius atq3 fas eripiatur Turno cōsanguineo. O genitor, ad quem potissimum pertinet filiæ caueī. Natæ & tui id agis quod nemini prosit oibus noceat, Nā cum rapietur, & conspectu parentum virgo & nos & ille in miserias rapiemur, Nec frustra id adiunxit nec matris miseret, nam impatientius ferunt hæc incōmoda matres q̄ patres, vnde repetiuit miseret.

SER. a ¶ PRÆDO, QVASI piratam ducit hominem diu in mari morantem. b ¶ At non sic phrygius, legitur & an non, sed hoc absolutum est, si autem legeris at copulatiua particula est ad ornatum solum pertinês. Hora.

At o deorum quicquid i cœlo regit terras & humanû genus. c ¶ Et consanguineo filius enim Veniliæ amatæ sororis. d ¶ Si gener externa petitur de gente latinis, de qualitate transit ad finé. nam vult Turnum extraneum esse definire per caslidam argumétationes, quia imperio Latini non subiacet, quum oraculum de latinis omnibus cauerit, postea et huic occurrit Turnû græcû esse ab acrisio cómemorans, per quod duas res latenter aget. Nã dicêdo origines considerãdam docet & turnû eé ab Acrisio, & Aeneã latinum a Dardano. e ¶ Premût iussa, vrgét in hoc cópellunt. f ¶ Inachus acrisiusq; pres Danaæ Acrisii regis argiuorû filia postq; est a Ioue vitiata, pater eã intra arcã inclusam pcipitauit in mare, quæ delata ad Italiam inuenta est a piscatore cum perseo: qué illic enixa fuerat, & oblata regi pilumno, qui eã sibi fecit vxorem, cû qua etiam ardeam pdidit, a quibus Turnû vult originem ducere. g ¶ Sine more furit, sine exéplo, & hoc etiã cótra decus est regiû h ¶ Lymphata, percussa furore lympharum, sicut ceritos a Cerere dicimus. i ¶ Turbo, Catullus hoc turbê dicit, vt hoc carmen, hic turbo, vnde turbinis facit. Nam si turbonis sic erit a proprio nomine. k ¶ Impubesq; manus, aut multitudo puerorum, aut a parte tótum posuit vt p manu ipsum puerum intelligas. l ¶ Simulato numine bacchi, talem patiebatur furores, vt speraret se Liberi sacra celebrare, non enim ipsa simulabat, quod est sanorum, nã & paulo post dictû est, Aiecto stimulis agit vndiq; bacchi. m ¶ Quo, vt. n ¶ Heuhoe bacche, vox bacchantis est.

Perfidus alta[a] petens abducta virgine prædo?
At nô[b] sic Phrygi[9] penetrat Lacedæmôa pastor,
Ledæamq; Helenam troianas vexit ad vrbes?
Quid tua sãcta Fides. qd cura antiqua Tuorû,
Et sanguineo[c] toties data dextera Turno?
Si gener[d] externa petitur de gente Latinis
Idq; sedet, Fauniq; premunt, te[e] iussa parentis,
Omné equidé sceptris terram quæ libera nostris
Dissidet, externam reor, e sic dicere Diuos.
Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inach[9][f], Achrisiusq; patres, mediæq; Mycenæ
His vbi nequiq; dictis experta Latinum
Contra stare videt, penitusq; in viscera lapsum
Serpentis furiale malum, totamq; pererrat:
Tum vero infelix ingentibus excita Monstris
Immésam sine[g] more furit lymphata[h] p Vrbem
Ceu quõdam torto volitans sub verbere turbo,[i]
Qué pueri magno in gyro vacua Atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curuatis fertur spaciis, stupet inscia turba,
Impubesq;[k] manus mirata volubile Buxum
Dant animos plagæ. non cursu segnior illo
Per medias vrbes agitur, populosq; feroces:
Quinetiam, in siluas simulato[l] numine Bacchi
Maius adorta nefas, maioremq; orsa furorem
Euolat: e natam frondosis môtibus abdit,
Quo[m] thalamû eripiat teucris, tedasq; moretur
Heuhoe[n] bacche fremens. solû te vgine dignum

CHRI. ¶ PRÆDO, Qð facile conijci pôt ex eo quod diu p diuersa maria iactatus sit. ¶ At non maximam vim habet hoc exéplum. Facit enim credibile hoc i ænea cû de more illius gentis sit rape aliena. ¶ Si gener, Cófutatio eorum q obijci possent ó fato rû iussu. ¶ Tum vo hacten[9] de matrimonio more locuta é. ¶ Nûc vo apte furore concita crepit tum ex desperatione quia latinum psuadere nó poterat, tum quia magis atq; magis a furia accendebatur. ¶ Mõstris, non erit verisimile pudicam reginam intantam amentiam prorupisse, nisi concita fuisse tanto furore, vt pro monstro haberi posset. ¶ Dant ani. quomodo i nerût animi rebus inanimis, sed pulcherrima poetæ phantasia, vt motus illi maiores qui turbini ex plagis proueniunt animos q asi audaciam appellet, & declamat a contrario cum ipsæ plagæ soleant illam imminuere. ¶ Simulato, a se. Tanto enim furore percita est, vt contra latini iussa filiam in siluis ausa sit abducere, vt coniugium. Aeneæ remoretur, ex qua mora tolli penitus, illud posse sperabat, vnde & reliquæ mulieres motæ auctoritate reginæ illam in siluas secutæ sunt.

a Tibi ſumere thyrſos, pro iubebat, & ſunt infiniti pro indicatiuis. b Pampineas haſtas, pampinis tectas. c Incinctæ pellibus, nebridum ſcilicet. d Pinum ſuſtinet, facem pineam, vt fiebat in liberalib⁹.

volunt videri induūt ſe corporibus pp mortaliū oculos. Nā īcorporei ſunt. q Albos cū victa. i. etiā albas victas. r Ramū inectit oliuæ, aut coronā accipit, aut ramū alligat victis. Quod aperte in. viij. oſtēdit, Et victa cōptos voluit prætendere ramos, ſuḃ etiam Præferimus manibus victas. ſ Iunonis anus tēpliq; ſacerdos Iunonis tēpli an⁹ ſacerdos.

Vociferans, e enim mollis tibi[a] ſumere Thyrſos,
Te luſtrare Choros, ſacrum tibi paſcere crinem.
Fama volat, furiiſq; accēſas pectore matres
Idem omneis ſimul ardor agit noua q̃rere tecta
Deſeruere domos. Vētis dant Colla: comaſq;:
Aſt aliæ tremulis vlulatibus Aethera cōplent.
Pampineaſq; [b] gerunt incictæ [c] pellibus Haſtas.
Ipſa inter medias flagrantē feruido Pinum [d]
Suſtinet, ac Natæ [e], Turniq; canit Hymenæos,
Sanguineā torquens aciem, toruomq; [f] repente
Clamat. Io [g] matres audite vbiquaq; Latinæ
Siqua piis [h] animis manet infoelicis Amatæ
Gratia: ſi iuris materni cura remordet,
Soluite crinales [i] victas capite Orgia mecum.
Talem inter ſiluas, inter deſerta ferarum
Reginam Alecto ſtimulis agit vndiq; Bacchi,
Poſtq̃ viſa ſatis primos acuiſſe [k] furores,
Conſiliumq; [l] omnemq; domū vertiſſe latini,
Protinus, hinc fuſcis triſtis dea tollitur Alis
Audacis Rutuli ad muros, quā dicitur Vrbem
Acriſioneis [m] Danae fundaſſe colonis
Præcipiti [n] delata Noto. locus Ardea quōdā
Dictus auis, e nunc magnū [o] Tenet ardea nomē
Sed Fortuna fuit. tectis hic turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto toruā faciem: e furialia membra [p]
Exuit, in vltus ſeſe tranſformat aniles,
Et frontem obſcœnā rugis arat, induit Albos [q]
Cum victa crines, tum ramum [r] inectit Oliuæ:
Fit Calybe Iunonis [s] anus, templiq; ſacerdos

e Natæ turniq; canit hymenæos, hic aperte expreſſit dementiam. Naq; quum cōſecrauit filiam Libero hymenæus canit eius, ac Turni. hymeneum autē nūc carmē nuptiale dixit. f Toruū, p torue. g Io vox clamātis, & eſt tragicus ſermo. h Piis aīs. i. maternis i Crinales victas, quæ ſolarum matronarum erant. Nā meretricibus non dabātur. k Acuiſſe furores, vt ſupra, Quā Iuno his acuit dictis. l Cōſiliūq; oēmq; domū vertiſſe latini, q̃ habuerat vt filiā daret Aeneæ bel ſi remoueret, q̃ ſignificaue rat fumus augurij. m Acriſioneis Danae, patronymicū id eſt. Nā filiā Acriſii ſignificat nō acriſioneis colonis, ſola enīs venerat nō cū colonis. n Præcipiti delata noto, vt diximus ſupra ſtra arcā. o Magnū tenet ardea nomen, bene alluſit. Nam ardea quaſi ardua dicta eſt, ideſt magna & nobilis, & q̃q̃ Iginus in italicis vrbibus ab augurio auis ardeæ ardeā dictā velit. Illud nāq; Ouidij in metamorp. fabuloſū eſt, icenſā ab Aenea Ardeā & i hāc autem eſſe cōuerſam. Sciendū tamē Ardeaq; per antiphraſim dictam, Quod breuitate pēnarū altius non volat. Lucanus: Quod auſa volare ardea ſublimis pennæ confiſa natanti. p Membra exuit, bene exuit, Nā dij cū

DON. Bene Iunonis ſacerdotis perſonam ſumit, vt maiore auctoritate loqueretur, pulcher autem dixit exuit, & induit veluti cuſ veſtitus pmutationem facimus. Exuimus enim noſtrus, & induimus alienum.

CHRI. Deſeruere domos, qua ſi dicat popularil migrarunt, Et ex hoc munere videt etiam has furore ab alecto concuſſas fuiſſe. Pampineas, pampinis veſtitas, q̃s Thyrſos vocant.

Incinctæ pellibus, habētes pelliceas veſtes incinctas. Vtebantur. n. pellibus lyncū & dānarum & huiuſmodi ferarum, Quas nebridas dicunt. Stimulis bacchi cum enim furorem incuſſerat, vt illa omnis decoris oblita auſa, Bacchi ſacra ſimulare. Cōſilium omnemq; domum, ideſt conſilium quo quidem euerſo totius familiæ occaſus ſequebatur. Fuſcis, nigris, Nam furia ab obſcuritate & inſcitia eſt, vt diximus, & ab ea omnia nigra, ideſt noxia ſunt, Ardea dicta eſt ſecundū Strabonem, vel quia ardua quod in edito poſita loco. Vel quia condentibus vrbem auſpicium fuit ardea auis vel nomē habuit, ab Ardea Vlyxis ex Circe filia.

SER. a ¶ FVSOS patiere labores, probus de tempore conexione libellum composuit, in quo docet quod cui debeat accommodari. ex quo intelligimus hanc quam facit arduam esse conexionem, Nam patiere futuri temporis est, fusos vero participium est praeteritum dicit autem patieris ut tot tui labores fundant incassum vel in irritum cadant. b ¶ Incassum autem tractum est a cassibus, i. retibus. c ¶ Transcribi, tradi. sermo autem hic tractus est de pecunia, Nam scribi est dari. Hor. scribe decem nerio, non est satis adde cicutae, rescribi vero reddi, Horatius, Dictatis quod tu nunquam rescribere possis. Teren. Argentum illud denuo rescribi iube phormio. d ¶ Quaerit haeres de iure traxit, ut non generum sed haeredem diceret. Nam per coemptionem facto matrimonio sibi inuicem succedebant. e ¶ Tyrrhenas i sterne, ut I sequere Italiam ventis. Sane notum est bello multum potuisse tyrrhenos, & fuisse praecipue infestos latinis, ut Hi bellum assidue ducunt cum gente latina. ff ¶ Haec adeo tibi me, addidit auctoritatem, quia scit anui credi difficile. Adeo autem valde. s. iussit, ut Ter. Adolescentem adeo nobilem. g ¶ Laetus, alacer, festinus. Nam laetari non potest qui perdebat uxorem, sicut supra in primo, Vela dabant laeti. h ¶ Flumine pulchro, ut supra Hunc inter fluuio tyberinus amoeno. i ¶ Coelestum vis magna iubet, aut per diffinitionem ipsa Iuno est vis deorum, aut per augmentum suasit primo per se, secundo per iunonem, postremo per vim omnium deorum. k ¶ Turnum experiatur, contra se, quem per se probare non potuit. l ¶ Sentiat, tandem sentiat contra quem pro se laborantem non probauit. m ¶ Hic iuuenis vatem irridens: caluit, quia iuuenis. Hor. Non ego hunc ferrem calidus iuuenta consule planco.

Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert.
Turne tot incassum [b] fusos [a] patiere labores?
Et tua dardaniis transcribi [c] sceptra colonis?
Rex tibi coniugium, & quaesitas sanguine dotes
Abnegat, externusque in regnum quaeritur [d] Haeres.
I nunc ingratis offer te irrise periclis,
Tyrrhenas [e] I sterne acies, tege pace latinos.
Haec [f] adeo tibi me, placida cum nocte iaceres
Ipsa palam fari Omnipotens Saturnia iussit.
Quare age, & armari pubem portisque moueri
Laet[g] arma para. & phrygios, qui flumine [h] pulchro
Consedere duces, pictasque exure carinas.
Coelestum [i] vis magna iubet, Rex ipse latinus
Ni dare coniugium & dicto parere fatetur,
Sentiat [k], & tandem Turnum [l] experiatur in armis.
Hic iuuenis [m] Vatem irridens, sic orsa vicissim

test, quae tuae causae fauet. ¶ Tibi contra meritum laborum irrisio. ¶ Tibi, qui male gesta posses tua propria fortitudine corrigere. ¶ Tibi, suspecto iam genero. ¶ Me, sacerdotem suam templi custodem cuius fidem nosses. ¶ Phrygios, Quasi dicat imbelles & inertes. ¶ Pictas, nam luxuriosos haec pictura denotat. ¶ Coelestum vis, ergo debet audaci fieri Rex ipse, Qui te fefellit, cuius imperium tua defensione securus sit. ¶ Iuuenis, non mirum si iuuenis mulierem, & anum in re bellica contempsit.

CHRI. ¶ EXTERNus, quid enim iniuriosius est quam cum domi sint haeredes, Qui suo sanguine coniugium meruerint, quaerere externos. ¶ I nunc, grauissima confutatio, id concedere videmur quod manifestissimis argumentationibus minime agendum ostendimus. sic in quarto, I sequere italiam ventis pete regna per vndas. ¶ Est ornatus locus dissoluto, vbi mutatis verbis repetitur eadem sententia. ¶ Ingratis, ex quibus nulla gratia prouenit. ¶ Ipsa saturnia, argumentum ab auctoritate. Quare age cum iam ostendisset inceptum iustum vtileque futurum exhortatur vt capiat. ¶ Flumine, pulchro & pictas carinas, dixit vt traheret in contemptum. q. d. qui pulchritudinem potius ad voluptatem requirant quam ea quae ad salutem & defensionem spectent. Quapropter facilius tanquam deliciosi superabuntur. Ergo arguit est facili. ¶ Rex ipse latinus, traxerat hunc in odium cum dixit illum denegare sibi connubium & dotes partas sanguine, itaque nunc amare insultat, & exaggerat iram in Turno. ¶ Sentiat, ex eo quod multum fidere videtur viribus. ¶ Turni, audaciam, iram auget & spe confirmat. ¶ Tandem. q. d. post nimis longam tuam patientiam. ¶ Iuuenis, quibus in aetate iuuenili robur magnum est, iis plus viribus quam consilio tribuere solent. Hinc aegre tulit Turnus ab anicula admoneri cum reip. curam ad regem non ad sacerdotem pertineat. Propterea quod est responsio plena amaritudine & contemptum, & ostendit se nihil latere ex iis quae illa veluti consultrix admonuerat.

DON. ¶ ABNEGAT, cum tantis periculis, & uxorem, & dotem quaeris. ¶ Externusque in regnum, dicit omnia quae hominem forte & Regium mouere possint, dat praeterea vincendi fiduciam asserendo iunonem affuturam, cui etiam displicebat. Addidit meritus, ne si cunctaretur firmatos arctiore foederis vinculo superare non posset. Ipsa palam fari, habet emphasim ipsa quasi dicas, quae omnia pot.

CVNCTA

O re refert. classes inuectas Thybridis vndam,
Non, vt rere, meas effugit nuncius aures.
Nec tantos mihi finge metus, nec Regia Iuno
Immemor est nostri.
Sed te victa[a] situ, verique[b] effoeta Senectus
O mater[c] curis nequiq̃ exercet, & arma
Regum inter falsa[d] Vatem formidine ludit.
Cura tibi Diuum effigies, & templa tueri.
Bella viri, pacemq; gerant, quis[k] bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarsit[e] in iras.
At iuueni oranti[f] subitus tremor[g] occupat artus.
Diriguere oculi. tot Erinnys sibilat Hydris,
Tantaq;[h] se facies aperit. tum flammea torquens
Lumina, cunctantem, & quaerentem dicere plura,
Reppulit, & geminos[i] erexit crinibus Angues,
Verberaq;[k] insonuit, rabidoq;[l] haec addidit ore.
En ego victa Situ, quam veri effoeta Senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit,
Respice[m] ad haec[n], adsum dirarum ab sede sororum.
Bella manu, letumq; gero.
Sic effata facem[o] iuueni coniecit, & atro[p]
Lumine fumanteis fixit sub pectore[q] taedas.[r]
Olli Somnum ingens rupit pauor, Ossaq;, & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Arma amens fremit[r], Arma toro, tectisq; requirit.
Saeuit Amor ferri, & scelerata[s] insania Belli.
Ira super: magno veluti cum flamma sonore

SER. a ¶ VICTA situ senectus, i. pigritia longa uetustate ex qua nascitur situs. b ¶ Veriq; effoeta, cassa veritatis. c ¶ O mater, irrisionis est non honoris. d ¶ Falsa formidine, quia vatem nam eam defendebat a bellis, si non aetas, saltem relligio sacerdotij. e ¶ Exarsit in iras, communi sermo habet, ardeo illa re, sed figuratius ardeo in illam rem dicimus, & est specialis Cornelij elocutio. f ¶ Oranti, loquenti, vnde etiam oratores dicimus. g ¶ Tremor occupat artus. vicinitate scilicet furiae. Non tremor furoris est. h ¶ Tantaque se facies aperit, semoto anili vultu, quem finxerat, & quem se induerat, sicut supra in primo de Venere, Et vera incessu patuit dea. i ¶ Geminos erexit crinibus angues: similes, nam omnes dicit erexisse, non duos. k ¶ Verberaq; insonuit, pro verberibus insonuit, i. per verbera. l ¶ Rabido, habitum futurae orationis ostendit. m ¶ Respice, multi hic distingunt, & superioribus iungunt, vt sit sensus. Respice eam quam dicis falsa deludi formidine. n ¶ Ad haec adsum, idest ad Regum arma & ad bella, quomodo ergo dicis quod superfluo his inserat rebus ad quas veni? Alij respice ad haec legunt, vt sit quasi demonstrantis. respice bella, & letum gero. o ¶ Facem iuueni coniecit, satis considerate faces iuueni iniecit, quae cito exardescit, & desinit. Supra Amatae serpentes iniecit, vt in mulieribus semper viget venenum. p ¶ Atro Lumine, atri luminis taedas, vt Pulchra faciat te prole parentem. Atro autem lumine furiali inferno, alias autem ratione caret. q ¶ Sub pectore, vbi fellis locus est. i. iracundiae. r ¶ Fremit, cum clamore deposcit, bene autem amens quia in tempore genuerat. s ¶ Scelerata insania belli, nihil enim tam insanum quam desiderare id, per quod possis perire.

DON. ¶ MATER, irrisio est aperta. ¶ En ego victa situ, prius non potuit obiurgare metuentem quam in illum regereret quae protulerat. ¶ Bella manu. q. d. Contra illum Bella viri pacemque gerant. ¶ Magno veluti, ornatus poeticus in parabolis & similitudinibus maximo constitit.

CHRI. ¶ SED TE victa si. non quia plus sapiat, sed quia deliret illam eas res dixisse. ¶ Cura tibi, distributio est, nam ostendit & quid ad aniculam sacerdotem, & quid ad viros pertineat. ¶ Talibus alecto, & recte, nam quo magis furore percipitari quam ipsa furia debuit. ¶ Subitus tre. per colorem rethoricum quem notationem appellant illam ita describit, vt oculis nostris eas subijciat. Repulit re in compone breuis est, sed in rebus preteritis quam geminatur consonans fit longa positione, sunt autem haec reperi, retuli, & repuli. ¶ Rabido, vt poterat qui iam furore vehementer concitarentur. ¶ En ego, repetitio verborum, quibus vsus fuerat Turnus vehementiam demonstrat iracundiae. ¶ Atro nunquam ab hoc colore discedit poeta, sed etiam sensus litteralis est atro lumine, cui multus fumus esset admixtus.

Fremit ¶ Fremit, nam indignatio aliud sonum emittere prohibebat, Nam fremere significat confusam vocem ex ira & dignatione emittere. ¶ Ita super, pulcherrima & accommodatissima comparatio, & mira poetae copia, nam cum aqua toties nominanda sit modo latices, modo aquae vim, modo amnem, modo vndam dicat.

a ¶VIRGEA, de viminibus, vel virgis facta, vnde est flamma validior. b ¶Costis &, lateribus, & bene antiquũ resp exit morem. Nam ollas non suspendebãt, sed positis circum circa ignẽ adhibebant. b ¶Costis. i. lateribus. c ¶Furit intus aquai, idest fumidus aquæ amnis, nec immerito nã potest esse & alterius rei amnis, vt Fluuios videt ille cruoris. hanc autem diæresin Tucca & Varus fecerũt. Nã Vir. sic reliquerat. Furit intus aquæ amnis & exuberat, vt aquæ amnis qđ satis asperum fuit. d ¶Nec se iam capit vnda, melius q̃ si diceret. Nec iã vas vndam capit, Homerica est comparatio.

mos agrestes, plus est qui si agrestum dicerret animos.

¶POLLVTA pace, aliter. n. aduersus socerũ moueri non debuit. Præterea impellebatur a furia. ¶Primis ductoribus vt causam scirent. ¶Certatim, amor maxim⁹ & fauor in Turnũ ostẽditur. ¶Animos agrestes, Excitauit eos primus qui facilius excitari potuerunt propter iperitiam & feritatem.

¶VAPOR ad auras, ofa lcõpatione q̃drãt æstuat. n. sanguis ex accensione bilis, vt aq̃ flãmis iahno et ebullitione mouetur & vt ide extollit fum⁹, sic ex bilis, sanguinis q̃ ebullitiõe eleuant ad caput vapores, qbus

Virgea[a] suggeritur costis[b] vndantis Aheni,
Exultantq; æstu latices, furit[c] intus aquai,
Fumidus. atq; alte spumis exuberat amnis.
Nec iã[d] se capit vnda volat vapor ater ad auras.
Ergo[e] iter ad regem polluta[f] pace Latinum
Indicit[g] primis iuuenum, & iubet arma parari
Tutari Italiam. detrudere finibus hostem.
Se satis ambobus teucrisq; venire Latinisq;.
Hæc vbi dicta dedit, Diuosq; in vota[h] vocauit:
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma
Hũc dec[i] egregiũ Formæ mouet, atq; iuuẽtæ.
Hunc Atavi reges. hunc claris dextera factis.
Dũ turnus Rutulos animis audacibus implet
Alecto in teucros Stygiis se concitat alis
Arte noua[k] speculata[l] locũ, quo littore pulcher
Insidiis[m] cursuq; feras agitabat Iulus
Hic subitam canibus[n] rabiem Cocytia Virgo
Obiicit: & noto[o] nares contingit odore.
Vt Ceruum ardẽtes agerẽt quæ prima malorũ[p]
Causa fuit, belloq; animos[q] accendit Agrestes.

ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ
κνίσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο
πάντοθεν ἀμβολάδην ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται.

e ¶Ergo, qa sic incẽsus est. f ¶Polluta pace, vel sua vel troianorũ. g ¶Indicit, signate vbũ bellicũ posuit. h ¶In vota vocauit, qa nũcupatis votis bella sumebãt. i ¶Hunc decus egregiũ formæ mouet, Dauni & Turni. s. decus, Nã h̃ dicit, alios pulchritudo turni, alios nobilitas, alios virtus mouebat ad bellũ. Nã hoc ẽ. Animis audacibus iplet, affectione sui iniicit oĩbus magnanimitatem. k ¶Arte noua, dolo. l ¶Speculata locũ q̃ littore, pnomẽ pro noĩe ponit nõ pro noĩbus, vñ mõ noue ĩter duo noĩa vnum pronomẽ posuit. Nã recte, quo loco diceret, et hoc semel tñ fecit. m ¶Insidiis cursuq;, cursu agitabat. Nam insidiis circũuenimus, nõ agitamus. n ¶Canibus rabiẽ, studiũ mutauit in rabiem. o ¶Noto odore, ceruino. Solent enim ita istitui. Hor. Venaticus ex quo Ceruinam catulus pellem latrauit in aula. p ¶Malorum Causa fuit, hoc est Et primæ reuocabo exordia pugnæ. q ¶Animos

oĩa recta rõ abũbrant. & lumẽ amittit, Idicit iter. i. expeditionẽ. Honeste aũt dixit iter q̃d q iturus eẽt ad Latinũ ei⁹ aius explorarurus anteq̃; bellũ moueat. ¶Tutari ita. & detru. ho. verbis. n. honestabat bellũ, qđ qdẽ sumere simulabat nõ pp ereptã ↄiugẽ ne ppriũ ↄmodũ seq videret. s; vt priãs tutaret & ab ea hostes arcẽt q̃ p̃ ostendit hõestũ bellũ, Deĩde facile cũ polliceat, et si latini sese opponant, tñ ipse ↄ ãbos sufficẽ. Vt ãt verisile faciat Rutulos relicta pace, quã oẽs suapte nã amãt bellũ sequunt os ples cãs refert, qbus facile ad id moueri potuerit. Hoc i gñe deliberatiuo, Cic. affectionẽ vocat, q̃ est q̃dã ↄmutatio rerũ ex tpe aut negocio ł cultu, aut administratione, aut bolus studio ¶Arte noua, Fraude iusitata, nã igeniosa res fuit ex venatione huiuscemodi captare occasionẽ. ¶Canibus, nam difficile erat hoĩes externos et oĩa pacitãtes vt aliqd ↄ ius auderẽt ↄcitare. Ergo ipulit canes ad id ad qđ hoĩes nõ ipulissent. ¶Noto, Quẽ ex multis venatiõib⁹ nouissent. ¶Vel noto. i. amico & grato, & q̃ vehemẽt dilectarent, vt i Buco. Hic iter flumina nota. ¶Agrestes, Nã ciuilib⁹ & aliq̃ rõne ↄpositis nõ suffecisset illa cã vt pp ceruũ mouerẽt bellũ.

¶CORNIBVS

a ¶CORNIBVS ingens, ingens & ad præstantē formam pertinet, & ad magnitudinē cornuū. b ¶ Thyrrhidæ pueri, Tyrrhi filij, & vt diximus supra alludit ad nomē. Nā Tyrrhus dictus ē pastor, apud quē Lauinia peperit.

facit, hinc & Iout. Vis frater ab ipsis ilibus, Nā qđ Marulus mimographus dixit, Tu hectorē imitaris ab ilio nunq; recedis, quū de guloso diceret, allusit ad ciuitatis nomē. nam ab ilia debuit dicere, bene aūt ea loca vulnerata dicit, q̃ flati mortē afferre nó possent, vt domū rediret, vt eēt cā belli. nā si statim periret, aut ipse ceruus, aut vulneris auctor lateret.

Ceruus erat formæ præstanti, & cornibus[a] igens,
Tyrrhydæ[b] pueri quē matris ab vbere raptum
Nutribant, Tyrrheusq; pater. [c] cui regia parent
Armenta, & late custodia credita campi.
Assuetum imperijs, soror omni Siluia[d] cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis,
pectebatq;[e] Ferrum, puroq; in fonte lauabat.
Ille manū[f] patiens, mensæq;[g] assuetus herili
Errabat[h] siluis rursusq; ad limina nota
Ipse[i] domum sera quamuis se nocte ferebat.
Hūc procul errantem in rabidæ venantis, Iuli[k]
Commouere Canes, Fluuio cum forte secūdo
Deflueret, ripaq; æstus viridante leuaret.
Ipse etiam eximiæ laudis succensus Amore
Ascanius curuo direxit spicula cornu.
Nec dextræ erranti[m] Deus[l] abfuit, actaq; multo
Perq; vterum sonitu, perq; ilia venit arundo.[n]
Saucius at Quadrupes nota intra tecta refugit,
Successitq; gemens stabulis, questuq; cruentus.
Atq; imploranti similis: tectū omne repleuit.
Siluia[o] prima soror palmis percussa lacertos
Auxilium vocat, & duros[p] conclamat agrestes.
Olli (Pestis[q] enim tacitis latet aspera siluis)
Improuissi adsunt. Hic torre[r] armatus obusto
Stipitis hic grauidi[s] nodis, quod cuiq; repertum

c ¶ Cui regia parēt arméta, magistrū hunc pecoris vult fuisse, & saltuarium. Nā hoc ē, et late custodia credita cāpi, magister autē pecoris ē, ad quē omnia ptinēt aīalia. Cicero, Nominat homīné quēq; magistrū pecoris esse dicebat. d ¶ Siluia, bonū puellæ rusticæ nomen formauit. e ¶ Pectebatq; ferū, quadrupedē, vt Io lat' inqs ferī. f ¶ Manū patiens, patiēs illius rei dicimus, vñ apparet vnū v caussa metri eē detractū. g ¶ Mēsæ herili, noue dixit. Nam herū nó nisi dominū dicim', nisi forte iō dixit, quia dat ei humanum sensum, vt imploranti similis. h ¶ Errabat siluis, pascebat, vt mille meæ siculis errant in montibus agnæ. i ¶ Ipse sua sponte rabidæ venātis q̃re fœminino genere canes posuit. soluit ideo, noluit masculinū genus Canes nominare, quia in fœminis plus sit iracūdiæ. k ¶ secūdo defflueret, secūdo. scđm aquā, vñ & aduerso dicimus cōtra aquā. Nā iō deflueret dixit, & secūdo, qa cursus post natantē videt. l ¶ Deus abfuit, A lesso deū dicit, sicut de Venere Descēdo ac ducēte deo. Nā vt diximus numina vtriusq; sexus videntur, iō quia icorporea sunt, & qđ volūt assumūt corpus: vt aūt deū dicamus pro dea hoc nó apte ponit, sed in subauditionem. m ¶ Errāti, licet eni certum esset feriturū, tñ bñ errā ē dixit, qa nó vsq; quaq; semp certus est ictus. Hor. Nec semp feriet quodcūq; minabit arcus. n ¶ Perq; ilia hoc ile, & hæc ilia

o ¶ Siluia prima, soror, bñ puellæ dat doloris impacientiam. p ¶ Duros cōclamat agrestes, aut quia semp duri sūt, aūt duros qui cerui interitum non dolebant. q ¶ Pestis, furia. r ¶ Torre, hic torris facit vt hic fustis. s ¶ Grauidi, grauis propter nodos scilicet

¶ERRANTI ... DON.
tem, his versib' ponit execusationes Ascanij. ¶ Deus, idest euentus qui humanos actus aut implet aut deserit. ¶ Nota, quorum humanitatem diu comprobasset.

¶REGIA parent armenta, non enim moti essent ad vlciscendam iniuriam reliqui nisi Tyrrhænus magnæ auctoritatis apud illos fuisset. Dat autem curam alendi puellæ, quoniam natura mulieres in delitijs huiuscemodi animalia habere consueuerint. Mansuetudinem autem illius longius describit, vt inde appareat eum in maiori precio apud heros fuisse. ¶ Rabidæ, quia fœminæ facilius in furorem concitantur. ¶ Tectum omne repleuit. Hæ querelæ animum puellarem mouere facile potuerunt, & illa rursus fratres atq; patrē cuius auctoritate quoniā regio pecori pæesset reliqui sunt moti, præsertim qui tacito furore stimulabantur, Vnde antequā prouiderent, affuerunt. ¶ Hic torre narratio verisimilis ex eo quod fieri solet CHRI.

Rimanti telū ira facit. vocat agmina Tyrrheus
Quadrifidā[a] Quercum cuneis[b] vt forte coactis
Scindebat rapta spirans immane Securi.
At sæua e speculis tempus Dea nacta nocendi
Ardua tecta petit stabulis, & de culmie[c] summo
Pastorale canit signum, cornuq; recuruo
Tartaream[d] intendit voces qua protinus omne
Cōtremuit nemus[e], & siluæ intonuere ꝓfundæ.
Audijt & Triuiæ[f] longe lacus, audijt amnis
Sulphurea[g] Nar albus aqua, fontesq;[h] Velini,
Et trepidæ Matres pressere[i] ad pectora natos.
Tum vero ad vocē[k] celeres, qua Buccina signū
Dira dedit, raptis cōcurrunt vndiq; telis
Indomiti Agricolæ. necnon & Troia Pubes
Ascanio auxilium[l] castris effundit apertis.
Direxere[m] acies. non iam certamine agresti
Stipitibus duris agitur, Sudibus ue præustis
Sed ferro[n] ancipiti decernunt, atraq; late
Horrescit strictis seges[p] ensibus. æraq; fulgent
Sole[q] lacessita, & lucem sub nubila iactant.
Fluctus vti primo coepit cū albescere Vento,
Paulatim[r] sese tollit Mare, & altius vndas
Erigit. inde imo consurgit ad Aethera fundo.
Hic iuuenis[s] primam ante aciē stridente sagitta

SER. a QVADRIFIDAM, quæ in partes posset findi q̄tuor. b Cuneis coactis, & satis signare coactis, dixit. Exprimit aūt antiquū morē, vt diximus supra, Nā primum cuneis scindebāt fissile lignū. c De culmine summo, bn̄ culmine quia de tectis agrestium loquit. d Tartaream, aut terribilē. aut forte scd̄m visum dixit. e Nem. locus haud longe ab aritia, in quo lucus est, q speculum Dianæ dicit. Et notandū q voces eius paulatim facit procedere, qd̄ locorum idicat cōmēoratio. f Triuiæ lacus, hic ē q Dianæ speculū dicitur. g Sulphurea nar albus aq̄. i via flaminia ē ciuitas narnia in mōtibus posita qb' subest nar fluuius, qui tiberino cōiungit, sulphurea ꝓ sulphurei saporis, aut sulphurea. i. subuiridi. h Fontesq; velini, vltra interamnē sunt. Nā vt dicim' vox furiæ paulatim ꝓcessit. i Presse ad pectora natos, Statius. Pressitq; palæmona mater. Itē cōtra natos ausæ deponere matres. k Ad vocē, buccinæ. s. vt sēāt, & ad sonitū vocis vestigia torsit. Nā q̄cūq; sonus dici vox pprie pōt. cū dij inferi īducant, q̄re signū buccinæ dat. Soluitur q buccīa ex capræ fiat & sit pprie ditis pris hostia, & qa capra sp febriculosa sit; nā & ipsius febeuū eē dicūt, ergo recte Ab hac dea hoc signū dixit dari. l Auxiliū castris effundit apertis. i. ipsa l auxiliū effundit. m Direxere acies, ordinauerūt i latitudinē. n Præustis, præ breuis fit pp sequētē vocalē, qd̄ vna pte orationis factū itollerabile est, hic autē tolerabile, qa cōpositus est sermo. o Ferro ancipiti, vtrinq; noxio, dicit aūt aut gladios aut bipennes. p Seges, terra mō, vt Quid faciat lætas segetes, p atuā vo fertilem significat, vt ostendit i georgicis. q Sole lacessita, naturale enim est vt metallorū splēdor plus fulgeat aliæ lucē repercussus. r Paulatim sese tollit mare, sic bella dicit surrexisse paulatim, sicut ventis flantibus mare turgescit. s Hic iuuenis, hic cōfundit nomina. Nā & puerū & iuuenē indiscrete nōnunq; Virg. ponit, vt hoc loco. Nā Almonē quē mō iuuenē dicit, paulo post ait puerū, vt Almonē puerum mouet aūt miserationem ab ætate quum dicit puer, a virtute quum dicit primā an aciē, a vulneris etiā crudelitate.

DON. TRIVIAE lō. lacus. i. nemus, q a latinis stabulis est remotissimus. Pressere ad pectora, Ondit Maternus affectū. Tum vo ad vocem, q̄ dixit Siluia auxilium vocat postea, dixit Vocat agmina tyrrhus, & venisse aliquos. Tertio, furia Bellū finitimis turba canit, & tum plurimi venere. Auxiliū castris effudit. Nam in picnlo regū poeri nō paulatim pcessos est, nec partibus, sed simul oēs. Tuet aūt Troianos ab Inuidia, vt nō ferāt, sed vt defendant iniurias. Hic iuuenis, post cædē cerui tulit fors vt maximus natorū tyrrhi occideretur. Mouet autē phatos & quod tyrrhi filius & maximus natu, & quod iuuenis.

CHRI. RIMANTI. i. fa. ingrebat tela, & cū nō suchiret id qd̄ recta rōne p telo minime sumpsisset, ipsa ira q̄ oia pcipitabat, faciebat tela. Ardua, vñ melius audiret. Pastorale, nā nisi pastorale signū fuisset nō essent morti pastores. Nar, flu per narniā vmbriæ vrbem fluit. nam ab eo narnia dicta est. Castris apertis, ostendit celeritatē, vt milites ex omni parte castrorū effunderent. Direxerat acies, primo enim cōturbate effundebantur milites, vt celerius succurrerent, deinde aciem in ordinem eduxere.

CALMON,

Natorum Tyrrhei fuerat, qui maximus Almon[a]
Sternitur: hæsit[b] enim sub gutture vulnus, et vdæ[c]
Vocis iter, tenuemq; inclusit sanguine vitam.
Corpora[d] multa virum circa, seniorq; Galesus.
Dum paci[e] medium se offert: Iustissimus vnus
Qui fuit, Ausoniisq; olim[f] ditissimus aruis.
Quinq; greges illi Balantum: quina[g] redibant
Armenta, et terram[h] centum vertebat aratris,
Atq; ea per campos æquo[i] dum Marte geruntur
Promissi[k] Dea facta potens, vbi sanguine bellum
Imbuit[l] et primæ commisit funera pugnæ:
Deserit Hesperiam, et Cœli[m] conuexa per auras
Iunonem victrix[n] affatur[o] voce superba.
En perfecta tibi bello[p] Discordia tristi.
Dic[q] in amicitiam coeant, et fœdera iungant
Quando quidem Ausonio respersi sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua si mihi certa[r] voluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus Vrbes.
Accendamq; animos insani[s] Martis amore:
Vndiq; vt auxilio veniant, spargam[t] arma per agros.

a ALMON, bene rustici nomen vsurpauit a fluuio. b Hæsit enim sub gutture vulnus, i. sagitta, vt Ardens infesto vulnere Pyrrhus, insequitur. c Vdæ vocis iter, i. iter vdum vocis, non enim vox vda est, sed per vdam arteriam labit viam, vnde in febricitantibus deficit. d Corpora multa virum circa, constrata sunt, & rhetorice vires trudit inmodum nobiles, in primo & vltimo loco commemorato. e Dum paci medium se offert, Nam qd se inter bellis iterate. f Ditissimus aruis, sed antiquorum more. Hor. Diues antiquo censu. g Quina redibant armenta, pro quinq; sicut bina. h Terras vertebat aratris, duo dixit a Catone memorata, qui interrogatus quis esset paterfamilias, respondit eum qui bene pascit, & bene arat, nam pascere per armenta intelligit, arare vero per aratris. i Aequo dum marte geruntur, aperta petitione, bello manifesto. Nam sic dicimus æquum autem æqualem non possumus dicere, quum soli interempti sint itali. k Promissi dea facta potens, honesta locutio, potens promissi. promissæ autem eam consensione intelligimus. Nam non promisit. l Imbuit, initiauit, & bene sanguine. Nam potest bellum & a discordia vel a dissensione incohari. m Et cœli conuexa per auras, Probus, A sper. Donatus dicunt hoc loco per bis accipiendum alloquitur Iunonem per cœli conuexa & per auras. potest esse epexegesis per auras. i. cœli conuexa, nec enim aliud sunt auræ. dicit etiam quidam commentarius connecta legendum, vt sit ipsa connecta, quod difficile in exemplaribus inuenitur. n victrix, voti compos. o Affatur, iam cum superbia, bene autem ei in principio denegauit orationem, quasi ad scelera festinanti, quam modo tribuit post bella iam cœpta. p Bello discordia tristi, Iuno. n. belli poposcerat semina, hæc etiam ipsa bella perfecit. q Dic in amicitiam coeant, ac si diceret ita bella commoui, vt ne tuo quidem imperio possint in pacem redire, & hoc est quod dicit Affatur voce superba. Alij dicunt, ego inter hos bella commisi, tu vicinos populos fœderibus iunge, & artibus Turni, & Æneæ fauore compelle, quod tamen si vis ego faciam, vt hinc sit dictum ego sum qua super fortuna laborum est. Ipsa regam. r Certa voluntas, si tua auctoritas hoc præsentit. s Insani martis amore, Homeri epitheton θοῦρος ἄρης. t Spargam arma, meminit sui. Nam supra dixit Sere crimina belli.

SENIOR, pathos ab ætate, item a causa quod pacis medius. Cupiditas pacis ostendit ex diuitijs, quas in bello perdere erat anxius. Perfecta discordia, Habuit rationem personarum, Nam laus est in furia quod in alijs est vituperatio. Hoc etiam his addam. Non solum gloriatur de eo quod fecit, sed promittit plura facturam.

DVM paci. m. pathos est a causa, nam non tam conqueritur de morte quam de causa mortis, sic de Palamede, quem falsa sub proditione pelasgi. Insontem infando indicio, quia bella vetabat. Iustissimus vnus, Facit causam verisimilem, dirimebat enim Bella, quia erat iustissimus, item quia ditissimus. Non diuites bella oderunt. Amplectitur autem vtrumq; genus diuitiarum quæ apud antiquos erant. Nondum enim aut mercatura aut alijs quæstibus inuectis, totum patrimonium aut in pecore, aut in agris erat. Aequo, quia in neutram partem victoriam impellebat. Potens promissi; Quia potuit præstare quod promiserat. Funera, non enim facile res ad pacem reduci poterat iam cæsis his qui in aliquo nomine essent. Superba, quia victrix. Dic in amicitiam. e. ita perfecta est discordia, vt etiam te auctore in amicitiam coire non possint. Teucros au. nam cum inferiores iniuriam intulerint, difficile est pacem fieri.

RES.

quod eſſes arcas[l], vt illuc ſedat. i. Agamenoni & Menelao cõiunctus, & hoc ad Euãdri laudẽ pertinet, q p q̃litatẽ mop meruit ĩ timeri. m ❡ Fores, p fuiſſes, ſz notandũ fores de præterito, geminis ɔiunctus atridis, aliter gemini vno partu aditi, q̃ꝛit ſane quare euãder atridis genẽ fuit cõiunct⁹, q̃uis heſiodus dicat q̃lit atridis ɔiunctus ſit euãder, tamẽ q̃dã thyeſtæ filias ledã & hypmneſtrã aiũt fuiſſe, ledæ & tyndari filias, Clytẽneſtrã helenã. & timandrã quã duxit vxorẽ echin⁹arras cuius filius Euãder, Clytẽneſtraq; & helenam notum eſt agamenoni & menelao coniunctas fuiſſe. Alij tradũt. Steropes & atlãtis ænomaũ & maiã fuiſſe. œnomai hippodamiã filiã, vñ atreus natus. At maiæ filius mercurius, ex q̃ arcades de quibus euander, quod actius in atreo plenius refert. Alij narrãt ita. Atlas cõ plures habuit filios: ſz de vno pelopẽ genuit pelops genuit atreũ, atreus Agamẽnonẽ & menelaũ, Mercurius deinde ex nicoſtrata q̃ re euandri Mercurium maia filia atlãtis, ſic euander atridis ɔiunctus eſt. Troianis ãt ſic iungit̃ ex Electra atlãtis filia & Ioue Dardanus naſcit̃, eius filius Erichtonius, ex eo aſſaracus, ex eo Capys illo anchiſes, ex illo Æneas. n ❡ Mea me virtus, hæc arrogatio ad honorẽ Euãdri ptinet. o ❡ Sancta oracula diuoq;, tiberini. ſ. vel apollinis vt via prima ſalutis qđ minime reris graia pandet̃ ab vrbe. p ❡ Dedita fama, diuulgata, vt Deditur hic ſubito troiana p agmina rumor.

CHRI.

❡ DICITE, quia no ſolus in tanto tumulo venerat Palas. ❡ Quicunqs, ad hoĩem non ad originẽ referas. ❡ Corã parẽtẽ alio, ❡ Optime, ſummũ iudiciũ ſeruat parẽti, & regi. ❡ PALANTIS, pfectã fuiſſe, ſic uiciſſim rñſio palãtis demõſtrat æneã nihil de neceſſarij omiſiſſe, ❡ Fortuna pcari. q. d nõ ſuæ ſtultitiæ eſſe q in eas ãguſtias deſcẽderit, vt auxilia ſint medicãda ſz iniq̃ fortunæ. ❡ Non eqdẽ extimui, Naq; plus valuit apud me ...

rū moꝝ ꝓbitas ꝗ̄ ꝙ & Græcus & atridis ꝯiūctus esset, sed ne adulationis eē videaꝛ qꝺ ignó tū laudet addit, & fama illū nosse. ⸿ Mea vt°, Nā virtus. i. fortitudis est ēt si piculosa fuisset ꝯgressio cū Euādro, tñ piculū certa q̄dā ꝓposita rōne adire, erat āt rō, & qꝺ oraculū ꝑsuade/ bat, & qꝺ auxiliū petē necessariū esset. ⸿ Geminis. c. ar. nam Euander arcadiæ rex Mercurij ex nicostrate filius fuit. ⸿ Atridæ āt a Tātalo sunt filij Iouis, q ex Ioue frater est Mercurij.

SER.

Coniunxere tibi, & fatis[a] egere volentem.
Dardanus[b] Illiacæ primus pater Vrbis, & auctor
Electra (vt Graii[c] perhibent) Atlantide cretus
Aduehitur Teucros, Electram maximus Atlas
Edidit, æthereos humero qui sustinet orbes
Vobis Mercurius pater est, qué cādida[d] maia
Cyllene[e] gelido conceptū i vertice fudit.
At Maiaꝫ (auditis si quiq̄ꝫ credimus) Atlas
Idem Atlas generat Cœli qui sydera tollit.
Sic genus amborum scīdit se sanguine ab vno
His fretus, non Legatos, neq; prima per artem
Tentamenta tui[f] pepigi[g]. me me ipse, meumq;
Obieci caput, & supplex ad limina veni.
Gens[h] eadem, quæ te crudeli Daunia[i] bello[k]
Insequitur, nos si pellant, nihil[l] abfore credunt
Quin oēm Hesperiā penit° sua sub iuga mittāt,
Et mare quod supra teneāt, quodq; aluit infra.
Accipe[m], daqꝫ fidem, sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & reb°[n] spectata Iuuentus.
Dixerat Aeneas. ille os, oculosqꝫ loquentis
Iādudum & totum[o] lustrabat lumine corpus.
Tum sic pauca[p] refert, vt te fortissime Teucrum

a ⸿ FATIS e/ gere volentes. qꝺ volōtas fue rat egit necessitas fati. b ⸿ Dardanus iliacæ ꝑm° pr̄ vrbis & auctō reddit qꝺ ait su pra Cognatiq; ꝑtes. Sane sciē dum Atlantes tres fuisse, vnū maurus qui est maximus, al/ terum italicus patrē Electræ, vnde natus est Dardanus, ter tiū arcadicum patreꝫ Maiæ, vnde natus est Mercurius, sꝫ nunc ex nomi nū similitudi/ ne, fecit errorē & dīc Electraꝫ & Maiā filias fuisse Atlātis maximi, nec præter ratiōnē ait, & maximi, & Atlas idem generat, Nā & ipse habuit ēt horum nominum filias. i. Electram & Ma/ iam. c ⸿ Vt graij perhibent, vt vestræ conti nent litteræ. d ⸿ Cādida maia, splendidior enim est Maia inter pliadas, quæ est vna de Atlantidibus. i. de pliadibus. e ⸿ Cyllene, mons arcadiæ, vbi Maia Mercurium est eni xa, fudit autem non iniuriose dictū est vt in Pisonem Quæ te belua non hominē ex vte ro fudit, sed celeritatem parientis osdit, qꝺ īfantibus dicit omen fœlicitatis afferre, spe ctat etiā ad rōnes physicā. Nā certe est vbiq; Mercurius, vt diximus supra, ideo dicit euꝫ in ortu fuisse velocē. f ⸿ Tentamēta tui pe pigi, cū nullo autem pactus suꝫ vt te aut per artem aliquā, aut per legatos probarem. sed intrepidum me tibi cōmisi. g ⸿ Tentamen ta pepigi, experimenta pactus suꝫ. Nā gemi nū est hoc præteritum ab eo qꝺ est paciscor, facit eni & pepigi & pactus suꝫ sicut placeo & placui & placitus sum, pago eniꝫ vñ mul ti volunt venire pepigi, nusq̄ꝫ lectum est. h ⸿ Gens, eadē quæ te, sic agit vt & ipse ꝑsta

re videaꝛ. Naꝫ & sup̄ ait, So/ cia arma rogā tes. i ⸿ Dau/ nia, rutula, a Dauno. k ⸿ Crudeli bello, sup̄ Bel/ lo ꝑfugos egē supbo. l ⸿ Ni hil abfore, nihil absuturum ni/ hil arbitrātur. m ⸿ Accipe daq; fides, hoc est quod ait in decimo Huma nis quæ sit fidu/ ducia rebus. n ⸿ Reb° spe/ ctata iuuentus decennali præ lio, & bene ꝓ/ missionem cō firmat rebus & testimonijs, q̄ est inualida ver bis. o ⸿ To/ tū lustrabat lu/ mine corpus, ꝑsna in eo liniamenta cogno scēs. p ⸿ Pauca. i. nō pauca, sꝫ paucis. i. bre uiē, nō vult dicē multa eū dixisse, sꝫ paucis.

DON. ⸿ VT Graij. p. vt nō tuoꝝ testimonio ꝓbem. ⸿ Idē. a. ne sl̄itudie nois falso id vsurpaꝛ vi/ deret. ⸿ Obieci, cū petitur° eēs q̄ ēt tibi saluta ria eēnt tñ expaui. Nā cū gēte tibi inimica & crudeli bellū gero, & dōo vnā gēté extenuat elorē belli. ⸿ Accipe. d. fi. sūme auxiliū & da. ⸿ Fortia. p. & aio, nā i bello aio fortitudo & corpis robur reqriē. ⸿ Spectata, ō q̄ iā fcm̄ ē piculū. ⸿ Pauca, ne lōgiō oro solēnia ipedi/ (ret.

CHRIS. ⸿ CAPVT, nō solū res aīs, sꝫ ēt vitā. ⸿ Et. s. qꝺ vr̄ ꝑter dignitatē meā. ⸿ Gēs, argu/ mētū ab vtili & ab hōesto, vt ꝯiūcti repella/ mus hostē, qué diuīcti nō possem°. ⸿ Accipe daq; fidē. qꝺ ē fœdē ꝯiūgi. ⸿ Sūt nobis, ne pu tes cum regno certamus nihil nō ꝑlaturos. ⸿ Os oculos, ex physonomia capiebat cōie cturā eū Aeneā, qué ipse de se ꝑdicabat. ⸿ Vt quā multū ꝓtinus, deinceps, iterea. Quo ple nū amicitiæ signū est, cū cauerēt antiq ne i/ ter sacrificādū hostilis facies occurreret, ipꝫ veluti amicum inter sacra recipit.

SER. a ¶ AGNOSCOque libens, postquam probauit ex habitu corporis vera esse quæ dicebat Aeneas per Anchisen eũ laudat adulatione deposita. Sane inter agnosco & cognosco superfluo quidã volunt facere discretionẽ, vt cognoscamus nouos, agnoscamus antiquos, sꝫ hæc a poetis metri necessitate variãt. Nã agnosco ppt synalœphen dixit. b ¶ Hesionæ visentẽ regna sororis, vt diximus supra Hercules euersa troia Hesionẽ Laomedontis filiam Telamoni suo comiti dedit, ex qua natus est Teucer. Priamus postea quũ salamina tẽderet ad visendũ regnũ sororis per arcadiam iter fecit, et tũc ab Euandro susceptus est Anchises. c ¶ Visentẽ regna, videre cupientẽ. d ¶ Protinus, vno eodemq; tpe, hoc est dũ pgit, vidit arcadiã, nã nõ possumus simul itelligere, quũ salamia insula sit, arcadia icõtinẽti. e ¶ Mirabarq; duces teucros, hos laudat, quo melior sit ille, quẽ præfert. f ¶ Iuuenili ardebat, est.n. iuuenibus studiũ acquirendaꝝ amicitiaꝝ. Hora. Aĩusq; virilis. Quærit opes & amicitias. g ¶ Phenei, oppidi arcadiæ. Homerus.

δι φενεον τ' ενεμοντο, και ορχομενον πολύμηλον

Nec nos debet mouẽ qđ quũ Euãder de Pallãteo sic dicit phenei sub mœnia, quaſi sciam⁹ poetas vicinas oẽs p vna hẽre ciuitates sicut de didone facit, quã nõnũq; tyriã aliqñ sidoniã vocat. h ¶ Ille mihi isignẽ pharetrã, ius hospitij hꝫ inẽ se remunerationẽ, sꝫ vere cũde tacet Euãder õ munerib⁹ suis. i ¶ Auro õdit itertextã, legit & itertexto. k ¶ Frenaq; bina me⁹, poetice, nã duo õbuit dicẽ. Binos, sꝫ Cic. nõ dãr nisi õ his q̃ sũt numeri tñ pluralis. Nã Cic. culpat filiũ per epl'as dicẽt male eũ dixisse, direxi lr̃as duas, quom lr̃æ quoties epl'as significãt numeri tñ pluralis sint, ꝑ epl'as binas nõ dicius sꝫ duas. l ¶ Iũcta est mihi fœdẽ dextra, antiqs amicitijs, p Anchisæ hospitium.

Accipio, agnoscoq;[a] libens, vt Verba parentis
Et vocem Anchisæ magni, uultũq; recordor,
Nam memini Hesionæ[b] visentẽ[c] regna Sororis
Laomedontiaden Priamũ, Salamina petentem
Protinus[d] Arcadiæ gelidos inuisere fines.
Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta.
Mirabarq;[e] duces Teucros, mirabar & ipsum
Laomedontiaden, sed cunctis altior ibat
Anchises. mihi mens iuuenili[f] ardebat amore
Compellare virum, & dextræ cõiungere dextrã.
Accessi, & cupidus Phenei[g] sub mœnia duxi.
Ille mihi[h] insignem pharetrã, Lyciasq; sagittas
Discedens, Chlamydemq; auro[i] dedit intertextã,
Frenaq;[k] bina, meus q̃ nũc habet aurea Palas.
Ergo & quã petitis: iũcta[l] ẽ mihi fœdere dextra,
Et lux cũ primum terris se crastina reddet.
Auxilio lætos dimittã, opibusq; iuuabo.
Interea sacra hæc, quando[m] huc venistis amici
Annua[n], quæ differe nefas celebrate fauentes
Nobiscũ, & iã nũc sociorum assuescite mensis.
Hæc vbi dicta, dapes[o] iubet & sublata reponi
Pocula, gramineoq; viros locat ipse sedili[p]
Præcipuumq; toro & villosi pelle leonis
Accipit[q] Aeneam, solioq; inuitat acerno.
Tum lecti[r] iuuenes certatim[s], aræq;[t] sacerdos

m ¶ Quando huc venistis amici, siqdes amici iam venistis, Aeneas. n. ad sacra nõ licebat adhibẽ, hos ãt adhibet ad sacra quos ãt qs iũctos amicitijs, vñ isert, Etiã nũc sociorum assuescite mẽsis. n ¶ Annua q̃ differre nefas, anniuersaria sacrificia idõ nõ differũt, qa nec iterari pñt. Nã calẽdaria si q̃ fuerint ratione dilata pñt repeti, nec piaculũ eoꝝ itermissiõe cõmittit. o ¶ Dapes, epulæ deorũ ꝓpe, vt Iouis cœna. p ¶ Sedili, bñ sedili, nã in tẽplo Hercul' lectisterniũ eẽ nõ licebat. q ¶ Accipit, aut suscipit ad sedẽdũ, aut pascit, vt illos porticib⁹ rex accipiebat i amplis. Torus ãt herbaꝝ sup soliũ fuisse itelligamus, ne sit sedili ꝯriũ, ꝯgrue ãt dicit õ leonis pelle eẽ coopertũ, q̃ñ i Herculis sacris. r ¶ Tũ lecti iuuenes, nõ vacat lecti. In sacris. n. Herculis liberi nec serui itereãt, nec liberti, adeo vt Appius, q sacra hæc trãstulit i libros, & caruerit oculus & itra ãnũ oẽs familiã pdiderit Pötitioꝝ. s ¶ Certati. i. studiose. t ¶ Aræq;, maximæ. s. nõdũ. n. tẽplũ hercul' fuerat, sꝫ ara tñ mõ, quã maximã dicẽ ex magnitudie fabricæ.

DON. ¶ INsignẽ pharetrã, Mire mũera exornat, ne videant' leuia. ¶ Sublata, aut met⁹ cã aut satietate iteruenięte. ¶ Sedili, nã mos fuit nõ accũbẽdi, sꝫ sedẽdi in his sacris, vñ in septimo, hæc sacris sedes epulis. ¶ Leonis, quod conueniebat, herculis sacris.

CHRI. ¶ ARÆ, quæ maxima dicebatur.

LABORATA

BER;

Viſcera ^a toſta ferunt Tauroꝝ, onerantq; caniſtris
Dona laboratæ[a] Cereris, Bacchumq; miniſtrant.
Veſcitur Aeneas ſimul, & Troiana iuuentus
Perpetui[b] tergo Bouis, & luſtralibus[c] extis.
Poſtq̃[d] exēpta fames, & amor cōpreſſus edendi,
Rex euandrus ait. non hæc[e] ſolēnia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
Vana ſuperſtitio[f] veterum ve[g] ignara Deorum
Impoſuit, ſeuis hoſpes Troiane periclis
Seruati facimus, meritoſq; nouamus[h] honores.
Iam primū ſaxis ſuſpenſam[i] hac aſpice rupē[k].
Diſiectæ procul vt moles, deſertaq; montis
Stat domus, & ſcopuli ingentem traxere ruinam.
Hic ſpelunca fuit vaſto ſummota receſſu
Semihominis[l] Caci facies, quam dira tenebat

a ¶LABORATÆ cereris, quæ eget labo ris, vt Mox & frumētis labor additus vt ma la culmos eſſet rubigo, glādes enī ſine vllo labore naſcūtur. b ¶ Perpetui tergo bouis, aut ſm Homeꝝ itelligendū qui dicit carnea dorſi appōi ſolitas honorabilioribꝰ, vt ſit ſenſus talis apposuit aū eos magni bouis carnes eas, q̃ apud maiores in honore fuerunt, aut re vera ppetui. Nā ö li boue imolato Hercli carnes carius vēdebātur cā religionis, & ide alē redimebat, qui ex illiꝰ pcio cōparatꝰ q̃ſi ppetuꝰ eē videbat, tergo āt pōt a pte totū itelligi. c ¶ Luſtralibus, aut pīguibus, moris. n. fuerat cōpleto luſtro pigues victimas offerre cēſores, aut certe de qnquēnali boue. i. pfectæ ætatis. Nā Home. dixit.

νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν
ἥρως Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων
αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος, καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον
ἕντο

d ¶ Poſtq̃ exēpta fames & amor cōpreſſus edendi, poſtq̃ neceſſitati ſatiſfactū eſt & voluptati. e ¶ Non hæc, variat in vno pnoie. Non hæc ſolēnia nobis Has ex more dapes hāc tāti nūis arā. f ¶ Supſtitio, eſt timor ſupfluus & delirus, aut ab anicul' dicta ſupſtitio, q̃ multis ſupſtites p ætatē delirāt & ſtultæ ſt, aut ſm Lucre. ſupſtitio ē ſupſtātiū reꝝ. ſ. cœleſtiū & diuinaꝝ, q̃ ſup nos ſtant inanis & ſupfluus timor. g ¶ Veteꝝ ue ignara deorū, duo dit nō iō herculē colimus, aut qa c ꝗ religionē verā putamus, aut qa deos ignoramus antiqs. Cautū. n. fuerat & apud atheniēſes & apud romanos, ne qs nouas itroduceret religiōes. Nā iō & Socrates dānatus eſt & chaldæi & iudæi ſūt vrbe depulſi. h ¶ Nouamus honores, detraxit re, nā renouamus debuit dicere, quam pticulam alibi addidit, vt Fata renarrabat diuum. i ¶ Suſpenſam hāc aſpice rupem, Cacus ſm fabulam Vulcani filius fuit ore ignem ac fumum vomēs,

qui vicina omnia populabat. Veritas tamē ſm philologos & hiſtoricos hoc habet, hūc fuiſſe euādri nequiſſimum ſeruum ac furem, nouimus autē malum a græcis κακὸν dici, quem ita arcades illo appellabāt tpe, poſtea trāſlato accētu Cacus dictus, vt ἑλένη Helena. Ignē aūt dictus eſt vomē q agros igne populabatur, hūc ſoror ſua eiuſdē nois pdidit, vñ etiam ſacellū meruit in quo ei p virgines Veſtæ ſacrificabatur. k ¶ Suſpēſam rupē, quaſi iam iāqz lapſurā. l ¶ Semihominis, feritate corrupti.

¶VISCERA DON; nulla erat ambitio in veſtibus, caro portabatur copioſa, ſed bubula. Male autē acceptus fuiſſet ſi tollatur ſacrorum religio. ¶ Poſtq̃ ex. f. non libenter audiuntur ſermones, niſi venter ſatur ſit. ¶ Has dapes, originē ſacroꝝ narrat epulas etiam excuſat

¶ LVSTRALIBVS, placet Serui. vel dic luſtralibus expiatorijs, ideſt quibus purgarētur. ¶ Exēpta, vt in p̄ libro deſcribit Troiāos multis rebus ſollicitos nihil voluptuoſum in epulis, q̃ſiuiſſe nec expleri voluiſſe, ſz famē pellere ſat fuiſſe. Eadē rōne & in li loco adꝰ neceſſitatē epulatos fuiſſe oſtdit ne in tāta ſollicitudie ac potius piculo voluptatem admitterē videant. ¶ Nō hæc ſolēnia, cōmendat ſe apud ignotos a religione, & oſtdit ſe gratū acceptis bñficijs, qñ illa pdicat, maxime aūt huiuſcemodi digreſſione exornatur poema, nec tñ fit tēpore alieno, & qꝫ nō penitus q̄dret. ¶ Vana ſupſtitio, eſt enim religio deoꝝ colendoꝝ recta ſcientia, Superſtitio aūt veram ſcientiam non habet. ¶ Veterū ignara. d. naꝫ ignoratio numinis perſæpe gignit ſuperſtitionem: ¶ Suſpenſam hāc aſpice rupē, mirifice deſcribit ſpeluncæ ruinam cui iferiora ſuſtentacula ſubtracta ſūt, partem ſuperiorem ſuſpenſam relinq oportet. ¶ Caci, cacū Vulcano filiuꝫ fuiſſe fabulant, puto quia cū latrociniū exerceret multa incēdio populatus eſt, hūc ait Solinus locū habitaſſe, cui Salina nomē eēt vbi poſtea trigemina porta fuit, Gellius autem ſcri.

CHRI;

Religio

Superſtitio

Cacus

cum a Tarconte tyrrheno ad quē legatus venerat iussu Marsyæ regis socio Megalo phrygi custodiæ est datus vincula frustratus est, & cū socio Megalo maioribus p̄sidijs rediēs regnum circa vulturnū, & cāpaniā occupauit, & cū ea quoq; inuadere auderet, quæ in arcadum iura venissent, Arcades duce Hercule, qui tunc victor ex hispania redierat illum superarūt, quo cæso megalos in sabinos quibus augurandi artem ostendit sese recepit. Dionysius autem refert Herculem cum in hæc loca venisset boues in pascua eduxisse, & ipsos labore fessum obdormisse, latronem autem quendam nomine Cacum paucas ex ijs surripuisse, & versa vestigia ne furtum deprehenderetur per caudam in antrum traxisse. Ac mox perquirenti Herculi vidisse se negasse, neq; volentē scrutari antrum ingredi permisisse, sed potius aduersus illū instantē vicinos implorasse, Herculē autem consilij incertum armentum circa speluncā duxisse, ad harūq; mugitū quæ intus clausæ erant remugisse. Cacum vero q̄uis in crimine deprehensum vim cum latronibus conuocatis contra Herculem parasse, Herculem autem claua eum interemisse, & postea in flumine se ob cædem abluisse, & Ioui Inuentori arā cōsecrasse, & iuuencū imolasse, Quod sacrificium deinceps romani obseruauerunt ritu græco in eos vtentes, vt ille instituerat, hæc Dionysius, alij dicunt hunc sororem Cacam habuisse, quæ furtum indicauerit, ob idq; meritum aras & sacrificia meruisse, verum Diodorus Siculus aliter tradidit. Scribit enim q̄ ipse in loca vbi Roma deinde fuit, peruenit vbi in Palatio incolæ paruam vrbem habebant. Ciuium primores erant. Cacus & Pinarius, qui honorifico hospitio eum susceperunt, eorumq; virorum suo tempore monumenta extitisse narrat, nam pinariorum familia adhuc viget. Caci aūt in palatio descensus cum lapideis scalis ostenditur propinquus domui quæ ab eo Cacia dicebatur. Hercules autem palatinis p̄dixit q̄ cum ipse ad eos profectus esset, quisquis illi decimam patrimonij sui deuoueret, beate esset victurus. Quod in multis q decimas vouerunt verum fuisse, expertum est.

SER. a ¶ INACCESSAM, participium sine verbi origine. Accedor enim nō dicimus, sed tale est, vt placida nupta triumphata. b ¶ Huic mōstro, bñ vitauit casum in quo erat turpis significatiōe si diceret huic Caco cacophonias faceret. c ¶ Et nob, sicut multis quibus Hercules profuit monstra purgando. d ¶ Aetas, beneficium tēporis, vt Voluēda dies en attulit vltro. e ¶ Maximus vltor, non tm̄ noster, sed & omniū, vnde Lucanus Terras monstris æquorq; leuantem Magnanimum alciden libycas exciuit in oras. f ¶ Tergemini nece geryone, hanc fabulam diximus illo loco. Postquam Laurentia victor Geryone extincto tirynthius attigit arua.

Solis inaccessam[a] radijs, semperq; recenti
Cæde tepebat humus, foribusq; affixa superbis
Ora virum tristi pendebant pallida tabo.
Huic[b] monstro Volcanus erat pater, illius atros
Ore vomens igneis, magna se mole ferebat.
Attulit & nobis[c] aliquando optantibus ætas[d]
Auxilium aduentumq; dei. nā maximus[e] vltor
Tergemini[f] nece Geryonis, spolijsq;[g] superbus
Alcides aderat, Taurosq; hac victor agebat
Ingenteis, vallemq; Boues, amnemq; tenebant.
At furiis[h] Caci mens effera, nequid[i] inausum
Aut intentatum sceleris ue: doli ue fuisset,
Quattuor a stabulis præstanti corpore Tauros
Auertit[i], totidem forma superante iuuencas,
Atq;[k] hos, nequa forent pedibus vestigia rectis
Cauda in speluncā tractos, versisq;[l] viarum,

Pro ingēti scelere furiis nomē posuit, capitale enim crimē apud maiores fuerat, aū pœnā quadrupli. i ¶ Auertit, erat proprium abegit, sed respexit ad prædam, quæ auerti dicitur, vt Raptas ad littora vertere prædas. k ¶ Atq; hos, quoties masculinū & fœmininum iunguntur hæc disciplina est, vt etiam si posterius est fœmininum, masculino respondeamus. l ¶ Versisq; viarum Indicijs, idest contra naturam inijcientibus errorem.

g ¶ Spolijsq; superbus, atqui boues abduxerat, sed spolium est quicquid de hostibus tollitur, vt addit equos & tela quibus spoliauerat hostem. Item Postquam illus vita victor Spoliauit Achillea. h ¶ At furijs caci mēs,

CHR. ¶ NEQVID INAVSVM, nam quæ maior potuit esse audacia q̄ audere in Herculem, qui omnia monstra domabat? ¶ Quattuor, indignatio a numero. Item a loco, cum dicat a stabulis, Item a forma cum dicat præstanti corpore, Item a spe gregis, nam & mari & fœmina sperabat ex furto armētum, item a modo, quod non viribus cōtra heroa, sed dolis egit.

Indicijs[a], raptos saxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebãt.
Interea cum iam stabulis saturata moueret
Amphitruoniades arméta, abitumq; pararet,
Discessu mugire Boues, atq; omne querelis[b]
Impleri nemus: & colles[c] clamore relinqui.
Reddidit[d] vna boum vocẽ: vastoq; sub antro
Mugijt[e], & Caci spem custodita fefellit.
Hic vero Alcidæ furijs exarserat atro[f]
Felle dolor: rapit[g] arma manu, nodisq; grauatũ
Robur, & aerij cursu petit ardua montis.
Tum primum nostri Cacum videre timentem,
Turbatumq;[h] oculis, fugit ilicet ocyor Euro
Speluncáq; petit pedibus timor addidit alas.
Vt sese inclusit, ruptisq; immane catenis,
Deiecit saxum ferro, quod & arte paterna[i]
Pédebat, fultosq; emunijt[k] obijce[l] postes.
Ecce furens animis aderat Tirynthius[m]: omnemq;
Accessum lustrans, huc ora ferebat & illuc
Dentibus infrendens ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini[n] montem, ter saxea tentat
Límina nequiq̃, ter fessus[o] valle resedit.

SER. a ¶ INDICIIS, ipsa inqt decipiebant indicia, quæ indicare ɔsueuerũt, Nã indicium ab indicãdo nomen accepit. b ¶ Querelis impleri nemus, nó vt multi dicũt q̃a consortes ɔdiderãt, sed quia vellebant a pascuis. Insita est enim bobus auiditas edendi, vñ est in bucolicis Ite domũ saturi, si q̃s pudor, ite iuuẽci. c ¶ Et colles clamore relinqui, cũ clamore, vt Atq; ixionis vẽto rota cõstitit orbis. i. cũ vẽto, & hoc est melius, nã multi dicunt relinquũt, colles ẽt a clamore, hoc ẽ tantũ recesserant a collibus boues, vt nec echo resultarẽt. s. ad colles iã clamore non ɔuenisse, qđ nó ɔcedit, q̃a hoc sensu illũ excludit. d ¶ Reddidit vna boũ vocẽ, sĩ enim tã longe fuerãt, vt nulla ratione recedentiũ boum mugitus colles derelictos feriret, quemadmodũ inclusi bouis clamor est, auditus est ab Hercule. e ¶ Mugijt; more suo pro mugiuit. vt Audijt & triuiæ lõge lacus. f ¶ Atro felle dolor, quo ita irascimur sm physicos, vt splene ridemus, Persius, Sed sum petulãti splene cachinno. g ¶ Rapit arma manu, sagittas, & ñ vacatq;, Nã ñ armorũ epexegesis est Nodis grauatũ robur, vacatq; grauatũ autem pro graue ponit. Nã graue est ɔ naturã ponderosũ, grauatũ qđ onerat extrinsecus. h ¶ Turbatumq; oculis, ea parte turbatus, q̃ ɔditrix est mentis. Alij oculi legũt, & accipiunt a sopiorib' videre turbatũ oculi. i ¶ Arte paterna, ɔsicuerat in fabula. k ¶ Emunijt secut mugijt, l ¶ Obijce postes, hãc obicẽ dicim', vt Ecce maris magna claudit nos obijce pontus. Dubitãt n. multi vtrũ masculinũ sit an fœmininũ. m ¶ Tirynthius, a tirynthia in q̃ nutritus est ciuitate, vt sup̃ diximus. n ¶ Auẽtinũ montẽ, vt fontẽ timaui, Buthroti vrbẽ. i. auẽtinũ montẽ. o ¶ Ter fessus valle resedit, egẽs ɔsilij. sal. Fessus in pãphiliã se receperat. Nã corpore fatigatũ dicim' aío ɔo fessũ q̃uis hoc sæpe ɔfundat auctoritas.

DON. ¶ DISCESSV mugire boues. nam & bruta quędã familiaritatis affectũ habẽt. ¶ Reddidit vna. b. vo. nã & Bruta. sua voce affectũ exprimũt, vñ & in tertio dixit. Qui volucrum linguas sentis. ¶ Custodia, nihil ɔfuit custodia & astutia. ¶ Rapit, & nõ cœpit, nec passibus, sĩ cursus magis iniuriã q̃ damnum dolẽs. ¶ Timẽtẽ, hi tria signa ostendunt. ¶ Oculi, q oẽs aĩ motus ĩdicat. Cursus celerior solito & in speluncã nó in loca aperta se contulit. ¶ Ruptis, nam celeritas soluere prohibuit.

CRI. ¶ SPEM custodiã fefellit ĩ ea spe quã ipse posuerat incustodia. ¶ Furijs. a. Felle, ex ira maxima q̃ ɔuenit excandescentia bilis cui' receptaculũ fel ẽ. ¶ Pedibus timor. a. a. q. n. potuisse Herculẽ ita furẽtẽ effugẽ nisi sũmus timor ĩpelleret, velat ẽ plus timor q̃ ira, nã ira ĩpellit ad aliũ saturãdũ. Timor ad salutẽ petẽdã, timor igiẽ celeritatẽ ĩ Caco & ĩdustriã augebãt, ira vo Herculis ad oĩa difficilia ĩpellabat. Postea ãt mĩ rifice. ¶ Ecce aderat, q. d. vix se ĩcluserat Cacus cũ ille vẽit. Optime ãt exɔmit hoĩeẽ ex ira ɔperantẽ & oẽm industriã adhibẽtẽ. Venit ẽ furẽs aĩs circuit tecũ & oculos ad oĩa ɔtit. ¶ In frẽdẽs dentib', tẽtat si hostiũ cuellẽ pót. Demũ oĩbus rebus exploratis cũ nihil succederet, ſedit qđ dubitationẽ & ɔsilij defectũ significat, nã vt aliũs in rõcinando cũ ad ambiguũ locũ ɔuenit, subsistit, donec nodũ illũ soluat, sic & corp' ab illo quodãmodo sistitur. Frendit est frẽdere frãgere. vñ infrendes porci dicunẽ, q adhuc ɔ ætatẽ fabã vel similia frãgere non pñt, sed de hoc in Geor. Hinc ex q̃dã similitudine infrẽdere dicunẽ, q vocẽ dentibus infringẽtes confusum sonitũ emittunt qđ irati furiosiq; sunt.

Stabat[a] acuta Silex præcisis vndiq3 saxis
Speluncæ dorso insurgens altissima visu,
Dirarum[b] nidis domus opportuna volucrum,
Hanc, vt prona iugo leuū incūbebat ad amnē
Dexter in aduersum nitens concussit[c], & imis
Auulsam soluit radicibus inde repente
Impulit, impulsu quo maxim' isonat Aether
Dissultant Ripæ, refluitq3[d] exterritus Amnis:
At specus, & Caci detecta apparuit igens[e]
Regia, & vmbrosæ penitus[f] patuere Cauernæ
Non secus, ac siqua[g] penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida Dijs inuisa[h], superq3 immane Barathrū
Cernatur, trepident[i] immisso lumine Manes,
Ergo insperata deprensum in luce repentē,
Inclusumq3 cauo saxo, atq3 insueta[k] rudentē
Desuper Alcides telis[l] pmit, omniaq3 arma
Aduocat, & ramis, vastisq3 molaribus[m] instat.
Ille autē (neq3 eni fuga iam sup vlla pericli est)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit, inuoluitq3 domum caligine cæca
Prospectū eripiēs oculis: glomeratq3 sub antro
Fumiferam noctem commixtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis. seq3 ipse per ignem[n]
Præcipiti iecit saltu, qua plurimus vndam
Fumus agit, nebulaq3 ingēs Spec[o] æstuat atra.
Hic Cacū in tenebris incendia vana vomentem

SER. a ¶ STABAT acuta silex, pēne oēs hunc si/licē dixerūt. nam & varo & Lucre. ita dicūt, Iuue. Silicē qui cōtulit anū. Tanta tñ est Vir/gilij auctoritas, vt persuadeat nobis ēt hanc silicē dici, b ſ Dirarū volucrum, modo di/rarum nō mali ominis dic, vt sunt bubones, sed quæ huma/nis cadauerib' vescebātur, di/xit n. Foribusq3 affixa super bis, Ora virum tristi pēdebant pallida tabo. c ſ Concussit soluit, ipulit, fa tis signatis v/sus est verbis. d ſ Refluitq3 exterritus am/nis, res naturæ vertit in fabu/lam cum ruina supis in se cur rere non possit & recurrerē i se faciat, necesse sit impetus flu/minis. e ſ Ingens Regia, re gia sicut Cacus putabat, sic est & illud dictus, Illa se iactet in aula Aeolus. f ſ penitus pa tuere, admissus lumen est vsq3 ad secreta speluncæ, cauernas autē speluncæ per tapinosin dixit. g ſ Siqua vi, terræ hia tus non nisi ex terræmotu fit, qui quoniam aut motu aquæ de inferioribus nascitur, aut crebris tonitribus, aut de pcauis terris erum pentibus ventis. Ideo ait, siqua vi, qd autem dicit Infernas reseret sedes. Notādū est etiā de impossibilibus posse fieri cōparationes, h ſ Dijs iuisa, superis. s. i ſ Trepidentq3 im/misso lumine manes. Luca. Et subito feriere die. k ſ Insueta rudentem, clamantem, & abusiue dictū est sicut supra de leonib'. Et se ra sub nocte rudentū. Nam rudere pprie asi norum est. Persius Findor vt arcadiæ pecua/ria rudere credas. l ſ Telis pmit, omne qd iaci potest telū vocatur, dictuq3 ἀπὸ τοῦ τη λόθεν vnde Omniaq3 arma aduocat addi/dit. m ſ Molaribus, asperrimis saxis, non vnde molæ fiunt. & sm Homerum dixit. κορυφὴς δ' ἀμφ' ἀυον ἀυ τ' ευ βαλλομεναι μυλακεσσι n ſ Per ignē, p eū remo, vñ ille sperabat auxi/liū. o ſ Incēdia. v. quātū ad Herculē ptinet.

DONA ¶ STABAT n. s. non solum virtus s3 ēt prudētia Herculis ostendit. ſ At spec', i. hoc lo/co spelunca si/gnificat lōgitu/dines & interio/res recessus. ſ Regia, latitu/dinem. ſ Ca/uernæ coarcta/tas angustias, fuit spelūca, s3 pro qualitate p/sonæ dicta ē re/gia. Cauernas autem dixit pa/tuisse. i. non so/lū latas ptes. s3 angustas. ſ Re/gia, qa sibi ty/rannidem agi/taret.

CHRI ¶ BARATHRū græcū est, latie vorago. i. imēsa & inexplica/bilis profundi/tas. ſ Trepi/dent, ob insue/tudinē cōpara/tio aūt ipsa in olbus corespō/det. ſ Rudentem, ōptime, nā ex timore hu/manā vocem efferauerat, & more suo corri puit primā syllabā, quā alij pducunt. ſ Oīa arma aduocat. i. oīa q̄ ad manus veniunt in suum auxiliū trahit, & veluti arma adhibet, nā aduocare in suū auxiliū vocare est hinc Aduocatus aduocatum defensorē dicimus. ſ Super vl/la pericli est. i. superest pimentum ſ Inuoluit i. impleti fumo se inuoluentem. Noctē autē caliginē & fumū & tenebras pro eadē re po suit. ne dum ad idem verbum reuertitur fasti dium inferat & est expolitio. ſ Non tulit, iratus est qd ita repugnaret, vnde ex accen/sione iræ in ignem periculo manifesto sese iecit. ſ Qua plu. v. f. a. cum illum peteret, ne q3 videre posse assequebat huiuscemodi cōie ctura. vt ibi esse putaret, vbi plurimus fum' esse. Nebula pro fumo posuit.

CANGIT

Corripit in nodũ complexus, & angit [a] inhærens
Elisos oculos, & siccum [b] sanguine guttur.
Panditꝰ extẽplo foribus domus atra reuulsis,
Abstractæq; Boues, abiuratæq; [c] rapinæ
Cœlo ostẽduntꝰ, pedibusq; informe [d] cadauer
Protrahitꝰ. nequeũt [e] expleri corda tuendo
Terribiles oculos, vultum, villosaq; setis
Pectora semiferi: atq; extinctos faucibus ignes
Ex illo celebratus honos, lætiq; [f] minores
Seruauere diem, primusq; [g] Potitius auctor,
Et domus Herculei custos pinaria sacri.
Hanc aram luco [h] statuit, quæ maxima [i] semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper
Quare agite o iuuenes tãtarũ in munere laudum.
Cingite frõde comas, & pocula porgite [k] dextris.

BIR. a ℂ ANGIT inhærens Elisos oculos & siccũ sanguie gutť, angit guttur bene dicimus. Nam angit oculos non procedit, ergo angit ad vnam rem pertinet, vt Disce puer virtutẽ ex me verũq; laborẽ. Fortunã ex alijs, nã fortuna nõ discitꝰ, vnde multi elidens legũt, & integer sensus ẽ, nam elisos σολοικοφανὲς facit. i. figuram, q̃ masculinum & neutrum, vel accusatiuũ cum nominatiuo iungit, vt sit ita angit gutť, & elisos oculos facit. b ſ Siccum sanguine, per hoc iam exanime cadauer ostẽdit. c ſ Abiuratæq; rapiæ, abiurare est rẽ creditã negare piurio. Plau. I curcul. Qui abiurãt si qd creditũ ẽ, Sed hoc isti loco nõ cõgruit, vñ mõ abiuratas rapinas, ꝯtra ius detẽtas rapinas. d ſ Informe cadauer, magnũ, & cadauer ẽ corpus nõdũ sepultũ, quod careat honore sepulturæ, e ſ Nequeũt expleri corda tuendo, non poterãt hoĩes videndo cadauer sua corda satiare pp odiũ ex acceptis iniurijs susceptũ, f ſ Lætiq; minores, noue & satis licẽter dixit minores, quũ ab ipso Euãdro Herculẽ ꝯstet eẽ susceptũ, & minores nõ dicamus nisi quotiens graduũ deficit nomẽ, vt puta filiꝰ, nepos, abnepos, atnepos, trinepos, vbi isti tres gradus defecerit, merito iam dicimus minores, sic ẽt maiores dicimꝰ post pr̃is, aui proaui, abaui, atauiq; vocabulum. Sed certe est inter nepos & tritauus, g ſ Primusq; potitius auctor Et domus herculei custos pinaria sacri, Apud maiores raro aduenæ suscipiebãtur nisi haberent ius hospitij. Incertũ enĩ erat quo aĩo venirent, vndẽ etiã Hercules primo ab euãdro nõ est susceptus, postea vero cũ se & Iouis filium esse dixisset, & morte Caci virtutem suam probasset, est susceptus, & ꝓ numine est habitus, deniq; ei ara maxima est cõstituta, quod Herculi delphicus Apollo in italia fore predixerat, quũ ergo de suo armento ad sua sacrificia boues dedisset, inuenti sunt duo senes Pinarius, & Potitius quibus qualiter se coli vellet, ostendit. s. vt mane & vespere ei sacrificaretꝰ. perfecto itaq; matutino sacrificio quũ circa solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior aduenit, Pinarius postea extis iam redditis, vnde iratus Hercules statuit, vt Pinariorum familia tantũ ministra esset epulãtibus potitijs & complentibus sacra, vnde etiam pinarij dicti sunt ἀπὸ τῆς πείνας, idest a fame, nã senẽ illũ pinariũ cõstat alio noĩe esse nũcupatũ, hinc est quod paulo post Potitij tantum facit cõmemorationem, vt Primusq; potitius ibat, Quod autem dicit domus herculei custos pinaria sacri nõ est cõtrarium Nam custos ẽ ministra. vt in decimo At triuiæ custos iamdudum in montibus opis alta sedet, idest ministra. h ſ Luco. templum enim nondum habuerat Hercules, sed aram tantũmodo, vt diximus supra. i ſ Maxima, ingens enim est ara Herculis, sicut vid́emus hodieq;. k ſ Porgite dextras, præbete inuicem pocula, & est Homeri.

τοὺς μὲν ἄρα χρυσέοισι κυπέλλοις
οἱ δ' ἀχαιῶν δειδέχατ' ἄλλοθεν ἄλλος.

CHRIS. ℂ EXPLERI corda, Satiari voluptate quam capiebant ob eius mortem. ſ Ignes extinctos, at quo modo tuebantur, si erat extinctus, sed cuiuscũq; sensus est cognoscere ea quorũ iudex est, atq; etiam priuationem illorum. Ergo oculis cognoscimus colores & etiam tenebras, auribus voces & silentiũ.

ſ Quæ maxi, romani bouem indomitum singulis annis herculi sacrificabant, dixerat pterea hercules quisquis illi sacrificaret diuitem futurum Ara maxima erat prope forum boarium, sed sub dio. Templum herculis erat prope tybrim, erat autem obseruatio, vt ait Macro. vt in herculis sacris epularentur sedentes, & Corne, Bal. exegeticus ait, obseruatum ne apud aram maximam lectisternium fieret, in eodem loco omnes aperto capite sacrificabant, ne habitum dei imitarentur, qui illic operto capite sedet. Var. ait hũc græcum morem esse. C. Bassus refert aram maximam ante aduentum Aeneæ in italia constituta esse, qui hunc ritum velandi capitis inuenit.

Ara maxĩa

Cõmunemq3[a] vocate Deũ ꝛ date vina volẽtes.
Dixerat. Herculea[b] bicoloꝛ cũ Populuſ vmbꝛa
Velauitq3 comas, foliiſq3 inexa pependit,
Et ſacer impleuit dextram Scyphus ocyus oẽs
In menſam læti libant, Diuoſq3 precantur
Deuexo[d] interea ꝓpioꝛ fit Veſper Olympo.
Iamq3 Sacerdotes, pꝛimuſq3 potitius ibant
Pellibus[e] in moꝛem cincti, flãmaſq3 gerebant.
Inſtaurant epulas, ꝛ Menſæ[f] grata Secundæ
Dona ferũt, cumulantq3[g] oneratis lãcib⁹ aras.
Tum Salij[h] ad cantus, incẽſa altaria circum
Populeis adſunt euincti tempoꝛa ramis.
Hic iuuenũ choꝛus, ille Senũ q carmine laudes[i]
Herculeas, ꝛ facta ferunt, vt pꝛima[k] Nouercæ
Mõſtra mãu: geminoſq3 ꝓmẽs eliſerit Angues.
Vt bello egregias idem diſiecerit vꝛbes,
Troiamq3[m] oechaliáq3[n], vt duros mille laboꝛes.
Rege ſub Euriſteo, fatis Iunonis iniquæ
Pertulerit tu Nubigenas[o] iuicte Bimembꝛes

SER. ¶ COMMVNEMq; vocate deũ, aut quia argiuus eſt Hercules, & ſupra dixit Aeneas tã græcos q; troianos de vno ſanguis fonte deſcendere, aut cõmunẽ deum dixit vtriuſq; naturæ mediũ. i. īter mortalitatẽ & diuinitatẽ, ſunt numina aliqua tantũ cœleſtia, aliqua ſtãtũ terreſtria, aliq; media, quos deos Apuleius medioximos vocat, alij cõem deũ ideo dictũ volũt qa ſcõm põtificalẽ ritus ides eſt Hercules, q & Mars. Nã ſtellã vnaʒ habere dicuntur, & nouim⁹ Marteʒ cõem dici. Cicero. Martẽq; deum cõmuneʒ. Vir. Ipſe & dijs cõibus. Itẽ paulo poſt dat ſalios Herculi, quos Martis eſſe dubiũ nõ eſt, eſt & alia ratio Herculẽ deũ cõem vocari. Nã ↄſtat herculẽ hoĩuʒ cõmodis tutelæq; ſeruiſſe, vnde Luca. Terras mõſtris æq; q; leuantẽ Magnanimũ alciden Lybicas excivit in oras. b ¶ Herculea populus, Herculi cõſecrata, q cũ ad inferos deſcẽdẽs fatigaret labore, dicit de hac arbore corona ſcã caput velaſſe, vnde folioꝝ pars tẽporib⁹ cohærens & capiti albuit ſudore, pars vero exterior ꝓpter īferoꝝ colorẽ nigra ꝑmãſit, & honeſte pepẽdit ppls, ideſt corona de populo. c ¶ Et ſacer impleuit dextrã ſcyphus. legit ĩ libris antiquis Herculẽ ad italiã ingens ligneũ poculũ attuliſſe, quo vtebant ĩ ſacris, qđ ne carie conſumeret pice oblitũ cõſeruabat, cuius magnitudinẽ ſignificat dicẽdo impleuit, dextrã ſcyphus. d ¶ Deuexo olympo, ĩclinato in noctem cœlo. e ¶ Pellibus in morẽ cincti, aut in morẽ Herculis, aut certe ſacerdotum. f ¶ Et mẽſæ grata ſecũdæ, qa vt dixim⁹ vna pomorum, altera fuit carnis apud romanos. g ¶ Cumulãtq3 oneratis lãcibus aras, ideſt reddunt exta. h ¶ Salij. qui tripudiãtes aras circumibant ſaltantes. i ¶ Laudes Herculeas & facta, ſenes tantũ voce laudes Herculis exequebant, iuuenes & geſtu corporis eius facta monſtrabant. k ¶ Prima mõſtra, bene prima, nã & omnia alia Iunonis iuſſu dijs pertulit. Fabula autem hoc habet Hercules natus eſt cum Iphiclo Amphitryonis filio, ſed quum Iuno duos ſerpentes immiſiſſet Herculi. Iphiclus de cunis terrore lapſus ſuo vagitu excitauit parentes, qui quum ſurrexiſſent viderunt Herculem angenteʒ manibus angues immiſſos ei nouercalib⁹ odijs. l ¶ Eliſerit. præfocauerit. m ¶ Troiamq3, vt ſupꝛa diximus troiam Hercules euertit propt negatos ſibi a Laumedonte equos diuino ſemine pcreatos, & Heſiõæ nuptias, quam a ceto liberauerat. Sane Critici fruſtra culpant Virgilius quod preſentibus troianis troiæ introduxerit excidiũ, non reſpicientes quod hoc fecit ratio hymnorum, quibus aliquid ſubtrahere ſacrilegium eſt. n ¶ Oechaliamq3, Euryt⁹ rex œchaliæ. Ioleʒ filiã denegauit Herculi ante promiſſam. Ideo qđ eũ fuerat filius dehortatus dicens ab Hercule & Megæram vxoreʒ & ex ea filios interemptos, quod factum fuerat Iunonis inſtinctu, vnde iratus Hercules propter nuptias ſibi denegatas euerſa ciuitate interemit Eurytum, & Iolem ſuſtulit. o ¶ Nubigenas, de Ixione & nube procreatos centauros, vt diximus ſupra.

DON. ¶ COMMVNEM, vt uer. coniunctionem fœderum ſe troianis commixtuʒ oſtendat, vel quia Troianis & Arcadibus ideʒ erat genus. ¶ ſecunda, proſpera.

CHRI. ¶ SCYPHVS, Herculis eſt poculum. Fingebant eniʒ illũ ſculptores cum poculo, & nõ nunq; ebrium non ſolũ ꝙ his heros bibax ꝑhiberetur, ſed ꝙ fabula antiqua ipſum poculo tanq; nauigio maria tranſiſſe referat, ſed putat Macro illũ nauigio, cui ſcypho nomẽ eſſe nauigaſſe. Sunt qui dicant illum in italiam poculum hoc ligneum vexiſſe, ac pro monumento reliquiſſe. Italia aũt ad defendendam vetuſtatem pice obduxiſſe.

¶ HYLAEVMq3

Hyleumq́;[a], pholúq́; manu. tu Cressia[b] mactas
Prodigia. & vastum Nemeæ[c] sub rupe Leonem
Te Stygij[d] tremuere lacus, te ianitor Orci
Ossa super[e] recubans antro semesa[f] cruento.
Nec te[g] vllæ facies, non terruit ipse Typhoeus[h]
Arduus arma tenẽs, nõ te rationis egentem
Lerneus[k] turba capitum circũstetit Anguis.
Salue vera Iouis[l] proles, decus addite Diuis
Et nos, e tua dexter[m] adi pede[n] sacra secundo.

SER. a HYLÆVMq; pholũq;, Hyleus Theseus ĩteremit, Pholus ℞o Herculẽ suscepit hospitio eo tp̄r quo ad expugnãdos centauros p fectus est. Luc. Hospes & alcidæ magni phole, vñ appet p poeticã licẽtiam noĩa esse pro noĩbus posita. b ſ Cressia mactas Prodigia, bene ad leonẽ ques ĩteremit refert, nã cretensem taurus nõ interemit, ss incolumen ad Eurystheus perduxit. Vno tñ ℞bo vtrũq; sæpe ↄcludit, vt Disce puer ℞tutẽ ex me verũq; laborem, Fortunã ex aliis. c ſ Nemeæ sub rupe, nemea silua est vicina thebis, in q̃ Hercules ĩteremit leonẽ. Nemeæ åt anapæstus est. nã & ne & me breues sunt. æ aũt lõga diphthõgo Interemit & alteꝝ leonẽ apud Cleonas vrbem, cuius pellẽ gestabat in tutamẽ, vñ Luc. Ille cleonæi pᵉiecit terga leonis. d ſ Stygij tremuere lacus, inferni, q̃ tpe descẽdit ad rapiendũ Cerbeꝝ. e ſ Ossa sup recubans, aut ad terrorẽ dctm̃ est, aut certe illud est qđ etiã supͣdiximus cerbeꝝ esse terrã, q̃ corpora sepulta ↄsumit. Nã inde cerberus dictus est, q̃si κρεοβορος, Alii pueriliter volunt a cerbero Amphiarai ossa consumi, q hiatu terræ ſm Statiũ viuus descẽdit ad inferos. f ſ Semesa cruẽto, semẽsum nõ dicimus, nec ensum, nã esum facit & comesum. g ſ Nec te vllæ facies. i. species moꝝ suo. h ſ Ipse tiphoeus, & hoc poetice. Nam si interemit cẽtauros, quẽadmodũ etiã gigantũ interfuit ℘lio, qui ante innumeros annos fuisse dicuntur. i ſ Nõ te rationis egentẽ, liptotes figura, nã minus dixit, & plus ĩtelligimus. hoc enĩ dicit prudentissimũ non te circũuenit, & est talis figura q̃lis Munera nec sperno. k ſ Lernæus anguis. i. hydra, Præter hæc q̃ hoc loco Hercules fecisse cõmemorauit alia facta Herculis hæc sunt. Supatus est ap in erymãtho post cerbeꝝ, itẽ stymphalides aues q̃ alũnæ martis fuisse dicunt̃ q̃ hoc piculũ regionibus irrogabãt, ℘ cũ essent plurimæ volantes, tm̃ plumarum, stercorumq; de se emittebant, vt hoĩes & aĩalia necarẽt, agros & semina oĩa cooprirẽt, Idẽ ab Augea elienſiũ rege rogatus ouilia, ℘ stercore aĩaliũ cõgestotã suis q̃; vicinis regiõibus pestilẽtiã creauerãt, imisso Alpheo flumĩe purgauit, & regionibus salubritate reddita ipm̃ regem negata sibi mercede interemit, inde equos Diomedis, q humanis carnibus vescebant̃ abduxit, inde ad Hippolytæ cingulũ petendũ prexit, eãq; ablato cingulo supauit. Ad Geryones aũt sicut iã sup dictũ est. Naui ænea nauigauit, tergo leonis velificãs, ibiq; ƥmũ cautes mathonæ filiũ ĩteremit, deinde eurytiona pastores Martis filiũ, nouiſſime Geryonẽ cuius abduxit armẽta, itẽ ad Hespidas prexit, & Antæũ filiũ terræ victũ luctatione necauit, Inde ĩ ægypto Busiridẽ q aduenĩetes hostes ĩmolare ↄsueuerat, post Prometheũ Iouis impio ĩ Caucaso mõte religatũ occisa sagittis aqla liberauit, Acheloũ ẽt fluuij deũ, q se pp Deianirã œnei filiã certando cũ Hercule in varias formas cõmutabat, mutatũ in Tauꝝ auulso ab illo cornu victoria cedere ↄpulit, post Lycũ regem. q apud inferos, se ↄstituto eius vxorem tẽtauerat reuersus pemit, pp cuius necẽ Iuno ei ĩsaniã misit, vt vxorẽ necaret, & filios, q post recepta sanitate cũ expiatione pricidij ab Apollĩe petijsset, nec ab eo responsa meruisset, ira ↄcitus cortinam ipsas & Tripodes Apollinis sustulit, ob quod iratus Iuppit̃ eũ Omphalæ ℞uire ℘cepit, cuius finis humanitatis talis fuit, cũ Deianirã ↄiugem p fluuium in quo Nessus centaurus trãsuehebat, etiam Hercules transuehere vellet, ausus est nessus occulte Deianirã de stupro interpellare, qđ Hercules cum cognouisset, Nessum peremit, sed Nessus moriens Deianirã monuit vt sanguinem suũ exceptũ seruaret, & qñ aduertisset Herculem altera delectari, sanguine ipso vestem illitam marito daret per quam vindicari posset, Sed Deianira cum audisset maritum, Iolem Euryti filiã amare, vestẽ Nessi tinctam sanguine Lycæ seruo dedit ad eũ perferendam qui cũ Herculi in œta occurrisset, manibus vxoris datam tradidit quam cum ille Ioui sacrificaturus induisset, tanto corporis ardore correptus est, vt Pyram construi iuberet, Donatisq; Philoctetæ sagittis peteret ab eo vt cremaret̃, ne inueniretur, quo facto inter deos relatus ẽ. l ſ Vera Iouis proles, nullus enim humano sanguine procreatus tanta perficeret. m ſ Dexter adi. i. propitius. n ſ Pede secũdo. i. prospero omine.

DON. ¶ NIHIL memoratu dignum excerpi potest ex Donato.

Talia carminibus celebrant: super[a] omnia Caci
Speluncam adijciunt: spirantemq3. ignib[9] ipsu3
Consonat omne nem[9] strepitu, collesq3 resultāt.
Exin se cuncti diuinis rebus ad vrbem
Perfectis referunt, ibat Rex obsitus[b] æuo
Et comitem Aeneam iuxta, natumq3 tenebat
Ingrediens, varioq3 viam sermone leuabat.
Miratur, facilesq3[c] oculos fert omnia circum
Aeneas, capiturq3[d] locis e singula lætus
Exquirit, auditq3 virum monumenta priorum.
Tum Rex Euandrus Romanæ[e] cōditor arcis,
Hæc nemora[f] idigenæ fauni, nympheq3 tenebāt
Gensq3 virum truncis[g]: e duro robre nata.
Quis neq3 mos, neq3 cult[9] erat, nec iūgerē tauros
Aut cōponere[h] opes norant, aut parcere[i] parto.
Sed rami[k], atq3 asper victu venatus alebat.
Primus[l] ab æthereo venit Saturnus Olympo
Arma Iouis fugiens, e regnis exul ademptis.
Is genus[m] indocile, ac dispersum mōtibus altis
Composuit: legesq3[n] dedit, Latiumq3[o] vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

SER. a ¶ SVPER omnia caci. i. hoc factum laudant vltra oīa, & sic est dictum, vt est Et te super oīa dona Vnu3 oro, & bene quātū ad ipsos ptinet re3 maiorem seruauere post oīa. b ¶ Obsitus æuo, ætate inuolutus, vt Teren. Annis pānisq3 obsit[9]. c ¶ Facilesq3 oculos fert oīa circū, physici dicunt ex vino mobiliores oculos fieri. Plau. Faciles oc'los h3. i. mobiles vino. d ¶ Capiturq3 locis, ōlectat. e ¶ Romanæ cōditor arcis, pditor palātei vbi nunc palatiū est, qđ non re vera arx, s3 tenet re3 oīu3 principatum. f ¶ Hæc nemora Idigenæ fauni, Ide geniti, & sciendū. ſm Hesiodi Theogoniā primos deos genitos, inde hemitheos, post heroas, Ide hoīes Inocentes, vitio sceleratos, quē hic nūc ordinē suat. g ¶ Trūcis & duro robore nata, h figmentū ortū ex antiq̄ hoīum habitatiōe, q añ factas domos aut I cauis arboribus, aut spelūcis manebāt, q cū exinde egrederent, vt suā educerent sobolem, dicti sunt Ide procreari. Neq3 cultus erat. i. nullā sui curā habebāt. h ¶ Cōponere opes. i. refuare ordinare. i ¶ Parcē parto, de die ingt viuebāt, nec luenta suabant. k ¶ Rami atq3 asper victu venatus alebat, cognato quodāmō victu alebantur, aut venatu mōtiū, aut arbo4 ramis. l ¶ Prim[9] ab æthereo venit saturnus olympo, h dicit ſm poeticū morem. Nam Saturnus rex fuit Cretæ, quem Iuppit filius eius bello pepulit. hic fugiens ab Iano susceptus est, q regnabat I Italia, quem cū docuisset vsu3 vinea4 & falcis in ptem est admissus Iperij: & sibi oppidum fecit, postea suū repetiuit imperiū. m ¶ Is genus indocile pro indoctum. Nam indocile est quod penitus non potest discere, indoctum qđ nondum didicit. hos autem dicit esse cōpositos, vnde apparet quia indocile dicit pro idoctum. hoc est aūt qđ dicit Cicero in primo rhetoricorum, Ferōs adhuc hoīes magni cuiusda3 viri oratione compositos. n ¶ Legesq3 dedit, Atqui dixit Haud vinclis nec legibus æquam, sed intelligimus Saturnū dedisse leges, quibus adeo obtemperauerunt cū ia3 antea per naturā sine legibus viuerent. o ¶ Latiumq3 vocari maluit, bñ maluit. Nā & saturnia dicta ē, vt Et nomē posuit saturnia tellus, & Virgilius latium vult dici, qđ illic Saturn[9]. latuit Varro aūt latium dici putat qđ latet Italia inter pcipitia alpium & appennini.

CHRISTOFORUS Landinus. ¶ CAPITVR locis, veluti p sagio quoda3 mentis q illic futu4 esset caput Ipij. ¶ Conditor romanæ arcis, sic. n. nō nulli putarūt, s3 varias de pdita roma opiones alio in loco diximus. ¶ Indigenæ, in eo loco nati, & quo4 origo nō sit aliūde, quos græci αὐτόχθονες vocāt. ¶ Trūcis, q̄si qđ a pncipio orbis inde originem traxerit, nā q ex antiq̄s phis mūdum habuisse pncipiū volunt referūt terrā ipsam post elemento4 diuisiones cœnosa3 extitisse, eāq3 a Sole paulatim densata3 & suo calore fermentata in plurimis locis tanq3 vlcera q̄dā tenui folliculo opta pduxisse, vt etiā nūc in ægypti paludibus videmus accidere, Cū ergo in humidis calore adhibito gñatio fiat, & noctu qdē circūfluus aer humorem præstet, q inde sole psolidet, tandem putredines illæ tepore aptum productæ sunt, vnde effractis folliculis varia4 forma4 alalia exierunt, Iterea & hoīes quā opinionem Eurypides Anaxagoræ discipulus in ea quā melanippem fabula scribit refert, Hi igit a principio vagi inculti sine moribus aut legibus per syluas viuebant, donec aliquis qui sapientia ac eloquētia pditus fuit paulatim a feritate ad humanitatem reducens in vnum eos coegit atq3 illis & mœnia & leges posuit.

¶ SIC PLACIDA

Aureaq́(vt perhibent) illo sub rege fuere
Sæcula, sic placida[a] populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim, ac decolor[b] ætas,
Et belli rabies: & amor sucessit habendi.
Tum manus[c] ausonia, & gentes venere Sicanæ
Sæpius, & nomen posuit Saturnia tellus.
Tum reges, asperq́ immani[d] corpore Thybris,
A quo post Itali fluuium cognomine Thybrim
Diximus, amisit verum vetus Albula[e] nomē.
Me pulsum[f] patria, Pelagiq́[g] extrema sequētē

SER. a ¶ SIC PLAcida populos in pace regebat, vt merito aurea sæcula crederentur. b ¶ Decolor ætas, vitiosa, In oi enim vitioso corpore inest pessimus color, & alludit ad nām metalli quā cernim⁹ discolorē, nec īmerito supra. n. dixerat aurea sæcula, iō nūc dixit Decolor ætas c ¶ Tū manus ausonia, oēs ītræ hitatores aut indigenæ, aut aduenæ, aut puenæ, indigenæ sūt idē geniti quos vocāt aborigīe latiri græci αὐτοχθονες ꝯ fauni dixit, aduenæ de vno loco venientes, vt Saturnus, puenæ ꝯ diuersis, vt ausones & sicani, Sicani aūt s̄m nōnullos populi sūt hispaniæ a sicori fluuio dicti. Lucanus, Hesperios inter sicoris non vltimus amnis. hi duce Siculo venerunt ad italiam, & eam tenuerunt exclusis aboriginibus, mox illi pulsi ab illis, quos ante pepulerant, insulam vicinas italiæ occupauerunt, & eā sicaniam a gētis nomine, Siciliam vo a ducis noīe dixerūt, ꝗq̄ Thucydides de sicilia Italū dixit venisse, & ab eo italiam esse appellataā. d ¶ Immani corpore thybris, hic tuscorū rex fuit, qui iuxta hunc fluuium pugnās cecidit, & ei nomen imposuit. alii volunt istum ipsū regem latrocinatum esse circa huius fluminis ripas, & trāseuntibus crebras iniurias intulisse, vñ thybris quasi ὕβρις dictus est ἀπὸ τῆς ὕβρεως. i. ab iniuria. nā amabāt maiores vbi aspiratio erat s. ponere. vt ἑπτὰ septē, vel f. vt σελήνη selena. Alij vt supdixim⁹ volunt eos q de sicilia venerūt thybrim dixisse ad similitudinē fossæ syracusanæ, quā fecerunt p iniuriam afri & athenieses iuxta ciuitatis muꝝ. Nam qꝺ Liuius dicit ab Albano rege tyberino. Thybrim dictū nō procedit, ideo qa etiā añ albam thybris dictus inuenit. e ¶ Albula nomen, antiquū hoc nomen a colore habuit. f ¶ Me pulsum p̄tria, aut vt diximus supra ꝑpter parricidium, aut certe oraculo ꝑ necessitate cōpulsus. g ¶ Pelagiq́ extrema, per extrema pelagi actū, aut vt dicit Donatus per pelagus extrema pelagi sequentem, aut pelagi aduerbium est.

DON. ¶ ME PVLSVM, non sua culpa patria caruisse, sed fatorum demonstrat, quæ vt ipse dicit sunt insuperabilia.

CHRI. ¶ AVREAq́ vt perhi. Regnabant teste Higinio, qui ꝓtarchum trallianum secutus est in hac regione Ianus atq́ Cameses tāta cōcordia, vt regio camesene, oppidum ianiculum diceretur, verum cum iam ad solum ianum regnum peruenisse, ipse Saturnum creta ioue pulsum naui delatum hospitio accepit, atq́ ab illo agriculturam edoctus eū regni socium fecit, & cū ꝑm⁹ æra signasset ī altera parte saturni effigiē in altera nauiꝫ, q̄ aduect⁹ fuerat īprimendā curauit. Cum āt īter hæc Saturnus nusq́ appareret, ianus oēm terrā suæ dictionis parētem appellauit, et saturnalia illi instituit Saturnia oppidum paruum fuit sub capitolio ꝯditū aboriginibus in memoriā saturni. In eo erat saturnia porta q̄ deinde pādana ē noiata. Saturnius: mōs sequētibus tēporibus dictus est tarpeius, sūt qui dicant saturniā terrā a fertilitate dictā, qa saturanus sit deus fertilitatis. Inde agros fertiles saturianos dixerūt. ¶ Ausonia, ausones eam ptem italiæ habitauerūt, quæ est ꝓpe Rheginos ad meridiē in dorso apēnini, sic dicti ab Ausone antiqssimo rege ex Arcadia huc profecto, qui postea sparsi per italiā aborigenes sunt nominati. ¶ Sicani, vide Ser. post sicanos in eadē īsula, vt refert Dionys. venerunt siculi, qui italiæ populi cum pelasgis, & aboriginibus pares eē possent, italiam omnes inferiorem in notum peregrātes in proximā insulam obseruato æstu trāsfretarunt. Occuparant autem prius sicani hispanum genus qui Ligures fugerant, & sicaniam a se insulam nominarūt, quæ antea a figura triangulari Trinacria dicebat. Isti igitur a se siciliam nominarūt quod fuit, vt placet Hellanico lesbico tribus ætatibus ante res troianas. Is. n. dicit, eorum regem nominatum siculum, a quo & ipsi & insula nomē acceperunt. Philistus auteꝫ syracusanus scribit tempus transmissionis annis octoginta ante troianū bellum fuisse, eamq́ gentem, neq́ siculorum, neq́ ausoniorum, neq́ hellenum, sed lygurum fuisse, ducente eos siculo, quem Itali filiū dicunt fuisse & ab eo dictos esse siculos. Antiochus syracusanus siculos hos exactos fuisse ab œnotrijs & vmbris. Thucydides scri. Siculos pulsos ab opicis multis annis post troicū bellum.

Saturni⁹

Ausones

Siculus

Fortuna[a] Omnipotens, & ineluctabile Fatum[b]
His posuere locis, matrisq; egere[b] tremenda
Carmētis[c] nymphæ mōita & de[d] auctor. Apollo
Vix ea dcā, dehinc pgressus monstrat[e] & Aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam.
Quā mēorāt Nymphæ priscū Carmētis honorē
Vatis[f] Fatidicæ, cecinit quæ[g] prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile Palanteum.
Hinc lucuz ingentez, quē Romul[9] acer asylū[h]
Rettulit, & gelida[i] monstrat sub rupe Lupercal
Parrhasio[k] dictum[l] Panos[m] de more Lycæi.
Necon, & sacri[n] monstrat nemus Argileti.

SER. a ¶ FORTVNA omnipotens & ineluctabile fatū, s̄m stoicos locutus est, qui nasci & mori, fatis dant media oīa fortunæ, nā vitæ humanæ icerta sunt oīa. vnde & miscuit, vt quasi plenum ostenderet dogma. Nam nihil tā ꝯ̄rīū est fato ꝙ̄ casus, s; s̄m stoicos dixit. b ¶ Egere, cogere, vt q̄ñ oñ dat se inuitus. c ¶ Carmētis nymphæ monita, mr̄is eı̄, nymphæ autē maritæ dixit. nā græce sponsa νυμφη dr̄. hæc aūt nō vere nympha fuit, sed vaticinatrix. d ¶ Auctor. s. oraculoꝝ. e ¶ Mōstrat & arā, quā matri fecit extinctæ. est aūt iux̄ portā, quæ p̄mo a Carmēte carmētalis dicta est, post scelerata a Fabijs. cccvj. vitijs, q p ipsam in bellū p̄fecti nō sunt reuersi. f ¶ Vatis fatidicæ, bñ addidit fatidicæ, nā vatē & poetā possumus itelligē. Luc. Nec si te pectore vates Accipiā. Vñ solū plenū nō erat. ꝫ tale est, vt est illud in Sal. In tugurio mulieris ancillæ, nō quia mulieris statim & ancillæ, si aūt ancilla, statim & mulier est. g ¶ Quæ p̄ma, q̄a postea & sibylla dixit nobile palāteū futuꝝ. s. sicut & æneades. h ¶ Asylū rettulit, postq̄; Hercules migrauit e terris, nepotes eius timentes isidias eoꝝ quos auus afflixerat, athenis sibi p̄mi asylū, i. ē teplū misericordiæ collocarūt, vñ nullus posset abduci, qđ & Stat. dicit Herculeos fama est fundasse nepotes. Iđ ꝫ ait, qđ Romulus acer asylū rettulit, i. ē fecit ad imitationē atheniēsiū asyli, qđ ideo Romulus fecit, vt hēret aduenas plures, cū quibus ꝯderet romā, Iuue. Et tñ vt lōge repetas lōgeq; reuoluas Nomē, ab īfami gentē deducis asylo. i ¶ Gelida mōstrat sub rupe lupercal, sub mōte palatino est q̄dā spelunca in q̄ de capro luebat̄. i. sacrificabat̄, vñ & lupercal dictū nōnulli putāt. Alij ꝓ̄o dicūt qđ illic lupa Remum et Romulū nutrierit. Alij qđ est verisimilius lucuz hunc esse sacratum Pani deo arcadiæ, cui & mons lycæus in arcadia est consecratus, & dictus est quod λυκους. i. lupos non sinat in oues seuire. ergo ideo & Euāder deo gētis suæ sacrauit locū, & noīauit lupercal ꝙ p̄sidio ipsius numīs lupi a pecudibus arcerent̄. k ¶ Parrhasio dictū panos de more lycæi, ordo est mōstrat lupercal Panos lycæi dictum de more parrhasio. i. ostēdit lupercal Panos lycæi dicatū ex more arcadico. Nam parrhasia arcadia est. l ¶ Dictum, dicatum consecratū. m ¶ Panos lycæi, hu9 panos genitiu9 est græc9, & panos lycæi sic dictum est, vt iouis olympi, Apollinis delphoꝝ. n ¶ Sacri mōstrat nemus argileti, sacri execrabilis. sane argiletuz multi volunt quasi argiletū a pingui terra, Alij a fabula. Nam euāder argum quēdā suscepit hospitio, qui quū de eius cogitāret īteritu, vt ipse regnaret, Euādro hæc ñ sentiētæ socij ītellexerūt, & argū necarūt, cui Euāder & sepulchrū fecit, & locū sacrauit, ñ qđ ille merebat̄ s; hospitalitatꝭ cā, bñ āt euander in hac re immorat̄, & docet cām, nē apud hospitē in suspitionem veniat. ergo argiletum ab argo illic sacrato & sepulto.

DON. ¶ Mater, nā & mr̄, & dea q̄ ꝯ̄ pietatꝭ meritū mouē filiū non posset. ¶ Cecinit q̄ p̄ma, Magnū argm̄ ꝙ dea fuerit, & fatidica, Cū p̄ma cecinerit æneadas futuros magnos, pallāteū futuꝝ nobile. ¶ Lucū, q postea a romulo asyli nomē accepit. ¶ Lupcal, vñ luperci & lupercalia dnt.

CHAR. ¶ FORtuna oī. Vt ponē fortunā p fato i h̄ loco, ppterq; oīpotētem appellat. Quō āt a phis fatū a fortūa, & a casu diuidatur, alio loco puto dixisse. Euādrū āt ex pallātio vrbe arcadiæ i italiā venisse sexaginta ānos añ res troianas, ait Diony. Creditūq; eē Mercurij filium & nymphæ cuiuldā arcadiæ icolæ, quā græci thenō eē dnt, fatidicāq; demōstrāt. Romāi carmētē dixerūt, q̄a vētura carmīe p̄diceret. Quo sic duxit veneā qm̄ diffidēte ꝑp̄lo ps iferior vltro excessit, R eceptus ē liberalr̄ a Fauno rege aborigenū ꝑnc porē marij atq; ab eo data ē portio agri quaꝫ voluerūt arcades q pauci erāt. Elegerūt p̄mō

Euāder monstrāte Carmēta collē tyberi vicinū puiqꝫ in eo oppidū ꝯdidest, appellast pallātiū a metropoli eoꝝ regiōis, q̄uis Polybi9 dicat dcm̄ a pallāte adolescēte ibi mōtuo, s; nullū vestigiū extat, qđ Euāder aliq̄s cerimōias illi istituerit, cū arā carmētæ sb̄ Capitolio erexerit iux̄ portā carmētalē. Instituerit āt tēplū Pani lycæo arcadū deo vetustissimo i loco quē romāi lupcal, nos lycæū dicius. Erat āt illꝭ tēporibus antrum

Carmenta.

bus ãtrũ magnũ sb colle arborib⁹ tectũ, & fõtes sb petris ꝓfundi, & adherẽs rupib⁹ dẽsa sylua. Ibi atra apud quã ẽt nũc romani sacra faciũt mẽse februario cũ zona pellis caprinæ discurrentes ꝓgnãtium fœminarũ dextras ad facilem partũ verberãt. Hinc nonnulli putãt dictũ lupercal eo ꝙ luãt per caprũ. In vertice collis victoriæ tẽplũ erat hæc & lõge pura i Diony. Sunt & alia de Euãdro, quæ apud Seruiũ & conciuẽ nr̃m Bocatiũ florentinum inuenias.

Testaturq;[a] locum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem, : Capitolia ducit
Aurea[b] nunc. olim siluestribus horrida dumis
Iam tum relligio[c] pauidos terrebat agrestes
Dira[d] loci, iam tũ Siluam, saxumq; tremebãt
Hoc nemus[e]. hunc inquit frondoso vertice collẽ
Quis Deus incertũ est, hitat De⁹. Arcades ipsi[f]
Credunt se vidisse Iouem, cum sæpe nigrantem
Aegida[g] concuteret, dextra[h], Nimbosq; cieret.
Hæc duo præterea disiectis[i] Oppida muris
Relliqas, veterumq; vides monumẽta[k] Virorũ.
Hanc Ianus pater hanc Saturnus cõdidit Vrbẽ
Ianiculumq; illi. huic fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Euandri, passimq;[l] armenta videbant
Romanoq;[m] Foro: e lautis[n] mugire Carinis,
Vt ventum ad sedes. hæc inquit limina victor[o]
Alcides subijt, hæc illum regia cepit,

a TESTATur locũ, iurat non sua culpa iura hospitii eẽ violata. b Aurea nunc, nunc ad vtrũq; ptinet, & ad aureã, & ad tarpeiã sedẽ nam trapeia sedes dcã ẽ a Tarpeia vgĩe, quũ enĩ Romulus cõtra sabinos bella tractaret, & Tarpeio cuidã dedisset arcẽ tuẽdam filia ei⁹ Tarpeia aqrũ ꝓfecta i hostes scidit, quasquũ cohortarẽtur ad proditionẽ, illa p ꝓmio poposcit ornatũ manuũ sinistrarũ. i. armillas, fcã itaq; arcis ꝓditiõe hostes ingeniosa morte ꝓmissa soluerũt. Nã scuta. i. sinistrarũ manuũ ornatũ sup illã iaciẽtes eã luce ꝓuauerũt, q̃ illic sepulta tarpeiæ sedi nomẽ ipos suit. d Dira, magna, vt An sua cuiq; de⁹ fit dira cupido. c Religio. i. met⁹ ab eo qd mẽtẽ religet dcã religio. e Hoc nemus, bñ vbi q; mõs dixit, nã tũc ædificia nõ erãt. f Ipsi credũt se vidisse Iouẽ, i ll. s. nemore, sane ad illud alludit qd primi dñr Ioui tẽpla fecisse, nec. n. lõge sũt a mõte olympico, vñ eos dixit Iouẽ vidisse, & qd ipsi sũt προσέληνοι i. añ lunã creati, vt Stat. Arcades astris lunaq; priores. licet dicat Sal. primo cretẽses inuenisse religionẽ, vñ apud eos natus fingit Iuppitẽ. g Aegida ꝯcuteret, hic distinguẽdũ est, nã ægida. i. pellẽ amaltheæ capræ a q̃ nutrit⁹ ẽ i sinistra Iuppitẽ tenet. h Dextra nimbosq; cieret, & de dextra fulmina cõmouerет, nã mõ nibos p fulminibus posuit, quæ dextra iacit. Aegidis ãt cocussio cõmouet pluuias. i Disiectis oppida muris, Vnũ Iani, aliud Saturni, iã tunc vetusta. k Monumẽta virorũ hi sermõe oñdit ẽẽ Saturnũ virũ fuisse. l Passimq; armẽta videbãt, q̃ p⁹ mortẽ Caci nullo tiore passim vacabant. m Romanoq; foro romanũ forũ ẽ vbi nũc rostra sunt. n Lautis mugire carinis, carinæ sũt ædificia fcã in carinarũ modũ, q̃ erãt intra tẽplũ telluris. lautas dixit aut pp elegantiam ædificiorũ, aut pp Augustus, q natus est cunis veterib⁹, & nutritus est in lautis carinis. o Victor alcides subijt ex συμβόλου, i. bonũ Aeneæ oẽ ostenditur.

ARGI, qui ex hospite fcũs est inimic⁹, vñ nõ erat pudẽdũ ab hospitẽ talẽ i teremisset ghospitalis religionis oblitus fuisset. Duci oñdẽdo, nõ ãt ambulãdo, nã senex ardua nõ ascẽdisset vespertino tpe. Ad tecta, vt iã appropinquasse oñdat, nõ aũt tecta ne ingredi viderent. Regia. Quecũq; domus modo a rege habitetur regia iure dicitur.

DOCET letum, idest docet & qui letum intulerunt, & quare intulerunt. vt culpam a se amoueat. Nunc. i. capitolia, & tarpeia, & aurea, nam euandri temporibus nec aurea erant, nec illa nomina habebant. nam mons iste primo Saturnus est appellatus, deinde tarpeius a tarpeia virgine sabinorum scutis necata, de qua Proper. Tarpeiæ mães & tarpeiæ turpe sepulchrum Fabor & antiqui limina capta iouis, postremo cũ Tarq̃n⁹ prisc⁹ fundamẽta ad ædẽ iouis faciẽda cauaret ab inuẽto hũano capite capitoliũ dixit, Quod sequẽtib⁹ tpib⁹ ita ornatũ excultũq; fuit, vt ꝓmũ inter septẽ orbis spectacla poneret. Terrebat, na prim⁹ i orbe deos fecit timor. Paupis euãdri vl vt oñdat quãta deĩde incremẽta fuerit vrbis romæ, vl p trãsitũ antiqrũ frugalitatẽ laudat. Passĩq; a. nã i ijs ꝓsceriũ diuitiæ erãt. Rõanoq; f. p⁹ palatiũ erat i via sacra ad radices capitolij. Carinis. carinæ viã sacrã ptẽgebãt, vincula diui petri i illis st. Hec. r. q. d. q̃uis pua, et hũil oñdit magnos viros ñ fortũæ põpas, s3 ai ꝟtutes admirari.

SER. a ¶ AVDE hospes cõtenere opes, bene aude q̃ rem arduã & difficilem. b ¶ Dignũ finge deo, compone te in similitudinẽ numinis. c ¶ Angusti supter fastigia tecti duxit. ex cõtrarietate q̃situs ornat⁹, ait eni angusti tecti sup fastigia ingẽtẽ Aeneã duxit. d ¶ Pelle libystidis vrsæ, spẽs p genẽ nã cuiuslibet feræ possum⁹ accipere. e ¶ Exterrita mr̃, iõ territa q̃ mr̃. f ¶ Dictis diuinũ inspirat amorẽ, petitura p filio de adulterio perea to orõnẽ suã ĩgẽti arte composuit, qđ etiã Vulcanus ipse testatur dicens Quid cãs petis ex alto? Nõ. n. aperta est eius petitio, s; lõgo procemio puersã amore mariti circũuenit mẽtẽ. ergo q̃ tionẽ hanc quæ nascit ex petitiõe Veneris ĩpudica soluim⁹ his modis. Primo qđ Vulcanũ amorẽ circũuenit, deĩde qđ est nacta occasionẽ eius tpis. quo Marti arma faciebat, quẽ fuisse sciebat adulterũ, p qđ datur ĩtelligi Vulcanũ oẽm suspitionẽ & irã, quã habuit circa Venerẽ dposuisse. adeo vt arma ẽt ipse fabricaret adultero pterea Vulcanũ vxoriũ fuisse testat, & ipse Vir. dicẽs Tũc pater æterno fat deuict⁹ amore, & Sta. vbi Martẽ Ven⁹ alloq̃tur, vt At nõ eadẽ Vulcania nobis Obseq̃a & læti serui tñ ira mariti. Nã qđ dicit Donatus potuisse fieri, vt cũ Anchisa pcũberet Ven⁹ anteq̃ Vulcano nuberet, nõ pcedit. pstat. n. a principio venerẽ vxorẽ fuisse Vulcani. g ¶ Debita, fataliter ad exitũ destinata. h ¶ Miseris, atq̃ honestũ ẽ miseris subuenire, s; hoc dicit cur te fatigarẽ pro hostbus fati necessitate perituris? i ¶ Primi deberem plurima natis, scimus q̃ Paridi tantũ debuit, s; hoc idẽ hẽt ad aliaꝝ cõmemorationẽ personaꝝ, ne ex turpi causa Paridi debuisse videatur.

strato adderet. Vulcanũ alloq̃tur, tantũ hñs spei, quãtum vxor de viro pcipere debet, & tñ despationis quãtum odiũ inter vitricum & priuignũ ẽe psueuit. Ergo illũ fraude adorit. ¶ Thalamo, vt iter secreta lectuli extorq̃ret qđ ille nollet. ¶ Diuinũ, quẽ hũanis pectorib⁹ dono ĩferere psueuit, nã amor q̃ ẽ ex voluntate nr̃a humanus est. ¶ Priami natis de Creusa maxĩ ĩtelligit, laborat ãt vt verecunde videat̃ peter̃, ne mariti auxiliũ iamẽ rogaret in reb⁹ quæ remoueri non possent.

Aude[a] hospes cõtenere opes, & te quoq; dignũ[b]
Finge Deo, rebusq; veni non asper egenis.
Dixit, & angusti[c] supter fastigia tecti
Ingentem Aeneam duxit: stratisq; locauit
Effultum folijs & pelle[d] de Lebystidis Vrsæ.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
At ven⁹ haud animo nequiq̃ exterrita[e] mater,
Laurentumq; minis, & duro mota tumultu
Volcanũ alloq̃tur, thalãoq; hæc cõiugis aureo
Incipit, & dictis[f] diuinum aspirat amorem.
Dum bello argolici vastabant pergama Reges
Debita[g]: casurasq; inimicis ignibus arces:
Non vllum auxiliũ miseris[h]. non arma rogaui
Artis, opisq; tuæ, nec te carissime coniux,
Incassum ue tuos volui exercere labores.
Quamuis & Priami[i] deberem plurima natis,

CHRI. ¶ ANGVSTI ingentẽ æneã, pulcherrima ẽ declamatio a contrario & occulte significat etiã magnos aĩos in angustis laribus inueniri posse. ¶ Diuinũ amorem. q. d. maximus, & qualẽ a tali dea suspirari posset. ¶ Dum bello ar. in deliberatiuo genere ẽ, Petit enim arma filio. Est aũt causa turpis, cũ petat ei filio arma a marito, quem ipsa ex adulterio cõceperat. Quapropter magna ex parte ponit personam p persona, Demonstrat. n. causa troianoꝝ maxime moueri. Captat aũt in primis beniuolentiam a psona sua, cum ostendat maximã rationem mariti habuisse, & q̃uis multũ cuperet troianorum causa plurimumq; deberet troianis propter iudiciũ Paridis, tñ nunq̃ voluisse illum incassum laborare in re nihil profutura, nũc autẽ petere arma cum teucri iussu Iouis in italiam cõstituerint. ¶ Artis opis. q. d. qui facile pstare potuisses. ¶ Carissime, cum efficacia protulit & gestus lenocinio. ¶ Carissime, propterea nolui te icaĩsũ laborare, quia mihi es carissimus. ¶ Carissime, quasi hoc verbo medetur dolori veterato Vulcani ex adulterio anchisæ, quasi ĩferat non propter se anchisæ admiseuisse q̃ tedio mariti afficeretur, sed alia veniali causa ergo carissime coniux. i. cuius coniugium mihi semper gratissimũ fuit, nam nulla alia re grauius ferunt vxoris adulteriũ viri q̃ q̃ dolent postponi in amore. ¶ Quãuis priami natis, Quod debebat Paridi soli veluti gratissima se hominibus debere dicit.

DON. ¶ AVDE hos. multũ tribuit æneæ, cuꝫ Herculi cõpararet. ¶ Rebusq; veni nõ asper egenis. i. ne aspere veni rebus egenis. Sum eniꝫ pauper cui & si copia deest, aliq̃ntæ tñ substãtiæ sunt, s; nõ sum egenus. ille. n. in miseria est. & egestate. Ergo nõ bis repetẽdũ. ¶ Libystidis vrsæ, vt ex [illegible] bestiæ aliqđ gratiæ illi [illegible]

¶ AENEAE

Et durum Aeneae[a] fleuissem saepe laborem.
Nunc Iouis[b] imperijs Rutulorum cõstitit oris.
Ergo ede[c] supplex venio, & sanctũ mihi numẽ
Arma[d] rogo Genitrix[e] nato. te filia Nerei
Te potuit lachrymis Tithonia[f] flectere cõiux
Aspice qui coeant populi, quae moenia clausis[g]
Ferrũ acuãt portis in me[h], excidiũq; meorum.
Dixerat, & niueis hinc atq; hinc Diua lacertis
Cunctantem[i] amplexu molli fouet. ille repẽte
Accepit[k] solitam flammam. notusq; medullas.
Intrauit calor, & labefacta[l] per ossa cucurrit.
Non secus atq;[m] olim tonitru cũ rupta corusco
Ignea[n] rima micans percurrit lumine nimbos.
Sensit laeta dolis & formae[o] conscia coniux.
Tum pater aeterno fatur deuinctus[p] amore.
Quid caussas petis ex alto[q] fiducia cessit
Quo tibi Diua mei? similis si cura fuisset,
Tum quoq; fas nobis Teucros armare fuisset.

SER. a ¶ AENEAE fleuissem saepe labores, bñ post pergama, post troiãos, post Priami liberos cũ excusatiõe cõmemoratio fit Aeneae. dicit enĩ se eius ĩfoelicitate cõmotã. b ¶ Iouis ĩperio, ne videret ĩpudẽs, si aliena regna deposceret, & li latenter dicere videt faue huic, cui & iuppiter fauet. c ¶ Eadẽ, quae tunc. s. filui. d ¶ Arma rogo, hic distĩguendũ, vt cui petat nõ dicat, sz relĩquat ĩtelligi. e ¶ Genitrix nato te filia nerei, Thetis, quae Achilli arma impetrauit, & bõis vtit cõparationib' dicendo filia Nerei, quasi ipsa Iouis sit filia. Itẽ vxor tithonia, quasi ipsa sit Vulcani. Nerei aũt p Nerei. Oĩa aũt q̃ in eius exeũt hodie, apud maiores in es exibãt, vt Nereus neres, Tydeus tydes, & genitiuum in is mittebãt, vt tydis neris, sz ga plerũq;. s. in latinitate detrahit remanebat. i. hic est filia Nerei. Inimicis Achilli, itẽ in Sal. Ad bellũ Persi macedonicũ. hic A spes. f ¶ Tithonia cõiux, Aurora petiuit p Mẽnone. g ¶ Clausis ferrũ acuãt portis, dixit. n. supius. Quinq; adeo magnae positis ĩcudibus vrbes. h ¶ In me, artificiose arma petit & iã sibi pfutura. Nam a graecis fuerat vulnerata, vñ est, Eqdez credo mea vulnera restãt. i ¶ Cũctãtẽ. s. de pmissione, quã rem p amplexũ suũ ĩmisso amore psoluit. k ¶ Accepit solitã flãmã, alludit ad rem nãlem. Nãq; ideo Vulcanus fingit maritus Veneris, q venereũ offm nõ nisi calore pficit, vñ est frigidus in Venerẽ senior. l ¶ Labefacta p ossa, si ossa labefecit, quãto magis alia? m ¶ Atq; olĩ fere, vt solet, nã nõ est aduerbiũ tpis. n ¶ Ignea rima micans. i. fulmen, cuius nãm expressit. Nãq; nubes vento coactae plerũq; rũpunt, & ex se fulmẽ emittũt. o ¶ Formae ↄscia coniux, intellexit se dolis & pulchritudine praeuenisse mentẽ mariti. p ¶ Deuinctus, hoc sermone osñdit eũ cũcta posse ↄcedere. q ¶ Ex alto, argumentatione longe repetita.

D.CHR. ¶ EADEM, Quae ipeni. ¶ Genitrix nato.

maiorem miserationes mouet nominibus necessitudinum q̃ mouisset noibus pprijs. ¶ In me, iunxit personam suam vt magis moueret. ¶ Accepit solitam. fl. Osñdit plus pfuisse loci tẽporis & personae obseruationem q̃ verba. ¶ Pater, qui loco pris Aeneae esset pfuturus. Quid causas, ita loquitur q̃si nõ ipse esset, qui pauloante cunctabatur. ¶ Ex alto, longa circuitione verborum.

CHR. ¶ ET DVrum Aeneae, nõ nominauit aeneã nisi iam corroborata cũ atq; ea conatur ducere in cõmiserationes, cũ eius nominat durum laborem, et cũ multum confideret formae suae, addit, fleuissem, vt moueatur propter se, si non mouetur propter Aeneã. ¶ Iouis imperijs rutulorum, ostendit egere auxilio, Quia in oris rutulorum. Ostendit pericula non esse ineuitabilia, quia sint sub tutela iouis. ¶ Ergo eadem, ostenderat cãm petendi esse honestam, neq; desperandam, nũc ponit petitionem. ¶ Nato filia, ergo cõcedendum te. ¶ Nerei te potuit. l. th. c. Argumentum a maiori. ¶ Aspice, ostendit auxilium necessarium pp̃ter hostium potentiã. ¶ Et niueis hinc atq; hinc, foeminarũ est pulchritudini & blanditijs plus confidant q̃ veris argumentationibus, ipsa autem prudentissime egit, vt primo rationibus commoueret, deinde commotus pulchritudines & blãditijs impelleret. ¶ Cũctãtem, ex morali sensu docet maximos etiã viros muliebri forma ac lenocinio domari posse, vt de Hercule sansoneq; referunt. ¶ Sensit laeta dolis, nihil. n. foeminae gratius accidere põt, q̃ cũ sua sentit pulchritudine viros vinci. ¶ Quid caussas ex alto, aiaduerterat artificiosam cõiugis orationem, Vulcanus, & illam ĩsinuationem argumẽtationis ex lõginquo repetisse, & veluti amore perdomitus operã suã perfectam absolutamq; pollicet. Quis enim amori resistat? Vñ ipse alibi. Omnia vincit amor & nos cedamus amori.

Nec pater Oīpotēns Troiā, nec fata[a] vetebant
Stare, decemq; alios Priamū supesse p annos.
Et nunc, si bellare[b] paras, atq; hæc tibi mens est,
Quicquid in arte mea possum[c] pmittere curæ,
Quod fieri ferro, liquido ve[d] potest Electro
Quantū ignes, animæq;[e] valēt absiste pcādo[f]
Viribus indubitare tuis. ea verba locutus
Optatos dedit amplexus, placidumq; petiuit
Coniugis[g] infusus gremio per mēbra soporem.
Inde vbi prima quies medio iam noctis abactæ
Curiculo[h] expulerat Sōnū, cū foemina primū
Cui tolerare Colo[i] vitam, tenuiq;[k] Minerua
Impositum, cinerem, & sopitos suscitat ignes
Noctē[l] addēs operi, famulasq; ad lumina lōgo
Exercet[m] penso, castum[n] vt seruare cubile
Coniungis, & possit paruos educere natos.

SER. a NEC FATA vetabant stare, atqui supra ait debita. Sz sciendū sm aruspicinæ, libros & sacra aruntia, quæ Tages cōposuisse dicitur fata decem annis quadam ratione differri. qđ nūc dicit Vulcanus potuisse fieri, ergo nō est ɔtrarius. Nā fata differūtur tm̄, nūq; penitus īmutant̄, quod etiā Iuno dicit Atq; īmota manet fatis lauinia cōiux, At trahere atq; motā tantis licet addere reb⁹. b Si bellare paras, quia dixerat In me excidiumq; meorum. c Possum promittere curæ, vł possum quicqd curæ est. i. officij & sollicitudinis. d Liqdo electro; puro, & sz Pli. in naturali historia sunt tria electri genera, vnum ex arboribus quod succinū dicit̄, aliud quod naturaliter inuenit̄ tertiū quod fit de tribus partibus auri & vna argenti, quas partes etiā si naturas resoluas Inuenies, vnde erant q dicūt melius esse naturale. Electri aūt natura probatur veneno, quo recepto & stridorem emitit, & varios ī dissimilitudinē reddit colores. e Animæ, ventis, απο των ανεμων qa sm aliq̄s anima ventus est, vt atq; in ventos vita recessit. f Precando viribus indubitare tuis. i. dubitare, nam in vacat, & hoc dicit precū nimietas, postulationis significat dubitationem. g Coniugis infusus gremio, hoc est aū cōcubuit, & sic quieuit. Prob⁹ vo & Carminius ꝓpter cacephaton infusum legunt, vt sit sensus dormiit cū cōiuge dormiente. i. petijt soporem infusum etiam in coniugis gremio. h Curriculo. tpe modo, alias loco, alias officio. i Colo, hunc sequimur, nā huius colli dicimus; nō vt Stat. hui⁹ colus ī sexto thebi. Extrema iā sola colo, tlatus ordo senectæ, & ī quarto, Nigræq; sororum Intrauere colus. k Tenuiq; minerua, nō filo tenui, sz paruo precio lanificij. & alij hic distingūt, & subaudiūt, mos est, aut placet vt sit sensus Cui tolerare colo vitam tenuiq; minerua mos ē vel placet, & sic inferūt impositū cinerē & sopitos, vt cōtra Hor. Incedis per ignes suppositos cineri doloso. Alij sic legūt Tenuiq; minerua impositus. i. cui hæc necessitas fatalis data. l Noctē addēs opi, per transitū ostēdit esse noctē partē diei. m Exercet penso, fatigat. Teren. ī andria, Primo hæc parce ac duriter vitā agebat lāna & tela victū q̄ritās, hīc ergo traxit Vir. vt diceret. n Castum vt seruare cubile. **DON.** NEC pater om. n̄ posse penit⁹ subuertit sz posse differri fata ostēdit poeta. Ferro, ad robur pertinet. Electro. ad pulchritudinē. sed armor splēdor vehementer terret hostes. Alæ, vēti qbus ignis alatur. Gremio. itelligit̄ gremium nō solū sedētis sed etiā verū et qcqd hoī ad regē pstiterit locū, ita alibi, Et fotū gremio dea tollit in altos. Famulas, p manib⁹ accipimus, quibus vice famularum vtunt̄ paupiores, qb⁹ ad cōparādas famulas pecunia nō ē. **CHRI.** LIQuido ve pōt electro, non me fugit inueniri apud antiq̄s potestur. Nā Lucre. ait in iii. Quod tm̄ expleri nulla rōne potestur, vt & dixerunt potesse idē qđ si forte vna credunt ratione potesse. Verum in hoc versu nō fuit, cuius electrum primā syllabā producit, est. n. ηλεκτρον littera semper apud nos in e longam transit. Ergo si dicatur, Liquido vt potestur electro corripitur e, qm̄ est vltima dactyli, q̄ rōne inductus puto Virg. hunc versū fecisse spondiacum, vt est cornua velatarū obuertimus antēnarū, & alibi Persius, Sic costā lōgo subduxim⁹ apēnino. Quapp diceī. qđ fieri ferro liquido ve pōt electro, vt sit e sit in quinta sede spondæus p dactylo, quod apud græcos tritissimum est. Alæ, venti, Hora. Impellunt alæ lītea Thraciæ. nā vento p folles concitato egent fabri ferrarij ad ignes viuificandum, inde flamma a flatu dī. Cum femina primum, ostēdit p trāsitū oportere bonā mfem familias assiduo ope cuncta q̄ domi sūt curaī, & p virib⁹ familiā nutrit̄, & castitatē duritia vitæ & assiduo labore ɔseruare. Quapp rectæ Iuue. Præstabat castas hūilis fortuna latinas. Quōdā nec vitijs ɔtingi parua sinebat Tecta labor, sōniq; breues & vellere thusco Vexatæ duræq; man⁹. Noctem

quam

quā multæ in nimia lasciuia pterunt. ¶ Famulasq̃, nā q̃ regēdæ familiæ ḡsit oēs a muliebri sexu desidiā dimouēt ops, si illū castum ꝯtinere cupit, recte ĝ Ouid. Ocia si tollas piere cupi- dī. ¶ Pēso, a pēsando dī pensum, accipiebāt.n. famulæ lanā certo q̃dā pōdere, ĝ qđ pensare tur pensum dicebāt. Hinc libraria ea erat q̃ reliqs lanā pendebat. Pōdere.n.pondus facit, a pendo fit penso, Dicimus etiā pensum examen & diligentem curā siue cognitionem & cō sultationem, quā in maioribus rebus adhibere cauti cōsueuerūt, qa si a corporeis ad incor porea trāslationem faciamus cogitare est ipsa res pēdē, & qa ōsci pecuniā q̃ ænea fuit nō numerabāt, sꝫ pēdebāt pēdē soluē dicebāt. R epēdē est aliō p aliō pēdē. ¶ Paruos, q suo labo re aut īdustria sibi ꝯsulē p ætatē nequnt, aut q puuli magis sīt sub ptectiōe mīna q̄ pīna. Pendō Pēsum Pensō

Haud secus ignipotens[a], nec tpe segnior illo
Mollibus e stratis opera ad fabrilia[b] surgit.
Insula sicanium[c] iuxta latus, Aeoliamq̃
Erigitur Liparen fumantibus ardua saxis.
Quam super specus, & Cyclopū exesa caminis
Antra[d] ætnæa tonant, validiq̃ incudibus ictus
Auditi[e] referunt gemitum, stridantq̃ cauernis
Stricturæ[f] Chalybuꝫ, e fornacibus ignis anhelat
Volcani domus, & Volcania nomine tellus.
Hoc[g] tunc ignipotens coelo descendit ab alto.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro
Brōtesq̃[h], steropesq̃[i] & nudus[l] mēbra Pyracmō[k]
His informatum[m] manibus iam parte polita
Fulmen erat, toto[n] Genitor quæ[o] plurima coelo
Deijcit in terras. pars imperfecta manebat.

a ¶ IGNIPOTES, Vulcan' vt dixius ignis ē & dī Vulc. q̄si volicanus, qđ per aerem volat, ignis enī. e nubibus nascitur. vñ & Homerus dic eū de aere præcipitatū ī terras, qđ oē fulmē ð aeē cadit, qđ qa crebro ī lēnū īsulā iacit, iō ī eā dī cecidisse vlcan', vbi eū Sinties nutriuerunt. Claudus aūt dī, quia per nāra nunq̃ rectus est ignis, hoc enim ex Home. tractum vbi dicit.

ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα
ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο
πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
κάππεσον ἐν Λήμνῳ ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν
ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα

b ¶ Ad.f.dura, ex ꝯrijs epithetis fecit ornatū dictū. Mollib' e stratis opa ad fabrilia surgit. c ¶ Sicaniū.i.I. æoliāq̃.e.I. physiologia ē cur Vulcan' ī his locis officinā hře. singatur inter liparen & ætnam.s. ppter ignes & ventos, quæ apta sunt fabris, æoliam aūt ideo liparen, quia vna est de illis septem īsulis, qbus Aeolus īpauit. d ¶ Antra ætnæa sonant, magnitudinem ictuum ośdit, qbus & vicini mōtes resultabant, aut certe ætnea quasi ætnæa dixit. e ¶ Auditi referūt gemitum, p echo, & breuiter significauit. f ¶ Stricturæ chalybū, strictura est terra ferri ī massam coacta. Chalybes pprie sunt ppli apud quos nascitur ferrum, vt ipse At chalybes nudi ferꝝ virosaq̃ pontus Castorea, vñ modo chalybum posuit stricturas pro ferri massis.

g ¶ Hoc tunc, idest huc tunc, & hoc p huc posuit sm antiquū morem. Nā antea h ad uerbiū loci fuit, qđ nūc abo leuit. Nas crebro in antiqs lectionibus inuenit, sicut in epistolis pbat Verrius Flaccus exemplis auctoritate & ratione dicēs in aduerbio p u o plerūq̃ maiores ponē cō suetōs, & sic p huc h veteres dicē solebant, sicut p illuc illo dicimus, vñ et h o lōgū apparet eē, sicut illo dicimus, qđ p illuc ponit. h ¶ Brōtesq̃, qd facturi sint ex noībus docet, nā Brōtes a tonitru dictus ē ἀπὸ τῆς βροντῆς. i ¶ Steropesq̃, a fulgetra. ἀπὸ τῆς στεροπῆς. k ¶ Pyracmō, ẜo q nūq̃ a calēti.īcude discedit ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος. Nā πῦρ ignis est, ἄκμων incus. l ¶ Nudus mēbra, p hūc et cæteros nudus fuisse sgnat. m ¶ Informatū, in q̃dā formā designatū & cōpositū, dicit āt ī fulmīe ptē nō pfectā, ptēs iā politā fuisse. n ¶ Toto, g.q̃.c. toto cælo i. ab oī pte cœli. Nā dñt physici ꝫ sexdeci ptibus cœli iaci fulmia. o ¶ Quæ āt, q̄lia vt Hūc Euryale aspicio.i.talē. Ergo h dicit faciebāt fulmen ī eoꝝ sīlitudinem, q̄ Iuppiē iacit toto cœlo h ē diuersis ptibus cœli.s. sexdeci. ¶ CYclopes: Stra. ait cyclopas. vij. fuisse q̄s gasterochiras.i. vētrimāos dicit appellatos, qm sua īdustria & artificio allebāt, elyciaq̃ vocatos fuisse. Hesio. tres fuisse scri. Brōtē, Steropē, & harpē filios cœli & træ, deōs demiqs cyclopes, qa vnicū rotūdū ī fronte hñt oculū, alij dñt Neptūni ex Amphitrite. Isti ĝ ī creta ferrariā exercuerūt. ¶ Iā pte po. ośdit Vulcāi studiū pficiēdoꝝ armoꝝ, q op' īchoatū reling iussit, & id opus qđ esset oīūq maximū; Et ei' est dei q cæteris oīb' dijs iparet. CHRI

Treis[a] imbris torti radios, treis nubis[b] aquosæ
Addiderãt Rutili[c] tres Ignis, & alitis[d] Austri,
Fulgores[e] nunc terrificos, sonitumq;[f], metumq;
Miscebant operi: flãmisq; sequacibus[g] iras.
Parte alia Marti Currumq;, rotasq; volucres
Instabãt: quibus ille viros, quibus excitat vrbes,
Aegidaq;[h] horrificã turbatæ[i] Palladis arma
Certatim squãmis[k] serpẽtũ, auroq; polibant.
Cõnexosq;[l] ãgueis, ipsamq; in pectore Diuæ
Gorgona, desecto[m] vertẽtẽ lumina collo.
Tollite[n] cũcta inquit, cœptosq;[o] auferte, labores
Aetnæi[p] Cyclopes, & huc aduertite mentem
Arma acri facienda viro nũc[q] viribus vsus,
Nũc manibus rapidis, omni nũc arte[r] magistra.

SER. a TREIS imbris tortis radios, cõstricti & coacti i grandines. Statius. Siccos quos asp hiatu Præsolidat boreas, Et sciendũ i hoc eũ velle ostendere toto anno iaci fulmen, nã p has piphrasis tpa ostẽdit anni totius, quæ & quattuor est & ternos menses habere manifestũ est, vnde dicit Treis ĩbris tortis radios, hoc est grandinis q̃ abundat per hiemem. b ¶ Treis nubis aquosæ, hĩ e veris quo tpe nimiæ sũt pluuiæ, vt Et ruit ĩbriferum ver. c ¶ Rutili treis ignis, hoc ẽ æstatis. d ¶ Et alitis austri, hoc est autũni, quo ventorum crebra sunt flamina, & prudenter his oĩbus naturaz exprimit fulminis, qđ necesse ẽ vt per nubes & vẽtos nascat. e ¶ Fulgores nũc terrificos, quos fulgetras dicũt. f ¶ Sonitumq; metũq;, p sonitũ tonitrua ostẽdit, p metũ fulgetras, & hũc ordinẽ sic posuit vt hoĩbus videt, nã re vera p collisiõ nubiũ, vñ ignis emittit, Nos aũt ideo prius fulgetras videm' q̃ tonitrua audiam'. quia velocior oculoꝝ q̃ auriũ sensus est. g ¶ Sequacibus, psecutricibus. h ¶ Aegidaq; horrificã, ægis ppric ẽ monumetũ pectoris æreum habẽs in medio Gorgonis caput, qđ munimẽtũ si i pectore numis fuerit ægis vocat, si i pectore hoĩs sicut in antiqs imperatorũ statuis videmus, lorica dicit. i ¶ Turbatæ, p turbãtis, nã timuit omœoteleuton, & fecit supinã significatões, alij ad fabulã referũt, q dr i bello gigãtũ arma pdidisse turbata, vt q̃si ipsa nũc reparẽt, cui' dicti nullus auctor idoneus reperit. k ¶ Squãmis serpẽtũ auroq; polibãt, ægida horriferã aureis squãmis serpẽtũ certatiz polibãt, alij volũt re vera de corio serpẽtũ dicere eũ arma esse lcuigata. l ¶ Cõnexosq; angues, Gorgonis. s. capiti. m ¶ Desecto vertẽtẽ lumina collo, aut sua lũina circũferẽtẽ, & more idignatiõe ꝗrentẽ. quoꝝ se iterito posset vlcisci, aut certe ĩtuentẽ lumina i saxa vertentẽ, hoc aũt caput iõ Mineruã fingit habere in pectore, q illic ẽ oĩs prudẽtia, quæ ꝯfundit alios & iperitos ac saxeos cõprobat, n ¶ Tollite cũcta inquit, ville est quod pleriq; dicunt propter arma Martis iratum esse Vulcanum, præsertĩ quum & arment Mineruaz, & fabricent fulmina cyclopes, & Vulcanus dixerit contra tollite, ergo tollite aut differte ẽ, aut celeriꝰ terminate. o ¶ Cœptosq; auferte labores, quia dixerat His informatum manibus iam parte polita Fulmen. p ¶ Aetnæi cyclopes, vt Aetnæos fratres. q ¶ Nunc viribus vsus, nunc est vestrarum virium exercitium, idest tempus exercendæ virtutis circa arma viri fortis. r ¶ Arte magistra, ambitiosius, q̃ si magistri diceret, rei personæ in artẽ transtulit, vt si dicas opus est peritia medicinæ, nõ medici.

DON. ¶ TOLLITE, magnũ Aeneæ meritũ q cuncta superis necessaria tollerent, vt arma illi fierẽt. ¶ Acri arma viro, Suppressit cuiꝰ causa ne nimis vxorius videret. Nec nolat filij gnũ, q naturali malitia odiosus esse poteſt.

CHRI. ¶ TREIS imbris, & phisicæ simul et poetice fulmẽ describit, nã qđ addant radios imbris torti, & nubis aquosæ & rutuli ignis & austri physicũ ẽ, q vero metũ et terrorẽ adiũgãt poeticum est. Fulmen enĩ vt in pirmo diximus ex humido ẽ & calido intra nubes inclusis. ¶ Instabant. s. fabricare, instare rei est cos ita illi imminemus. vt nunq̃ discedamus. ¶ Aegida, ægis scutũ fuit Iouis dictũ τῆς αἰγὸς ἀπὸ .i. a capra. Nã ille e capra amalthea nutritꝰ est, cuiꝰ mortuæ pelle scutũ suũ operuit Deinde dono dedit, Mineruæ, capram vero in vitaz & restituit, & alia pelle obductã inter astra collocauit, seq; ob capræ memoriam ægiochum appellari voluit, vt ait Diodo. ¶ Horrificam, propter caput Medusæ, qđ in ea Perses collocauit. ¶ Tollite, mira animi festinatio ex orationis breuitate ostenditur, nam qui festinat. nunq̃ longiorem adhibet orationẽ. ¶ Cœptosq; aut. l. ad expssionẽ rei posuit, nam nõ ita cũcta tolli iubere putãdũ erat. vt in cepta relinquerent imperfecta, nisi nominatim hoc exprimeret. ¶ Huc aduertite mentẽ, attentionẽ captat. ¶ Arma acri. s. v. Cum põdere proferenda verba, vt illos attentos ad rem agendã reddat. ¶ Nunc viribus. v. posuit, qbus res breui perficitur, vires celeritatem, & artem.

Aegis

Præcipitate[a] moras, nec plura[b] effatus. at illi
Ocyus[c] icubuere omnes: pariterq3[d] laborem
Sortiti[e]. fluit æs riuis, Auriq3 metallum,
Vulnificusq3[f] Chalybs vasta fornace liquescit.
Ingenté Clypeum iformat[g] vnũ. oia contra
Tela latinorũ, septenosq3 orbibus orbes
Impediũt[i], alij ventosis follibus auras
Accipiunt[k], redduntq3. alij stridentia[l] tingunt
Aere lacu, gemit ipositis incudibus antrum.
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerũ[m]: versantq3 tenaci forcipe[n] massam.
Hæc[o] pater æolijs[p] properat dum Lemnius[q] oris,
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum[r] sub culmine cantus.
Consurgit senior, tunicaq3 inducitur artus.
Et tyrrhena[s] pedum circundat vincula plantis.
Tũ lateri atq3 humeris tegeæũ[t] subligat ensem.
Demissa[u] ab leua Pantheræ terga retorquens,

SER. a PRÆCIPITATE moras, præcipitantur i. festinãter abijcite. b Nec plura effatus, ĝ eos festinanté docebat. c Ocyus icubuere ĝ ille pceperat. d Pariter, pari mõ. e Sortiti; diuiserũt iter se laboris offm, vt sortiti remos. f Vulnificusq3 chalyba, populum apud quẽ nascit̃ p ferro posuit, et liquescit dixit pprie, nã ferrũ nõ soluitur, sed mollescit. g Informãt: designãt. h Ingentem, aũt & magnitudie & soliditate, nã & clypeus dixit. q magnitudie corp⁹ iurat, vñ & clypeus dictus est ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. & dictus ẽ septenosq̃ orbib⁹ orbes i Impediũt. i. veluti septẽ scuta scã i vnitate pnectũt. k Accipiũt redduntq̃ iungẽdos vno eni eodẽq̃ tpe partis reddũt, partim versos accipiũt. l Stridẽtia tingunt, tingẽdo stridere faciũt. m In numerũ, in ordines, vt Tũ vero i numerus faunosq̃ ferasq3 videres Ludere. n Forcipe, forfices sunt qbus icidim⁹, forpices sũt qbus aliqd foruũ tenem⁹ q̃si forricapes, nã foruũ est calidũ, vñ & formosos dicim⁹, qbus calor sanguinis roborẽ pulchritudinis creat. o. Hæc dũ pperat, pperãtes facit, & ẽ honesta locutio. p Aeolijs, nã vt diximus vulcania vna ẽ de septẽ æolijs. q Lemnius, q i lẽnũ isulã vt diximus cecidit a Iunone pp deformitatẽ deiect⁹, quã aerẽ pstat eẽ, ex quo fulmina pcreant, Iõ aũt Vulcan⁹ de femore Iunonis fingit̃ pcreat⁹ q fulmina de imo aere nascant̃, qd ẽt Luca. dicit Fulminib⁹ terræ ppior succẽdit aer, Pacẽ summa tenẽt. r Volucrũ sub culmine, põt & gñalit̃ accipi, volucrũ q̃rũuis et spẽalit̃ vt hirũdinũ. s Tyrrhẽa vin. tusca calciamẽta, & dicũt crepidas, q̃s p̃ habuere senatores, post eqtes romãi, nũc milites. t Tregeæũ ẽses, arcadicũ gladiũ. Totũ ẽ ex Hom. legit̃ õ agaménõe ὣς ἔφατο δ' ορθωθεις μαλακον δ' ἐν δυνε χιτῶνα

καλον νηγατεον περὶ δ' ἑ μεγα βαλλετο φᾶρος.

ποσσὶ δ' ὑπαι λιπαροῖσιν ἐδησατο καλα πέδιλα

ἀμφὶ δ' ὤμοισιν βάλετο ξιφος ἀργυρόηλον.

u Demissa ab leua pãtheræ terga retorqns, a sinistro hũero pellẽ demissas habuit, quã retorquẽs & i sinistrã reuocãs pel se amiciebat.

DON. ILLI ocyus, obediẽtis auctoritas ostenditur. Fluit, õ auro & aliqs metallis ĝ ita fluunt vt currant effusa. Liqscit, õ ferro qd ñ ita soluit. Vnũ. o. contra tela. Ex psona poetæ, nã cyclopes nesciebant cui fabricarẽt. Septenis, Quatuordecĩ circulis Clypei textura currebant, ordinatis oib⁹ vt se iuuicẽ nectereñt. In nu. Ordiat vicib⁹ feriẽdi & pssandi, Qd ãt icudib⁹ i plurali dixit & massam ẽt forcipẽ in singulari intelligas singulis incudibus singulas massas & forcipes fuisse.

CHRI. CATILLI, nõ ẽ i ferioris mõdẽ, s3 iussa q̃ p rnũ exeq, pserti cũ itelligit pperato op⁹ esse. Incubuere, diligẽter, & sine itermissiõe i faciẽdo ope pseuerauẽ. Pariterq3. l. s. Nõ satis ẽ qd oẽs icũbãt nisi ẽt parit̃. i. æqs portiõib⁹ opent̃. Fluit æs. r. atq3. m. Distĩcte locut⁹ ẽ Nã æs & aurũ fundunt. Ferrũ aũt nõ fũdit̃, s3 liqscit, Vnũ cõ. om. t. quasi dicat tale vt solũ oĩum teloꝝ resistat, & ictib⁹ latinoꝝ viroꝝ fortiũ. Septenosq3 or. Hæc descriptio celeritatẽ, vires & igeniũ q̃ oĩa Vulcan⁹ reqrẽdes rat adhibita a cyclopib⁹ demõstrat. Ex humili. l. s. a. Nã ppli rectores vigilãtes eẽ optet. Pãtheræ, pãthera & tygris maculaꝝ varietate ppe solæ bestiaꝝ spectant̃. Cæteris vn⁹ ac suus cuiusq3 generis color ẽ. Pantheris i cãdido breues maculaꝝ oculi. Ferunt colore eaꝝ miræ sollicitari q̃drupedes, s3 toruitate capitis terreri. Quare eo occultato reliq̃ dulcedine iuitatas corripiũt. Sũt q credãt in armo ijs siẽm lunæ eẽ maculã ad lunæ quoq3 normã crescẽtẽ atq3 decrescẽtẽ. Scaur⁹ primus ædilitate sua. cl. misit, ide Pompe. magnos. cccc. x. i dedicatiõe theatri Marcelli p rmũ Romæ visa est tygris in cauea mansuefacta. Claudius deinde quattuor dedit,

Pãtheræ

SER.

a ❡GEMINI custodes, hoc & in Homero lectum est de Telemacho vlixis filio.

ἐν τῷ βῆρ' ἄμεν εἰς ἀγορὴν παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος. οὐκ οἶος, ἅμα τῷ γε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο.

Et in historia romana, q̃ ait Syphax inter duas canes stans Scipiones appellauit.

b ❡Sermonũ memor. i. promissi auxilij, vt. Auxilio tutos dimittam opibusq; iuuabo. c ❡Heros hoc nomẽ semipatris est virtutis, sed & pteritæ, vñ est ꝙ Euandrũ heroes dicit, quũ sit virtutis emeritæ pleróq; heros & generis est. d ❡Matutin' agebat, rei temporis ad psonã transtulit. e ❡Licito tandé sermone, tandem quia amborũ desiderio nox morã fecerat. f ❡Nunq̃ res eqdem troiæ victas, satis mature eqdem dixit. i. ego qdé troiã te viuo victã non arbitror, quantũ est in opinione mea. g ❡Pro noíe tãto, pro tui nominis gloria. h ❡Et murũ circũsonat armis, & breuitaté sui ostẽdit imperij, & hostilé necessitaté, ob quã se penit' exarmare nõ poterat. i ❡Thusco claudimur amni, tusco iõ dixit, qa ipse fuit romani finis imperij. Iuue. Et quæ imperij fines tiberinũ virgo natauit. k ❡Sed tibi ego, artificiose agit, vt etiam q̃ mõstrant auxilia ipsius videant ẽ. Ingentes aũt populos nõ sine cã dixit, nã thuscia duodecim lucumões habuit. i. reges, qbus vnus ꝑerat, vñ est Geme illi triplex, populi sub gẽte q̃terni. l ❡Quã fors iopía, hoc bñficiũ casus ꝑstat, q effecit, vt eo tẽpore q̃ras auxiliũ, quo tyrrheni duce egrũt. m ❡Fatis huc te poscẽtibus afferas, ꝑge illuc poscẽtibus fatis, nã talis ẽ sensus, s; si legeris affer, ũmisse iũgit fortunas fato, vt sup̃ vbi ait Fortuna oĩpotẽs et ineluctabile fatum, si autem legeris afferas talis erat sensus, fati necessitate factum est vt venires fortunæ beneficium, vt illi ducem requirant, legimus ergo & affer & afferas. n ❡Saxo, incolitur, fundata vetusto, antiquo opere, vt Tẽpla dei saxo venerabar structa vetusto. o ❡Vrbis agillinæ sedes, quæ nũc cære dicitur. p ❡Lydia quõdã gens, quondã insedit, nã bello quondã præclara, nam & tũc florebat. Sane etiã supra diximus mæoniam prouinciam esse, cuius dum breuitas duos fles Lydus, & Tyrrhenum ferre nõ posset, ex sorte Tyrrhenus cũ igẽti multitudine ꝑfect' ꝑtes Italiæ tenuit, & tyrrheniã noiauit, hi dein piraticã exercuerũt, vt & Cic. in hortensio docet, quõ captiuos nouis pœnis affligerẽt occisorũ eos religantes cadaueribus, qð Vir. dat Mezẽtio sciẽs lectũ esse d tyrrhenorũ gẽte. Sane illo tpe tyrrheni dicti sunt, post thusci ἀπὸ τοῦ θύειν. Lydij ãt a Lydo rege frẽ, q i ꝓuicia remãserat.

Necnon & gemini[a] custodes limine ab alto
Precedũt, gressumq; Canes comitantur herilem.
Hospitis Aeneæ sedẽ, & secreta petebat
Sermonũ[b] memor, & promissi muneris Heros[c].
Nec minus Aeneas se matutinus[d] agebat
Filius huic Palas, olli comes ibat achates.
Congressi iungunt dextras, mediisq; residunt
Aedibus: & licito[e] tandẽ sermone fruuntur.
Rex prior hæc.
Maxime Teucrorũ ductor, quo sospite nũq̃[f]
Res equidẽ troiæ victas, aut regna fatebor.
Nobis ad belli auxilium pro nomine[g] tanto
Exiguæ vires, hinc tusco[i] claudimur amni
Hinc Rutulus p̃mit, & murũ[h] circũsonat armis.
Sed tibi[k] ego ingẽtes populos: opulẽtaq; regnis
Iungere castra paro, quã fors inopina[l] salutem
Ostentat, fatis[m] huc te poscentibus afferis.
Haud procul hinc saxo[n] colitur fundata vetusto
Vrbis[o] agyllinæ sedes, vbi lydia[p] quondã
Gens bello præclara iugis insedit Hetruscis.
Hanc multos florentẽ annos, rex deinde superbo
Imperio, & sæuis tenuit Mezentius armis.

DON. ❡QVIA volumen. Donati fragmentum est, nullæ extant interꝑtationes eorũ versuum, qui sunt reliqui in hoc libro.

CHRI. Canes. ❡CANES comit. Mira & fidissima est custodia canũ. Nã manifestũ ẽ, vt & Pli. ait Canẽ ꝓ salute dñi acerrime pugnare aduersus hostes. Garamãtũ regẽ ab exilio canes ducenti reduxẽ ꝯ ꝑstantes resistentes. Colophonij & Castabalõses in bello canũ cohortes hẽbãt, & ꝑmi i acie dimicabãt acerrime. Præterea multa alia, sed nrã quoq; tẽpestate plurimi auxilio canũ vsi sunt. ❡Nec minus æneas, in vtroq;. n. vigilantiã esse oportebat. ❡Maxime teucrorũ, maxima laus in ænea qð illo sospite diruta p̃ria dici nõ possit. ❡Sed tibi ego, qð meis viribus ꝑstare nõ possũ, vt alij ꝑstent enitar, & ipsum cõsilium auxilij loco pleruq; habet. ❡Fatis huc. p. maxima. n. coniectura est, ꝙ fatis venerit, qñ quidem in tanto cõmoditatis articulo venerat.

❡QVID

a ¶ QVID memorem infandas caedes? figura oratoria, quae paralepsis vocat. Cicero Mitto illa nimis antiqua, praetereo. b ¶ Effera, cruenta. c ¶ Dij capiti ipsius, vt qd dij pri omen in ipsum cōcitant. d. ¶ Tormenti genus; exclamatio, est itaque suppliciū. e f sanie taboq;, sanies mortuū, tabo viuentis s. sanguinis.

det speciē, bona elocutio, vt Liber pāpineas inuidit collibus vmbras. f ¶ Quez numina poscūt, vt Externos optate duces.

¶ FACTA tyran. Effera, huiuscemodi facta vt etiā in tyrāno effera essent. q. d. omnē tyrannicaz saeuitiā superat sūt.

Quid memorē[a] īfandas caedes? qd facta Tyrāni
Effera[b]? Dij capiti[c] ipsius, generiq; reseruent.
Mortua quinetiam iūgebat corpora viuis,
Componens manibusq; manus, atq; oribus ora
(Tormenti[d] genus), e sanie[e] taboq; fluentes
Complexu in misero longa sic morte necabat.
At fessi tandem ciues infanda furentem
Armati circunsistunt, ipsumq;, domumq;
Obtrūcant socios, ignem ad fastigia iactant
Ille inter caedes Rutulorū elapsus in agros
Confugere[f], e Turni defendier[g] hospitis armis.
Ergo omnis furijs surrexit Hetruria iustis.
Regem ad suppliciū praesenti[h] Marte reposcūt
His ego te Aenea ductorem milibus addam[i]
Toto nanq; fremunt condensae littore puppes.
Signaq; ferre iubent retinet lōgaeuus[k] Aruspex
Fata canens o Meoniae delecta iuuentus
Flos veterū Virtusq; virum, quos iustus ī hostē
Fert dolor, e merita accendit Mezentius ira,
Nulli fas italo tanta subiungere gentem.
Externos optate[l] duces, tum hetrusca resedit
Hoc acies[m] campo monitis exterrita diuum
Ipse oratores ad me, regniq;[n] coronam
Cum sceptro misit, mandatq;[o] insignia Tarcon.
Succedam castris, tyrrhenaq; regna capessam.
Sed mihi[p] tarda gelu, saeclisq;[q] effoeta Senectus
Inuidet[r] imperium, seraeq; ad fortia vires.
Gnatum exhortarer, ni mixtus matre Sabella
Hinc partem patriae traheret, tu cuius e annis
Et generi fatum indulget, quē[f] Numina poscūt

f ¶ Cōfugere, confugiebat, et vt diximus historicum est illud. g ¶ Defendier, defendi, idest defendebat, & vertit historiam, nam vt dixim' Turnus magis confugit ad Mezentium. h ¶ Praesenti marte, in aliqua dimicatione. i. ¶ Ad i dum ... dabo, ... re verā adiūdam habētibus Tarchontem. k ¶ Longaeuus aruspex, argumento aetatis vult doctus videri. l ¶ Optate duces vetita scilz. m ¶ Hoc acies cāpo .i. qui bellū parat. n ¶ Regniq; coronā, insigne nōie vera

¶ Tormenti genus, cum summo stupore pronunciandus. q. d. genus tormēti etiā apud tyrannos inauditum. ¶ Fessi, diuturna crudeliq; calamitate, Et rē verisimilē facit, nō enim aliter ciues a suo rege defecisse credibile erat. ¶ Circūsistūt ipsum q; do. Obtruncant socios ig. ad fa. iac. Vehementia orationis exprimit popularē furorē, & colorē rhetorico, qd dissolutū appellāt celeritatez rei. ¶ Ille inter cae. r. elap. & dexteritas suae simul & fortunae bōficio illū effugisse ostēdit. id. n. elabi eē, & hoc facit rē credibilē, & simul cuz ad turnū pfuge

coronā, quā thusci nunq̄ reges habuerunt, q̄ ipsa est p generē. o ¶ Madatq; īsignia, aut mittit īsignia .i. ornamēta regalia, aut re vera mādat īsigniā .i. magna, vt Castris succedā & capessaz regna tyrrhena. p ¶ Sed mihi tarda gelu, occurrit tacitis quaestionibus dicēs se non iisse propter aetatem senilē, filius vero propter mixtum genus per originē matris vnde Aeneam dicit ire debere, cui aetas & origo regna concedunt. q ¶ Saeclisq; effoeta senectus, notandū dicta saecula etiaz in vno homine sm eos qui dicunt saeculuz triginta annos habere. Nā alij volunt. C. x. alij mille annis putant saeculum contineri. r ¶ Inuid

rit ponit cāz q̄ illos ī auxiliū sibi facile asciscerat. Ductorē tectis milib'. singula vba habēt pōdus & victoriā pmittunt. ¶ Adā q̄ te q. d. talē tm̄q̄ ducē his milib', q̄ū in numero militū numero. Quid q̄ desperādū vbi amplissimae sint copiae, & ab optimo sperantur regant & extrema iraq̄ fortitudinē acuit ī regē accēsae. ¶ Nulli fas Italo, addit pene necessitatē, vt ethrusci se aenae cōmittāt. ¶ Longaeu'. e. dat fidē & auctoritatē psuadenti. Quod aruspex eē, qd artificiū auctore Tage sub aratro inuēto ab ethruscis originē habuerit, & senex eēt q̄ū lōga experiētia edoct'. ¶ Ad me, ergo facile suadebo, cū tm̄ mihi tribuant.

SER. a ℂ ITALVM fortissime ductor, ἀνθυποβολικῶς iam ductorem italiæ vocat Aeneam. b ſ Spes & solatia, spes quia multa de eius virtute sibi promittebat pater. Solatiū quia amissa piuge vnici filij vtebatur solatio, est ēt solaciū pñtia dimi nutio tristitiæ. c ſ Tolerat, quod sit rē asperas & difficilem. d ſ Mireē, imitet. Luca. Miratoremq; catonis. Optima enī ingenia necesse ē, vt ea quæ mirant, imitētur. e ſ Suo noie, bñ in oībus filij gratiam facit, nam dicit Dat tibi Palas milites ducentos suo noie, ipse vero a me ducētos accipiēs f ſ Tristi cum corde, pp breuitatē auxilio rū. g ſ Cœlo apto, sereno, vt Apta serena prospicere. h ſ Improuiso, nullū. n. Iudiciū præcesserat nubiū.

μυρμιδόνας δ᾽ ἄρα πάντας ἕλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη ἄντην εἰσιδέειν ἀλλ᾽ ἔτρεσαν, αὐτὰρ Ἀχιλλεύς ὡς ἴδ᾽, ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος.

Ingredere o Teucrū atq; Italū^a fortissime ducto:
Hunc tibi præterea spes^b, et solatia nostri
Palanta adiungam, sub te tolerare^c magistro
Militiā, et graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis et te miretur^d ab annis.
Archades huic equites bis centum robora pubis
Lecta dabo, totidemq; suo tibi nomine palas.
Vix ea fatus erat, defixiq; ora tenebant
Aeneas Anchisiades, et fidus Achates.
Multaq; dura suo tristi^f cum corde putabant
Ni signum cœlo^g Cytherea dedisset aperto.
Namq; improuiso^h vibratus ab æthere fulgor^i
Cum sonitu^k venit, et ruere^l omnia visa repente,
Tyrrhenusq;^m tubæ mugire per Aethera clāgor
Suspiciunt. iterū atq; iterū fragor^n itonat igens,
Arma inter^o nubem^p cœli regione serena
Per sudum rutilare vident, et pulsa tonare
Obstupuere animis alij,^r sed Troius Heros
Agnouit^q sonitū, et diua promissa parentis
Tum memorat, ne vero^s Hospes^t ne quære profecto
Quē casus portēta^u ferāt. ego poscor^x Olympo,
Hoc signum cecinit missuram Diua Creatrix

o ſ Inter nubē, per nubes more suo, & dicit in serena precessisse nubē, per quā arma portata sūt. p ſ Per sudū, sudus est quā subodus serenus post pluuias, vt Ver narrat sudum. q ſ Agnouit sonitum, hoc est quid sonitus significauerit. r ſ Diuæ promissa parētis, κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus Venerem ei promisisse. s ſ Hospes, & qui suscipit hospes vocat, vt hoc loco Euāder. itē sup. Hospitis Aeneæ sedē, sicut & vector qui vehit & qui vehitur; & alūnus qui alit & qui alitur. t ſ Ne vero ne quære profecto, ambæ particulæ ad ornatum pertinent tātum. u ſ Portēta, modo bona omina quæ victoriam portendunt de hostibus. x ſ Ego po. olym. aut de olympo poscor. i. hæc signa mei cā fiūt, aut certe i olympū poscor, dempta ppositione, vt it clamor cœlo. y ſ Diua creatrix, rerū oīum generaliter.

CHRIS. ❡ VIDIMVS, histeron proteron. nam prius superarunt casus deinde viderunt Diomedē. ❡ Qua concidit ilia tellus, vt faciat Aeneā formidabilem, ostendit eum mirifice extolli ab illo cuius dextra Troia perierat. Neq; peccat quod hoc dicat cum Achilli tribuat hec victoria, tñ Maro vbiq; extollit Diomedē vt excuset æneam, vt in primo libro ostēdimus. ❡ Postq; introgressi, ostendit breuiter nihil p̄termissum a legatis, ex ijs rebus qbus Diomedes in auxilium latinorum flecti potuerit, ergo solo metu ferre auxilium denegauit. ❡ Ignota. q. d. quæ si cognosceretis nō lacesseretis, lacessere autem ignota bella. lacessere viros ignotos ad bellum. ❡ Quicunq; iliacos,

SER. eōq; illacēs, duab⁹ rōnibus dehortaſ ne laceſſant, & qa fortes ſunt qḋ oñdit, cuȝ ait Mittā ea q̄ muris, bellādo exhauſta ſub altis, & qa dijs accepti fataleſq; ſūt, qñ q eos vicerūt poſt victoriā tot pœnas victis pſoluerint q̄ſi dijs fatiſq; ita volētibus id acciderit, vt ēt miſerandi Priamo veniāt. ꝩ Argiripā, argos theſſalicū, achaicū & ætolicū fuit, inde argoſppū ſuā vrbē Diomedes, q̄ poſtea a pſtātia equoꝝ Hyppoliti dcā ē Argirippa. ꝩ Iapygis, iapyx filius dædali fuit, a quo magna pars Apuliæ iapygia dicta eſt, vñ ventū inde flantē iapyges dicūt.

Vel Priamo[a] miſerāda man[a]. ſcit[b] triſte mineruæ
Sydus. & Euboicæ Cautes, vltorq;[c] Caphareus.
Militia ex illa diuerſum ad littus abacti.
Atrides[d] protei menelaus aduſq;[e] columnas

a ¶ VEL Priamo miſerāda manus, ēt Priamo, vt Carmina vl' cœlo poſſunt deducere Lunā, eſt autē Pacuuij, q ait ſi Priamus adeſſet, & ipſe eius cōmiſereſceret. b ꝩ Scit triſte mineruæ ſyd⁹, fabula hoc hēt pp Caſſandræ ſtuprū græcis iratā eē Mineruā, vel q ei victores ſacrificia e noluerūt p ſuperbiā, vñ eos redeūtes grauiſſima tēpeſtate fatigatos p diuerſa diſpſit. Hora. Cū pallas vſto vertit irā ab ilio. Re vera aūt conſtat græcos tēpeſtate laboraſſe æquinoctio vernali, qm̄ manubiæ mineruales .i. fulmina tēpeſtates grauiſſimas cōmouent, vnde perite dicendo ſydus vtrunq; cōplexus eſt. Nā ſydus & tēpeſtatem ſignificat & re uera ſydus, hæc aūt numina, q̄ inter ſydera non videmus, licet ſua ſigna ꝓpria nō habeant cuȝ alij poteſtate ſunt penniata, vt Ophiucus ipſe eſt Aeſculapij. gemini Apollinis & Herculis eſſe dr̄, ſic Mineruæ aries eſſe dignoſcit. c ꝩ Vltorq; caphareus, το αντο eſt cautes euboicæ. nā Eubœa Iſula eſt, in qua mōs eſt Caphareus, circa quē græci periere naufragio. Vltos aūt ideo dixit, qa Nauplius palamedis pater dolens filium ſuū factione interēptum, vt in ſecundo memorauimus quū videret græcos tēpeſtate laborare montē Caphareū aſcendit eleuata facula ſignum dedit vicini portus, q̄re decepti græci īter aſperrimos ſcopulos naufragiuȝ ptulerūt. d ꝩ Atrides protei menela⁹, Agamennonō & Menelaus vno quidē fataliter fuerant ſupplicio deſtiati, nā Atre⁹ & thyeſtes frēs fuerūt in ſeuicē ſæui, adeo vt thyeſtes cū Aeropa frīs vxore cōcūberet, q̄ ſctō dolēs Atreus liberos ꝓprios ei epulandos appoſuit. Sed quū Thyeſtes poſt cognitū facin⁹ reqreret vltionē a dijs, ei Apollo rñdit poſſe alio ſcelere illius facinoris vīdicē naſci. ſ. ſi cū Pelopea filia ſua cōcūberet, q̄ ſcō nat⁹ eſt Aegyſthus fatalis in Atrei geminā prolē, ſed iuppiter Menelai fata miſerat⁹ eſt pp Helenæ iugale cōſortiū, & cū p diuerſa errare maluit, q̄ꝫ Aegyſthi manibus īterire hic errās ad ægyptū vſq; puenit, vbi prote⁹ deus marinus regnauerat, cui rapta aliqñ a Theſeo Helēa dr̄ cōmendata, vñ qdā dñt q ad eā q̄rendaȝ Menelaus ſit ad ægyptū pro-

fectus poſt bella troiana. Quidā volunt nō eē raptaȝ a paride Helenā ſꝫ aliā cāȝ belli fuiſſe troiani, illā ſ. q Herculē q̄rētē Hylā ſuſcipeſ noluerūt. Qui āt volūt eā raptā a Paride hoc dñt q recepta a Proteo p Theſeū ad Menelaū trāſitū fecerit, & ſic eā Paris rapuerit. Sꝫ qḋ vt ſupra dixim⁹ Menela⁹ ad ægyptū Iouis volūtate puenit, vȝ ne ab Aegyſtho poſſet īterimi. Qḋ aūt ait protei colūnas rōne nō vacat. Nā Herculis colūnas legimus & ī Pōto & hiſpania. hūc aūt Proteū īuictū fortiſſimūq; pſtat fuiſſe. Nouimus autē q oēs fortes Hercules dicebāt. Vñ vr̄ hoc affectaſſe Virgilius, vt p finibus Protei colūnas diceret quas habuit Hercules, vt oñderet eū ēt herculē dictū. e ꝩ Aduſq; colūnās protei, vſq; ad fines ægypti, h̄ eſt vſq; ad pharō añ inſulaȝ, nunc partē Alexandriæ. Luc. nunc clauſtrū pelagi cœpti pharon, inſula quondā in medio ſtetit illa mari ſb̄ tpe vatis Proteos, at nunc eſt pellæis ꝓxima muris. Protei aūt eſt latinus genitiuus cōſtrictus p ſyneresim. Aduſq; āt ſic eſt dictū quēadmodū Siculo ꝓſpexit abuſq; pachynno. Nā q̄uis præpoſitio præpoſitioni nunq̄ꝫ cohæreat, abuſq; & aduſq; licenter admiſſum eſt.

CHRIS. ¶ TRISTE, quod triſtitiaȝ ex calamitate intulit. ꝩ Caphareus, mons eſt euboicæ in quo Nauplius vltus eſt mortem Palamedis. ꝩ Atrides protei. refert Herodo. Paridem cum e græcia in Troiam cum rapta Helena enauigaret tēpeſtate compulſum in ægyptū apud canopicū Nili hoſtium deueniſſet & a phytione huius hoſtij cuſtode ad Proteum ægypti regem fuiſſe deductū. Proteus autē cognita cauſa ab illis qui Alexandrū accuſabat illū triduo ex ſuo regno abire iuſſiſſe, Helenā vero & raptam pecuniā reddendaȝ viro retinuiſſe. Quæ omnia nō ignota Homero fuiſſe. idem acta affirmat, idq; ex poetæ verſibus ait patere. Adiungit etiam ſcribere ſacerdotes cum græci vt iniurias vlciſcerentur illum veniſſent anteq̄ꝫ obſidione vrbem cingerent miſiſſe ad priamum legatos qui helenam & pecuniam cum helena raptam repeterent. Verum cum troiani reſpōdiſſent helenā cū ſuis rebus nō apud ſe ſed

apud Protêum esse nô credidisse græcos, sed vrbê obsedisse ac demum illa expugnata & helena nô inuenta, Agamemnonê & Menelaû in ægyptum enauigasse & helenâ a rege recepisse, & ex ægypto in libyâ venisse, ide quo pgressi sint sacerdotes ignorare affirmât. ſ Protei columnas. i. quæ essent apud Memphim vrbê vbi Proteus regnabat, intelligit aût duos obeliscos ibi in templo solis positos a filio Se sostris q ante illum regnauit. Hic cû Nilus totam ægyptû inundasset, & totû illud æquor a vêtis exagitaret hastâ in medios fluctus iecit, ex qua re decem annos cæcus mansit Vndecimo aût anno cû ex oraculi responso oculos mulieris vrinâ abluisset vidit, Quapp dijs cuz ita esset liberatus multa alia donaria obtulit, & duos obeliscos singulos ex singulis lapidibus, quo longitudo centû, latitudo. viij. cubitorum fuit, has igitur columnas nisi fallor appellat. Reliquas has historias ponit Ser.

Exulat[a]. Aetnæos vidit Cyclopas[b] Vlixes,
Regna[c] Neoptolemi referam. versosq[d] penates
Idomenei? libyco ue[e] habitantes littore locros?
Ipse mycenæus magnorum ductor Achiuom
Coniugis infandæ prima[g] intra limina dextra
Oppetiit. deuicta[f] Asia subsedit Adulter.
Inuidisse[h] Deos, patriis vt redditus oris
Coniugiû optatû, & pulchrâ[i] Calydona viderez.

SER. a ſ EXVLAT, proprie, nam extulare dicuntur qui extra solum eunt. sane sciêdum quia quo tempore Menelaus ijt ad ægyptum perdidit Canobû gubernatorem, a quo vicina ciuitas, nomen accepit quæ hodie mutata littera canopus nominatur. b ſ Cyclopas, græcæ declinationis accusatiuus est, vnde græcum habebit accentû. Nam latine cyclopes diceret, & sic versus stare non poterat. c ſ Regnaq neoptolemi, subaudi euersa, quod ex inferioribus intelligit. Pyrrho autem quid cõtigerit manifestû est. Nam vt in tertio legimus, quû vellet ducere Hermiones Menelai & Helenæ filiâ & Oresti ante desponsatâ, ab eo inter aras Apollinis interêptus est, vt est Et scelerum furijs agitat' orestes Excipit incautum pr̃iasq obtrûcat ad aras. d ſ Versosq penates Idomenei, Idomeneus rex cretensium fuit, qui quum tempestate laboraret, vouit se sacrificaturum de re quæ ei primum occurrisset si reuersus fuisset, sed quum casu ei primo filius occurrisset, & eû (vt alij dicunt) immolasset, vt alij immolare voluisset, ob crudelitatem regno a ciuibus pulsus est, vnde est Fama volat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducê, Alij dicunt q abscedens cuidam suum commendauerat regnum, qui per eius absentiam occupauit imperium, & reuersum pepulit, ergo versos penates aut versos & funditus direptos accipiendum est, aut certe in aliena iura côuersos. e ſ Libyco ue habitantes littore locros, vt etiam in tertio diximus. Locri socij Aiacis Oilei fuerunt Epizephyrij & Ozoli, sed hi têpestate diuisi sunt, adeo vt Epizephyrij tenerêt Brutios, de quibus ait in tertio Hic & naritij posuerunt mœnia locri, Ozoli vero deferrentur Pentapolim, de quibus nunc quæritur dicens, Libyco ue habitantes littore locros. f ſ Deuicta asia subsedit adulter, legitur & deuictâ asiam, quod si est ita intelligimus, vt subsedit sit dolo possedit. Lucanus, Subsidere regnû chalcidos euboicæ, vñ & subsessores dicuntur qui in insidijs tauros interimunt, & hostium dolo subsessos vocamus, vt sit sensus ab Agamemnone deuictâ asiam adulter Aegysthus factione possedit. Melius tamen est vt deuicta asia legamus, secundum quod subsedit erit remansit, vt Extremus galeaq ima subsedit Acestes, vt sit sensus, asia propter adulteriû pertulit bella, quæ remanente adultero finita esse nil profuit, vt cum indignatione sit dictum dum primum vidicatur adulteriû aliud rursus emersit. g ſ Prima intra limine, in ipso limine imperij, idest in littore, quia secundum Homerum Clitæmnestra Agamemnoni occurrit ad littus, & illic eum susceptum cû adultero inter epulas interemit,

αλλα μοι αἴγισθος τεύξας θάνατόν τε μόρον τε
ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ οἶκον δὲ καλέσσας
δειπνίσσας ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.

quod & Iuuenalis tangit dicês, Quippe ille dicês auctorib' vltor Patris erat cæsi, media inter pocula. Alij autem dicunt q in ipso ingressu, idest prima die, qua domus suæ limê ingressus est, consilio Aegysthi ab vxore vestem accepit clauso capite, qua implicatus adulteri manibus interijt. h ſ Inuidisse deos, Stheneli filius Cylabarus Aegialiâ Diomedis vxorez cognouit adulterio, quo comperto Diomedes reuerti noluit, sed in Apuliæ partibus sibi sedem condidit, quod Veneris dolo dicitur esse perfectum, quã in bello troiano vulnerauerat, vnde ait Inuidisse deos. i ſ Pulchram calydona viderê, vnã de supradictis ciuitatibus, quibus imperauit.

Nunc etiam[a] horribili visu portenta[b] sequunt,
Et Socij[c] amissi petierunt Aethera pennis,
Fluminibusq; vagantur aues. heu dira meoruʒ
Supplicia, e scopulos lachrymosis[d] vocib[e] iplét.
Hæc adeo ex illo mihi iam speranda[e] fuerunt
Tempore, cum ferro cœlestia[f] corpora demens
Appetij e Veneris[g] violaui vulnere dextram.
Ne vero, ne me ad tales[h] impellite pugnas.
Nec mihi[i] cum Teucris vllū post eruta bellum
Pergama, nec veteꝝ[k] memini, lætor ue maloꝝ,
Munera[l], quæ patrijs ad me portastis ab oris
Vertite ad Aeneam stetimus[m] tela aspera cōtra,
Contulimusq; manus. experto credite quātus[n]
In Clypeū assurgat, quo turbie torqueat hastā.

SER. a CNVNC etiā horribili visu portēta, hoc loco nullos dubitat fabulæ huius ordinem a Virgilio esse ꝯuersuʒ. Nā Diomedis socios ꝑstat in aues esse ꝯuersos post ducis sui iteritum, quē extinctuʒ impatiētes dolebāt. hinc ex aues hodie q̄ latiæ diomedeæ vocantur, q̄s græci ερωδιούς dicunt, cuius gñis auem auspicio dixit Hom. Diomedi & Vlyssi speculatoribus apparuisse. τοὺς οἱ δεξιὸν ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο [illegible] Παλλὰς Ἀθηναία. Habitabant aūt in insula q̄ est haud lōge a Calabria in ꝯspectu tarētinæ ciuitatis, qn etiā de his auibus dt ꝙ græcis nauib' læte occurrāt Romā venietibus, latinas vehemēter fugiāt memores originis suæ, & ꝙ Diomedes ab illyrijs interēptus est. b Portēta sequunt, re vera. n. portentū est hoīes in aues esse ꝯuersos. c Et socij amissi, legūt nōnulli et admissis pēnis, sed melius ē amissi. d Lachrymosis. i. dolētes vel suā mutationē vel regis iteritū, Nāq; hoc tāgit latenter. e Sperāda, pro timēda, vt Hūc ego si potui tm̄ sperare dolorē. f Cœlestia corpora, Martis & Veneris, q̄ nomina vulnerauit in bello troiano. g Veneris violaui vulnere dextrā, artificiose agit, nā sciens ea q̄ dicunt in fine hærere aīs, suoꝝ casus vltimos memorat. pite ēt Venerē a se vulneratā tm̄ dicit, supprimēs Martis nomen, qđ ei poterat eē gloriosius, vt videat oīa quæ ptulit, odio Veneris ptulisse, ꝯ cuius filiū nunc vocatur ad pugnā, vt negans etiā nunc paria formidare videat. Dextrā aūt fm Homeruʒ qui ait ἐπὶ καρπῷ. h Tales ipellite pugnas, quaꝝ est periculosa victoria. i Nec mihi cū teucris vlluʒ post eruta bellū est ꝑgama, ne ei obijciat illa ꝯiuratio, quaʒ apud Aulidē græci inierūt, dicit in troiæ excidio sacramētū ꝯiurationis esse cōpletum. Nāq; in troianos ꝯiurauerāt græci, huc. n. spectat qđ dicit Nullum se cum troianis hr̄e belluʒ post dirutā troiam. k Nec veteꝝ memini lætor ue maloꝝ, nec meminisse volo victoriarum meaꝝ, quaꝝ nullus obliuisci consueuit, nec lætor troianoꝝ malorū pro troiāis malis quæ nobis bellātibus ptulerunt. nō enī pōt q̄ suis malis dicere, quū & mala sua nullus obliuiscat, & ea ipse paulo añ memorauerit. Lætor āt maloꝝ figura græca est sic Horatius, Agrestiū regnauit populoꝝ p agrestibus populis. l Munera q̄ patrijs ad me portastis ab oris, hic iā suasio est & ꝯsilij nam finita est auxilioꝝ negatio. vñ & paulo post Venulus ira diuidit dicēs, et in sanū mul q̄ sint rex optime regis Audisti, & mēgno q̄ sit sn̄ia bello. s. audisti & quemadmoduʒ negauerit auxilia, & qđ dederit nobis de pace ꝯsilium. m Stetimus tela aspera ꝯ, ꝯtulimusq; manus, sensus est & cōminus & e lōginquo inter nos bella tractauimus. n Quātus in clypeū assurgat, aut quātus est quoties i hostē pgēs erigit scutū, aut pugnandi executus est genus. Qui. n. scripserūt de arte militari dicūt sūmū eē genus dimicādi q̄ties calcato vmbone aduersarij se in hostilē clypeum erigit miles, & ita ꝯ stantis vulnerat terga.

CMVNERA quæ patrijs, qui auxiliuʒ non dat, dat consilium. DON.

CNVNC etiā horribili. et socij amissi petierunt æthera pennis. Aristo. in lib. de mirabilium auditu ait, Diomedem ab Aenea occisum, & loca in quibus imperauerat occupata. Interfecto illi honores diuini in īsula ab eo Diomedea appellata, & templum ꝯstitutum est, eius autem socij in aues conuersi insulam illam īcolunt, Diomedeæq; a latinis a græcis Erodij vocantur. Græcis illic ad nauigantibus læte applaudunt. cæteros oēs infestant. Sūt qui dicant hoc iccirco ita fictuʒ esse quod magna celeritate nauigantes pyraticam exercebant, & solis græcis parcebāt. Theodanthus ait, illas singulis annis aquas rostris in tēplum illud inferre, & sic lustrare. Solinus vero scribit, has aues nusq; alibi nisi in insula Diomedea apparere, quæ e regione Campaniæ est. Formā autem ijs eandeʒ, quæ fulicis esse colorem candidum, igneos oculos, rostra dentata, ac grægatiʒ volitare duobus ducibus, altero q a fronte agmē ducat, altero qui a tergo vrgeat. CHRIS.

SER. a ¶SI DVO præterea, hoc est alios duos. b ¶ Dardanus, ꝑ dardanius populus, & posuit principale pro deriuatiuo, sic Homerus του δ' ἔκτανε δάρδανος ἀνήρ. c ¶ Cessatū est, tardatū est, quia non habet quos ĩputet troianis triumphos, vult ei excidij tarditates ꝑ victoria cede. d ¶ Vestigia retulit, retroacta est & repressa. e ¶ Hic pietate ꝑor, ideo Æneā plus laudat ꝙ latinis petituris ẽ vtile, vt eū credāt se posse facili' exorari. f ¶ Prior, ꝑstātior, melior. g ¶ Qua dat, qua pōt, q̄ cūq̄ rōne permittitur, sic supra si q̄ fata sinant. h ¶ Per ora turbata, ꝑ ora turbatorū. i ¶ Clauso gurgite, saxorum obiectione ꝑclusa. k ¶ Præfatus diuos, more ātiquo, nā maiores nullā orōnē nisi inuocatis numinibus ĩcohabāt, sicut sunt oēs orōnes Catonis & Gracchi. Nā gñale caput ĩ oib' legim', vñ Cic. ꝑ irrisiōe ait, si qd ex vetẽ aliq̄ orōne, Ioue ego optimo maximo, & dēmosthenes ĩ orōne ꝯ æschinē. πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις.

l ¶ Ante equidem sūma de re statuisse latini, latenter arguit Turnū, ꝙ sibi nō obtēperauit, vt fœdus fieret in septimo vbi dixit, Te Turne nefas te triste manebit Suppliciū, Nā mō hoc tēpus reuoluit, vellē aūt statuisse sic dixit, vt vellē fecisse, & ẽ cōpēdiosa locutio quū querimur non esse factū qđ fieri debuit. m ¶ Bellū ĩportunū, ꝯcepit grauẽ iracūdiā, & sic in hæc verba ꝓrupit. Importunū autē qđ caret portu.i. gēte vbi nullus portus est, sicut ꝯ opportunū, cui cōmoditas & occasio obuenit vt portus, nā hoc quodāmodo dicit in naufragiū ferẽ ista contentio, qa supra audierat piculum eẽ supare troiāos. n ¶ Cū gēte deoꝝ, quia dijs originem ducunt.

DON. ¶HIC PIEtate ꝑor, vt facile sit ĩpetrarẽ pacem. ¶ Importunum, qđ defensionis non habet portum, & quod periculosum nō fuerit rationis suffragium. ¶ Cum gente deorum, causa quare importunum sit. Quæ enim potest inueniri defensio?

Si duo[a] præterea tales Idæa tulisset
Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes
Dardanus[b], & versis lugeret Græcia fatis.
Quicqd apud duræ cessatū[c] est moenia Troiæ
Hectoris, Aeneæq; manu, victoria Graium
Hæsit, & in decimum vestigia[d] retulit annum
Ambo animis, ambo insignes ꝑstātibus armis,
Hic pietate[e] prior[f]. coeant in fœdera dextræ
Qua datur[g], ast armis concurrant arma cauete.
Et responsa simul quæ sint Rex Optime Regū
Audisti, & quæ sit magno sententia bello.
Vix ea Legati, variusq; per ora[h] cucurrit
Ausonidum turbata fremor. ceu saxa morant
Quū rapidos ãnes fit clauso gurgite murmur,
Vicinæq; fremunt Ripæ crepitantibus vndis.
Vt primū placati animi, & trepida ora quierunt,
Præfatus[k] Diuos, solio Rex infit ab alto.
Ante[l] equidem summa de re statuisse Latini
Et vellem, & melius fuerat. non tempore tali
Cogere concilium, cū muros obsidet hostis.
Bellum[m] importunum Ciues cū gente Deoꝝ

CHR. ¶PRÆTEREA, eas in cauernulis a se effossis nidificarẽ duplici relicto aditu vno ab oriēte, q̄ egrediantur, altero ab occidente q̄ regrediantur. Græcis velut ꝑciuib' applaudere, reliqs inimicari. Quoti die ædem celebrant alis maxdidis qbus excussis aqua illā lustrāt. Refert Strabo in veneris Diomedi diuinos statuunt honores & cādidū equū illi ĩmolāt. In fine āt sexti libri, & multa alia refert d̃ ĩ heroe, & duas eē ĩsul as ĩ mari ꝑ piquo Lucceriæ diomedeas appellatas q̄ꝝ altera habitet, Altera sit deserta in q̄ Diomedē qdā disparuisse aiunt, comitesq; in aues esse cōuersos. Quæ hodie quoq; māsuescāt, & humanā quodāmō vitā agē, & erga benignos mā suetudine vti a malignis, & sceleratis refugere. ¶ Fluminibus, qa aqticæ sūt aues. ¶ Stetimus tela aspa, Laudat Æneā vt deterreat latinos a bello. ¶ Hic pietate ꝑor, dat spes posse placari q̄uis bello sit lacessitus. ¶ Qua datur. q.d. vel etiā iniqs ꝓditionibus si alr̃ non danr̃. ¶ Prefatus diuos, nā religiosum oportet esse bonū ꝓncipē, est āt hoc vetustissimū Platonis pythagoræq; ĩstitutū, & a romanis ꝑcis obseruatum, vt nihil acuratius ĩcipent, quin prius deos precarentur. Orō autem est in genere deliberatiuo. Dolet autem consultationē quæ bellū præcedere debuit in serius tempus esse dilatā. Ex qua re præmit aduersarios, qui inconsulte rem sunt aggressi. Ex quo nō mirum est si male successerit, captat ergo beniuolentiam ab aduersarijs. ¶ Bellum importunum, ośdit impossibilitatem victoriæ cum aduersus deos bellū sumatur, & aduersus viros inuictos, cuꝫ in re decernenda

ſemp̄ quærēda ſit facilitas, aut ſaltē poſſibilitas. Cū aūt duo, vt diximus ſint genera dicen-di vnū ardens erectum & infenſum, quale Turno & Drāci accomodat, quoniaʒ ingenijs vi-roꝝ concitatiſſimis quadrat alteꝝ lene mite, & appenſatum, hoc nunc latino accomodat, tum quia tale eſt ingenium hominis, vt omnia mitiora concupiſcat, tum quod pacem ſua-ſurus nō aſperioribus ꝟbis eos exacerbare debebat, ſed mitioribus demulcere.

Inuictiſq;[a] viris gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro.
Spem, ſi quā accitis[b] Aetolū habuiſtis ī armis
Ponite. ſpes[c] ſibi quiſq;. ſʒ hæc[d] quā āguſta videtis
Cætera, qua rerum iaceant perculſa ruina,
Ante[e] oculos, interq;[f] manus ſunt oīa veſtras.
Nec quēq̄ʒ[g] incuſo. potuit q̄ plurima Virtus
Eſſe, fuit[h]. toto[i] certatum eſt corpore Regni.
Nunc adeo quæ ſit dubiæ[k] ſententia menti
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.
Eſt antiquus[l] Ager thuſco[m] mihi ꝓxim[n] amni,
Longus[o] in occaſum fines[o] ſuper vſq; ſicanos
Aurunci[p], rutuliq; ſerunt, & vomere duros[q]
Exercent colles, atq; hoꝝ aſperrima paſcunt.
Hæc omnis regio, & celſi plaga pinea montis
Cedat[r] amicitiæ Teucroꝝ, & foederis æquas[s]
Dicamus leges, ſocioſq;[t] in regna vocemus.
Conſidant, ſi tantus amor, & moenia cōdant.
Sin alios fines, aliamq; capeſſere gentem
Eſt animus, poſſuntq;[u] ſolo decedere noſtro,
Bis denas Italo texamus robore Naues.

SER. a ¶ INVI-ctiſq;, atqui ſu-pra legim', bis capti phryges, ſʒ victos nō di-cit, q̄a ſequitur Nec victi pōſt abſiſtē, pōſt aūt abſiſtere mire ait, ac ſi diceret & ſi vellēt eos diſcedē a bellō nō patitur. b ¶ Accitis, euocatis adiū-ctis. c ¶ Spes ſibi quiſq;, ſbau-dis ſit. ſ. vnuſ-quiſq; ī ſe ꝓ omī ſpē hēat. d ¶ Sʒ hæc q̄ āguſta videtis, cætera abſolute dixit ī exercitū, au-xilia vires ipſi q̄ ſic videtis af-flicta, q̄d reſtat niſi vt pacē petam'? e ¶ Añ oculoſq; īterq; manus ſunt oīa veſtras, ac ſi diceret nō egēt narratiōe. f ¶ Int ma. προχείρως. g ¶ Nec quēq̄ īcuſo, excuſatio hæc oñdit obliq̄ eē ī Turnū orōnē Latini. h ¶ Fuit, exhauſta, & ꝯſumpta eſt. i ¶ Toto certatū eſt corpore re-gni, impēſ oībus viribus. k ¶ Dubiæ mentis, meæ. ſ. cogitātis. l ¶ Eſt ātiquus ager thuſco mihi ꝓximus amni, ī loco Dōat' errauit di-cēs Agrū quē Latinus donare diſpōit eē ī cā-pania iux ſentē fluuiū: cuius terras vicinas thuſci aliq̄ñ tenuerūt, vt ide dētm̄ ſit Thuſco mihi ꝓximus amni, agit ēt ī argumēto qđ il-lic ē loc' q̄ hodieq; pinetū vocat, ſʒ ꝯſtat oīa loca eē cāpeſtria, nec ꝓcedit illud quod dicit Celſi plaga pinea mōtis. Vñ ſeq̄nda ē poti' Liuij Siſēnæ & Catōis auctoritas. Nā pene oēs antiq̄ hiſtoriæ ſcriptores ī hoc ꝯſentiūt Cato. n. ī originibus dicit Troiāos a Latino accepiſſe agꝝ, q̄ ē īter Laurētū & caſtra troia-na, ēt modū agri ꝯmēorat, & dicē eū hūiſſe iu-gera. dcc. m ¶ Thuſco mi. p. am. tyberino. n ¶ Lōgus ī occaſū, ea pte q̄ ī occidēte tēdit lōgior. o ¶ Fines ſup vſq; ſicanos, vſq; ad fines, q̄s ſiculi aliq̄ñ tenuerūt. i. vſq; ad ea lo-ca in q̄bus nūc Roma ē, hæc. n. Siculi hita-

uerūt ꝑus, vñ ē Et gentes venē ſicanæ. p ¶ Au-rūci rutuliq;, ſb audi a ſuperiori-bus, nā & ſup ait, Eſt ātiquus ager mihi, q̄ ſuū pollicetur agꝝ, aut quē tā q̄ ſtipēdiarius habebāt rutuli & aurunci, aut ad quē colēdū q̄ñ regi operas dabāt. Vñ ſup-fluū ē qđ ait do-natus ñ potuiſ-ſe fieri, vt pōte Turno ager ru-tuloꝝ a Latio donaretur Ae-neæ. q ¶ Duros exercēt colles, extenuat agri meritū, q̄ vile videat eſſe qđ donat, nec audiētibus cā ꝑſtet īuidiæ, hinc, ēt ē Atq; hoꝝ aſperrima paſcūt, vt ſup, Au-rūci rutuliq; ſerūt. i. nec opis ſuis excolitur. r ¶ Cedat ami. in ꝑcium ꝯcedat amicitiæ. ſ ¶ Aeq̄s dica. leges, vt pari int nos ſocietate ꝟſemur. i. vt ſit neut īferior. t ¶ Socioſq; ī regna vocem', ñ ſtipēdarios, vt ī q̄rto Cui-q; loci leges Dedim'. v ¶ Pōtq; ſo. d. no. ſcit eos fatalit ad italiā vēiſſe, nā audijt a Fauno Externi veniēt gñi, & ab Ilioneo, ſʒ nos fa-ta deū vſas exq̄rere terras Impijs egere ſuis tñ pp Turnū ſimulat ignorātiā, vt ſe ēt circa eū æquū ꝑſtare videat, m. ſ. ū ē āt qđ ait pōt.

DON. ¶ NEC Victi pōt abſiſtere ferro, q̄ potuiſſet dici tā diu durabimus, vt ſuccumbāt.

CHRI. ¶ NEC Victi pōt abſiſtē ferro, q̄to ḡ minus abſiſtēt, cū euaſerit victores. ¶ Spē ſi quā ac-citis ætolū habu. ī ar. Ma. inoſi argumentuʒ vt abſiſtāt a bello q̄ñ ipſi victi ſint, & aliunde auxilioꝝ ſpes oīs ſblata ſit. ¶ Eſt an. a. oñdit cōmode, & ſine multa iactura poſſe ꝯfici fœ-dus cū troianis ī q̄b' ꝟbis īuenies ſemina ar-gumētatiōūʒ q̄ ſint a facili, ab hōeſto, ab vtili & neceſſario. Quæ oīa ī gñe dliberatiuo ꝯſi-derāt. ¶ Aeq̄s leges, ne illis ſbijci videamur. ¶ Sin ali. ſi. Dat aliquā ſpē forte illos hituros

Seu plures complere valent. iacet[a] ōis ad vndā
Materies. ipsi numerumq;, modumq; carinis
Præcipiant. nos æra, Manus, naualia[b] demus.
Præterea q dicta ferant, & fœdera firment
Centum oratores prima[c] de gente latinos
Ire placet, pacisq; manu prætendere ramos
Munera portantes, Auriq;, Eborisq; talenta.
Et Sellam[d] regni, Trabeamq; insignia nostri
Consulite in mediū[e], & rebus succurrite fessis.
Tum Drances idē infensus, quē gloria turni
Obliqua[f] inuidia, stimulisq; agitabat amaris
Largus[g] opum, & ligua melior, sʒ frigida bello
Dextera, consilijs habitus non futilis[h] auctor,
Seditione[i] potēs. genus huic materna superbū

SER. a ¶ IACET omnis ad vndā materies, iterū extenuat, est aūt materies & materia lignū, vnde Cice. in officijs Domus male materiata. b ¶ Naualia demus, naualia dicimus loca vbi naues sunt, sed modo de græco transtulit, & naualia posuit pro trabibus, de q bus naues fiūt, nā Hōerus vaῦ ov dicit nauale lignum. c ¶ Priā ō gēte & ex nūero & ex nobilitate legatoꝝ ītelligiť negocij magnitudo. d ¶ Et sellā regni trabeāq; insignia nři, hō nostri. Romanoꝝ. n. īperatoꝝ insigne fuit sella cursulis & trabea. Nā diadema vt aliaꝝ gentiū reges non habebāt. Et sciēdū sellā curulem a curru dictā, qđ hi ea tm̄ vtebanť qui triūphali curru vecti fuissent. sicut etiam palmata dť toga, quā merebanť hi qui de hostibus Palmā reportassent, cūq; a curru dicta sit, cuius prima syllaba produciť, tñ curulis sedes tā primaʒ corripit. Luc. Vacuæq; loco sedere curules. e ¶ In medium, in cōmune, vt In medium ǭrebant ipsaq; tellus. f ¶ Obliqua inuidia, hoc est quæ nō ex aperto impugnabat Turnū, sed eum reipu. simulata defensione lacerabat. g ¶ Largus opum, abundans opibus, diues, non qui multa donaret. h ¶ Nō futilis auctor, non inanis, Nā futilis qđdam est vas lato ore, fundo angusto, quo vtebantur in sacris Vestæ, quia aqua ad sacra hausta in terra nō ponitur, qđ si fiet piaculum est. Vnde & excogitatum vas est quod stare nō posset, sed positum statiʒ effunderetť. Inde & homo cōmissa non retinens futilis diciť, contra non futilis bonus in consilijs non inanis. i ¶ Seditione potens. spotens in mouendā nō in cōprimendam seditionem.

DON. ¶ CENTVM oratores, hoc ab Aenea didicisse videtur.

CHRI. ¶ IACET omnis. Ergo sine nostro dispendio fient æra, vt claui sunt & similia. Quibus antiqui potius æneis quam ferreis vtebantur, quoniam æs aduersus robiginē diutius q̄; ferrum durat. licet enim antiquorum ædificiorum ruinis illos æneos nō ferreos deprehendere. Manus artifices q manibus operantur. ¶ Naualia locum dicit fabricandum in quo sub tecto commode naues ædificare possint, illa enim naualia dicuntur, nec q̄; sunt trabes ītelligendæ. Nam eas demonstrauit cum dixit, iacet omnis ad vndā materies. Naualia aūt dicūr ædificia ītra quæ naues ædificanť, sic sup̄ alij naualib' ite. ¶ Cētum oratores, vt reddať pari pari. Nā & ipse Aeneas totidem ad pacem petendam miserat. Ergo elegit centum de numero, & virtute ciuiū. Latini cedere viderentur, Nec etiam minoris Aeneā facere videreť, q̄; ille se fecisset. ¶ Auri eborisq; talen. Ex quo apparet talētum de quo ī superioribus diximus nō esse nūmum sed pondus, nā pecuniā ex ebore cudi nō est repertū. ¶ In medium, in cōmune, nam illa demum optima est cōsulatio, in q̄ remotis oībus aſ pturbationibus nō ad nostrā libidinē, sed ad publicā vtilitatem oīa referimus, itaq; recte cōsulebat, Attilius cū cōmutationem captiuoꝝ dissuadebat. ¶ Tū drāces, describit naturam factiosi, q potius contra aduersarioꝝ vtilitatē, & gloriā ferť, q̄; ad publicam vtilitatem cōsilia dirigat, & tamen oportet ipsum publicū cōmodū præferre si sibi fidem tribui vult. ¶ Obliqua, recta, inuidiam dicere possumus cū aperte illam pfitemur, nā recta via procedimus. Ergo obliqua erit quæ occultatur, & ex insidijs venit. ¶ Largus opū, oportet enim qui multoꝝ studia in populo sibi acqrere volunt multa vti largitione q̄ plurimos ciues corrūpant. Differt aūt vt apparet apud Ciceronem præsertiʒ in libro de officijs Largitio a liberalitate, liberalitas. n. dat, & cui debet, & quantū & qñ, & cuius causa debet itaq; est v'us, largitio vero dādo plura q̄; oporteat, et qbus nō oporteat nō ad beneficētiā, sed ad corruptelā tendit. ¶ Melior, potentior q̄ res plurimū in factionibus valet. ¶ Frigida, ībecillis. Nā vis a neruis est. Illi aūt sūmo calore fouenť. ¶ Non futulis, liptote est. i. vehemēs, & potēs. ¶ Auctore, Cuius gratia reliqui ad aliquid agendum mouentur auctores dicuntur.

CINCERTVM

Nobilitas dabat, incertum[a] de patre ferebat,
Surgit, & his onerat[b] dictis atq; aggerat iras.
Rem nulli[c] obscuram, nostræ nec vocis egentē
Consulis o bone[d] rex, cuncti se scire fatentur
Quid Fortuna ferat populi, sed dicere mussant[e]
Det libertatē fandi: flatusq;[f] remittat,
Cuius[g] ob auspiciū infandū, moresq;[h] sinistros
(Dicā eqdē, licet arma mihi: mortemq; minet)
Lumina[i] tot cecidisse ducum, totamq; videm[us]
Consedisse[k] vrbem luctu, dum Troia tentat
Castra fugæ[l] fidens, & Coelum[m] territat armis.
Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti[n]
Dardanidis, diciq; iubes, vnum optime regum
Adiicias, nec te vllius violentia vincat,
Qui natā Egregio[o] Genero, dignisq; Hymenæis
Des pater, & pacē hanc æterno[p] foedere iungas.

SER. a ¶ INCERTVM de pře ferebat, nō ignobile, sed penitus ignoratum. b ¶ Onerat dictis, hoc sermone ostēdit eū esse exhortatione grauatum Latini. c ¶ Rem nulli obscuram, callide & oratorie agit in oībus, & adulatorie respondet dictis Latini. supra enim ille dixerat Ante oculos interq; manus sūt, omnia vestras. Sane quasi ꝑditum oratorem exprimit, quia supra de eo dixit, Et lingua melior. d ¶ O bone rex, bene addidit, bone, & auxit epithetō dignitatē. Rex enim mediū ē, nā & bonus esse & pessimus pōt. e ¶ Mussant, modo verent significat, alias dubitant. Vñ Mussat rex ipse latinus, Quos generos vocet. Interdū susurrant, vt de apibus dř. & ꝓprie mussare obmurmurare, & muto esse vicinū. f ¶ Flatusq; remittat, aut ponat supbiā, aut nostros flatus remittat. i. nobis respirare concedat. g ¶ Cuius ob auspiciū, inuidiose Turni auspicijs īputat, qđ tantus perijt exercitus, ac si diceret si malis tuis ominibus nō egrederent, possent forsitan superare virtute. Sane sciendū hunc exprimere quicqđ verecūde celauit latinus. h ¶ Mores sinistros: cōtrarios, qa in principio latino obtemperare noluit. i ¶ Lumina ducū. i. proceres, vt O lux dardaniæ. k ¶ Cōsedisse vrbē, in luctum esse demersam. l ¶ Fugæ fidēs, illud respicit, qđ bella deseruit Iunone faciente, fugæ aūt figurate dixit ꝓ fuga fidēs. m ¶ Et coelū territat armis, dictū qdē Virgilij grauitati non congruit, sed perite hæc Dranci data sunt verba qui tumida vti oȓone inducit. Vnde ei paulo post Turnus dicit, Quæ tuto tibi magna volant. Itē ꝓinde tona eloquio, itē ventosa in lingua. Deide diximus Drancē librare se ad orationē, Latini. Vnde nūc dicit. Coelus territat armis, quia audierat bellum importunum Ciues cum gente deorum. n ¶ Mitti dardanidis diciq; iubes, mitti aurū, ebur, & sellam, & cætera, dici de nauibus vel agro. o ¶ Egregio genere dignisq; hymenæis, ꝗ Turnus vř indignus. p ¶ Aeterno foedere iungas, natæ scilicet coniunctionē, naꝫ munera contemni poterant, in æternum pacis foedera firmabuntur generis coniunctione. hoc autem dicto latenter etiam latini pudorem exonerat, qui Turno etiaꝫ suam promiserat filiam, dicens causaꝫ rei publicæ præponderare debere & propter pacem ciuium Turno Aeneam esse præferendum.

CHRI. ¶ ONERAT, obruit, deprimit, inuidiosum, odiosum ꝗ facit. ¶ Aggerat iras, accumulat. Quia plura pluraq; addit, cuibus iræ contra Turnum crescant. ¶ Rem nulli obscuram, quasi dicat, consultas de ea re ꝗ nullā apud animos ciuium dubitationem habeat, vnde captat beniuolentiā ab ipsa re. ¶ Det libertatē, onerat inuidia aduersariū, & inde beniuolētiā captat. Ostenditq; idcirco ciues non dare clara respōsa, quia de re dubitent, quam oēs iustam fatentur, sed quia hominē potentem ac factiosum offendere vereant. Det ergo libertatem, quasi dicat liberet nos hac seruitute qua nos tanꝗ tyrannus premit. ¶ Flatus, fastum ac superbum, vnde superbos inflatos, & tumentes appellamus. ¶ Auspicium infaustum. i. imperium nobis perniciosum & infoelix, vel dixit infaustū q malis auspicijs bellū gesserit. ¶ Moresq; sinistros, Quos malignitate igenij cōtraxit, Quæ res sibi vitio īputari potest. magis ꝗ infaustū auspicium. ¶ Dicā equidē, & a persona sua captat beniuolentiā cū demonstret nō impedir periculo mortis, qui proferat quæ vtilia reip. sint, & a persona Turni cū trahat ipsum in odiū & inuidiā dū illius vitā tyrannicam demōstrat. ¶ Lumina, principes itelligit, & totā vrbem quasi ipsum vulgus. ¶ Fugæ fidens, Crudele est quod tentet bella ipsa, & tñ possit aliquid animoꝝ hēe crudelitas, Quare vt meticulosum potius ꝗ animosum esse ostēdat hoc addit, ¶ Coelum territat, ex hyperbole inuidiam auget. Vnum non solum confirmat quæ dicta fuerant a Latino, sed addit vnū Turnum esse petendum.

SER. a ¶ TERROR, terror proprie est qui alijs infertur, vt si dicas ille habet terrores, idest timendus est. Vnde & terribilis dicitur. Metus autem est quẽ habent timentes, sed nunc vsurpatiue terrorẽ ꝓ metu posuit. Nãq; hoc dicit quod si tã Turnum timemus. b ¶ Veniãq; oremus ab ipso cedat, A sper hic distẽguit. c ¶ Quid miseros toties in aperta pericula ciues pijcis, quã viles, & abijciendos & ingenti põdere vniuersa ꝑba sunt posita. d ¶ Latio, non vni ciuitati. e ¶ Caput principium rei caput ẽ, & ẽ antiquũ. Ter. Nã si hic mali ẽ qc ꝗ; illic huic rei ẽ caput. f ¶ Nulla salus bello, plꝰ ẽ ꝗ; si spes diceret.

DON. ¶ CIVES proijcis, Homines omni claritate amplectendos vt rem vilem abijcis. ¶ In aperta, manifesta quod non fortis est sed temerarij. ¶ Supplex, magna nocẽdi caliditas qua inimicus summa inuidia oneret. ¶ Animos, fermentũ quandam considerationem ¶ Desolauimus agros, nã ꝗ solo certabatur quod factũ est desertum. ¶ Scilicet vt turno, necessario posita est sine exclamatio, vt demonstret causæ priuatæ ipsius turni non esse admiscendum publicum periculum.

Quod si tantus habet mentes ꝛ pectora terror[a],
Ipsum optestemur, veniamq;[b] oremus ab ipso
Cedat ius proprium regi, Patriæq; remittat.
Quid[c] miseros toties in aperta pericula ciues
Proijcis, o latio[d] caput[e], horum ꝛ cã malorum?
Nulla[f] salus bello. pacem[g] te poscimus omnes
Turne. simul pacis solum[h] inuiolabile pignus.
Primus ego inuisum[i], quẽ tu tibi fingis ꝛ esse
Nil moror en supplex venio. miserere tuorum,
Pone animos, ꝛ pulsus abi. sat funera fusi[k]
Vidimus, ingentes, & desolauimus[l] agros
Aut si fama mouet, si tantum pectore robur
Concipis, ꝛ si adeo dotalis[m] Regia cordi est.
Aude, atq; aduersum fidens fer pectus in hostẽ
Silicet[n] vt Turno cõtingat Regia coniux,
Nos animæ viles inhumata[o], infletaq; turba
Sternamur campis. etiam[p] tu siqua tibi vis[q] est:
Si patrij quid Martis habes, illum aspice cõtra
Qui vocat.

CHRI. ¶ QVOD SI tantus habet, Complexio ẽ color rhetoricus, Aut contempto Turno firmemus foedus, aut si qđ turpe est ipsum timemus oremus ab eo quod nostrũ est. s. vt concedat latino vti iure suo & patriæ cuius ipse est rex, nec dicuntur hæc sine sũma Turni inuidia, nam contra publicam vtilitatem iniustum agere sceleratum est. sceleratus tamen dum id agit eripiẽs sua suum iniustissimo regi. Sũt autem hæc omnia augmenta ad inuidiã. Primum quod rogamus te tanq; regem quem alij parẽ oportebat, deinde ꝙ oramus rem quam tua spōte præstare debebas. s. vt desinas a bello, in quo nulla sit salus, vt omnes poscimus, idest de iure petimus, ergo rẽ nobis debitam, & oẽs poscimus & poscimus a te cui æquius est nõ imperare ꝗ; obtemperare, nec solum poscimus sed supplicamus & supplicamus pacem quæ ab omnibus appetẽda est, & supplicamus non externis, sed tuis, & ijs qui ad id calamitatis deuenerunt, vt sint sane commiseratione digni. ¶ Pone animos. i. eleuationem animi quam nemo sapiens retinet. Qui. n. recte sapit ratione ducitur nõ furore rapiẽ, sed maius etiam in te peccatũ est. Nam cum reliqui etiam furentes soleant, si vincitur tumore animi deponere tu nõ deponis, Aut si fama mouet sensus est, si tu non vis minuere gloriã tuã in rebus

g ¶ Pacem te poscimus omnes, te poscimus q solus es cã bellorũ. Nã Aeneas iã pacẽ promisit. h ¶ Solũ inuiolabile pignus. i. Lauiniã, hoc est quod ait supra, pacẽ hac æterno foedere iungas. i ¶ Inuisum quẽ tu tibi fingis & esse, bñ quẽ tu fingis, ne ei tanq; inimico minime credat, hoc dicit, nõ sum quidẽ, sed si velis esse nõ recuso, nã hoc est & esse nihil moror. k ¶ Fusi, fugati. l ¶ Desolauimus agros, vel dũ occiduntẽ vel dũ coguntẽ ad militiã. Nam legimus & latos vastãt cultoribus agros. m ¶ Dotalis regia cordi est, hoc est regnũ latini, sic alibi, Non hæc dotalis regia amatæ. n ¶ Scilicet vt turno ꝯtingat regia ꝯiux. hæc cũ q̃dã irrisione dñr. o ¶ Inhumata infletaq; turba, atq sepulti sunt oẽs q in bello perierant, vt legimus supra, sed hoc factũ est Aeneæ beneficio, q sepulturæ eorum reddidit socios, ergo quantum ad Turnũ ptinet isepulti sunt, nã cãpos sua potestate retinebat Aeneas. p ¶ Etiã tu, eia, nã etiam hortantis est aduerbiũ hoc loco, alias adhuc significat, & est tẽporis, vnde etiã currus etiam arma apud maiores etiã cõsentientis fuerat, quod tamẽ in his recentibus auctoribus idoneis non inuenitur. q ¶ Vis, virtus.

rebus

rebus bellicis, & tantum tibi tribuis ne obijcias nos hostibus tanq̃ viles alas, sed ipse, tum tibi & non nobis petas coniugium in hostem prodi, presertim cum te vocet, quasi concludat q̃ & inhumani & eius qui nihil alios faciat si obijcere hostibus alios pro sua aut gloria, aut voluptate, & simul etiam meticulosi.

Talibus exarsit dictis violentia turni,
Dat gemitũ, rumpitq; has imo[a] pectore voces.
Larga[b] quidẽ semper Drance tibi copia fandi.
Tũ cũ bella manus poscunt, patribusq;[c] vocatis
Primus ades, sed, non replẽda est Curia verbis,
Quæ tuto tibi magna[d] volãt, dũ distinet[e] hostẽ.
Agger murorum, nec inundãt[f] sanguine fossæ.
Proinde tona eloquio solitũ tibi, meq;[g] timoris
Argue tu Drance: tot quando[g] stragis aceruos
Teucrorũ tua dextra dedit: passimq; tropheis
Insignis[h] agros: possit quid viuida Virtus,
Experiare licet, nec longe scilicet hostes
Quærendi nobis, circunstant vndiq; muros.
Imus in aduersos? quid cessas? an tibi mauors
Ventose in lingua, pedibusq; fugacibus istis[i]
Semper erit?
Pulsus[k] ego? aut quisq̃ merito Fœdissime pulsũ
Arguet: iliaco tumidum qui crescere tybrim
Sanguine, & Euandri totam cum stirpe[l] videbit
Procubuisse domũ, atq; exutos arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias[m] & Pandarus ingẽs,

SER. a ¶ IMO pectore voces, more suo habitus futuræ oratõis ostẽdit. b ¶ Larga quidem drãcea semp tibi copia fandi, tũ quum bella manus poscunt, scilicet multa sua vi optima, quæ quũ per se non possunt vituperari, ab accidentibus vituperantur, vt hoc loco quũ eloquentia per se optima est, eam culpat ex tempore dicens, tunc incumbis eloquẽtiæ quum manus bella deposcunt. c ¶ Patribusq; vocatis prim' ades, bella penitus ignorãs, atq; formidans primus es inter senes ad danda cõsilia. d ¶ Magna volãt, Homerus πτερόεντα προσηύδα. e ¶ Distinet, arcet depellit ꝓprie extra tenet. Nã dis separãtis est, vñ & diduco & distraho dicimus. f ¶ Meq; timoris argue, vt Cãtãdo tu illũ? Argue alaũ genitiuũ recipit, vt arguo te cædis inũdiam & est de græco, nã ita dñs κατηγορῶ σε φόνου [illegible] κλοπῆς. g ¶ Quũ, siquidẽ, & p ironiã in illum confert laudes. h ¶ Insignis cãpos, nobilitãs clarificãs, nã verbum est insignis, & dicit exauctorari eius debere sniam, q̃ de bello iudicat virtutis ignarus. i ¶ Istis δεικτικῶς. k ¶ Pulsus ego, qa ille dixerat, Pone aios & pulsus abi, & agit cõiectura, nam hoc vult intelligi non posse dici merito pulsum eũ, qui sequendo bella deseruit, aperte autẽ hoc dicit potest merito credi q̃ pulsus sit is cui' tot extãt trophæa. l ¶ Cũ stirpe, occiso enim Palante interiit eius cuncta posteritas. m ¶ Bitias subaudi ingens a consequentibus.

DON. ¶ VIOLENTIA turni, Ante ardens magis exarsit. Oñdit aũt Drancẽ vti præpostera eloquẽtia cũ tpe manibus, & non verbis sit vtẽ

CHRI. dus. ¶ Iliaco tumidum tybrim sangui. Magna põpa effert sua dcã, nũc ex turbulenta orõne ad mites redit. ¶ EXARSIT violentia, Facile.n. q̃ natura sua violẽtus ẽ, & virib' oĩa arrogat armis, dictis accẽditur, & prius intra se vehemẽter commouet. ¶ Dat gemitũ, nã nulla res i maiorẽ dolores ipellere põt visũ præstanti aio q̃ si meticlosus habeat. ¶ Rumpit, subito & cũ furore emittit. ¶ Imo pectore, ab intimo corde q̃ totus ira accensum esset. ¶ Larga, principiũ abruptũ vt cõuenit furenti, & quĩ obiecta erãt diluẽda. Primo quidẽ oñdit potuisse illũ copia verborũ auribus auditorũ obstrependo persuadere falsa, deinde cũ maxime argueretur ab eo timiditatis illud in primis confutat. Nã artis est cũ auditores ab aduersarijs nostris persuasi iã esse videntur ab eo argumẽto icipere. Quod oĩum validissimũ fuisse videtur. Primũ ergo ostendit illum alluinatione verborũ auditores fallere potuisse, deinde cõfutat q̃ magis premebat. Postremo vitium q̃ in se obiecerat in illum retorquet quãdam ironica derisione. Ipsumq; ad periculũ faciendũ inuitat, ꝯcludit deniq; quicquid in illo iuriũ est, id totũ esse in verbis & in fuga. ¶ Pulsus, ergo, in ea se ꝑstit, quã summopere ꝓbare poterat, atq; oĩa extollit, nã cũ interemisset palãtẽ, ex cuius morte cum vnicus patri esset & pater vltimo senio iaz flacesceret optimo iure poterat affirmare se domum Euãdri funditus sustulisse. hac enim ratione & deprimere multa & extollere quanuis non recedatur a vero possumus. ¶ Haud ita me, singula quæq; maiora a se facta exornat atq; amplificat,

SER. a ¶ MILLE, finitus numerus pro infinito. b ¶ Aggere septus, vt Vestris o ciues vndiq; septus aggeribus. c ¶ Nulla salus bello, capiti cane talia demens dardanio. Quoties argumentum nō possumus soluere, aut contra ria obiectione aut risu, aut maledicto, vt in hoc loco aduersario respōdemus. d ¶ Cane, pro diuina. e ¶ Proinde, itaque, & est ordo. Nulla salus bello, proinde omnia magno Ne cessa turbare metu. Cætera per parenthesim dicta sunt. f ¶ Extollere vires gentis bis victæ, contra premere arma latini, hæc est virtus eloquentiæ, arma vero Latini inuidiose dicit, vt Drances Latino reddat inuisum. Nā debuit mea dicere. g ¶ Mirmidonū proceres, græcorū principes. Dicit aūt patroclū & Achillē, nam licet ipsi aliunde fuerint, tñ myrmidonibus imperarūt. hoc aūt ponit inter impossibilia, & venit græco puerbio ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί. sic Horatius, Et ante pados matia lauerit cacumina, & sic est modo dictus, vt in quarto Nūc lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso. h ¶ Retro fugit aufidus vndas, apuliæ fluuius cadēs in adriaticū pelagus. i ¶ Vel cū se pauidū cōtra mea iurgia fingit: cōtra illud quod ait Det libertatē fandi flatusq; remittat. Nā hoc dicit timorē suū naturalē inuidiose in eas causam retorquet, vt meæ pōtentiæ non illius naturæ quod timet esse, videatur, hoc est enim qd planius iterat dicens Et formidine crimē acerbat. k ¶ Artificis scelus, nā sceleratorū est simulare formidinē. l ¶ Habitet tecū & sit pectore in isto, pessima & vilis anima habitet tecum in mēbris cōgruis. Nam talem vilem & pessimam accipimus, quam nefas est perire ea dextera, quæ tñ viros fortes consueuit occidere. m ¶ Cōsulta reuertor. Cōsultor est qui cōsulit. Cōsultus q consulitur. Consultum vero res ipsa de qua cōsulitur. n ¶ Si nullam nostris spē ponis in armis, insinuatione vtitur, id est callido et subtili aditu ad persuadendū. Vult enim dicere melius esse interire, q̄ pacē rogare, quod qui a aperte non audet, latenter & paulatim ad hoc serpit. Nam inter principiū & insinuationē hoc interest, q principiū est aperta rei narratio, insinuatio (vt diximus) est callida & subtilis oratio. o ¶ In armis, aut meis aut latinorū generaliter omnium. p ¶ Si tā deserti sumus, propter Diomedē qui solus negauit auxilia. q ¶ Neq; habet fortuna regressum, omnia quæ sibi possunt obijci ponit, sed cū solutionibus suis, nā & fortuna non est imutabilis, & q semel pulsi sunt iterum potest reuerti & auxilijs nō sunt penitus destituti, & in ipsorum exercitu est adhuc plurimū spei, est aūt syllogismus.

Et quom mille[a] die victor sub Tartara misi
Inclusus muris, hostiliq; aggere[b] septus.
Nulla[c] salus bello, capiti cane[d] talia demens
Dardanio rebusq; tuis, proinde[e] omnia magno
Ne cessa turbare metu, atq; extollere[f] vires
Gentis bis victæ, & contra premere arma latini.
Nūc & myrmidonū[g] proceres Phrygia arma tremiscunt,
Nūc & tydides, & larissæus achilles.
Amnis & adriacas retro[h] fugit Aufidus vndas.
Vel cum[i] se pauidum contra mea iurgia fingit
Artificis[k] scelus, & formidine crimen acerbat.
Nunq̄ animam talem dextra hac (absiste moueri)
Amittes, habitet[l] tecum, & sit pectore in isto.
Nūc ad te, & tua magne Pater cōsulta[m] reuertor.
Si nullum[n] nostris vltra spem ponis in armis[o],
Si tam[p] deserti sumus, & semel agmine verso
Funditus occidimus; neq; habet[q] Fortuna regressū
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.

DON. ¶ MAGNE pater, & consulta ironia est, quasi dicat, quomodo magne pater qui non recte consulis filiæ tuæ.

CHRI. ¶ NVLLA salus, postquam confutauerat id quod erat omniū maximū fortitudinē troianorum non esse qualē dicebat Drances, ostendit multis exemplis; inuenies autem in his duabus orationibus copiosissimū exemplorum quo vnusquisque se in vtranq; partem disputare cum vehementia possimus. Postremo vt in contemptionē drancem trahat, & demonstret falsa illum retulisse cum dixerit q sibi mortem minaretur, Turnus affirmat illū hoc esse mentitū vt inuidiam sibi concitaret, se aūt pudere sic tā meticulosum interimat. Nūc inde, Cōfutauerat dicta aduersarij vt æquiores aures sibi pararet latinus, nūc ad suam dicendā accedit, & primo demonstrat non esse actū de latinis, vt dixit drāces. ¶ Nostris, quod q̄ inuictissima esse sæpenumero expertus es, & dissimulanter ne illum offendat arguit meticulositatē. ¶ Oremus, per prouisio est neq; hoc ante pertulit q̄ demonstrauit nō esse orandum, & ostendat quanta ignominia futura sit, in hoc affirmat fœlices eos qui ante occubuerunt quā hoc non videbunt.

QVANQ.

Quanq̄ o si solite quicq̄ Virtutis adesset,
Ille mihi ante alios, fortunatusq̄ laborum
Egregiusq̄ animi, qui ne quid tale videret
Procubuit moriēs, & humū semel ore momordit.
Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus
Auxilioq̄ vrbes Italæ, Populiq̄ supersunt:
Sin & troianis cum multo Gloria venit
Sāguine, sunt illis sua funera, parq̄ p omnes
Tempestas, cur indecores in limine primo
Deficimus? cur añ tubā tremor occupat artus?
Multa dies, variusq̄ labor mutabilis æui,
Retulit in melius, multos alterna reuisens
Lusit, & in solido rursus Fortuna locauit.
Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi.
At Mesapus erit, fœlixq̄ Tolumnius, & quos

SER. a CQVANQ̄ o si solite qcq̄ virtutis adesset, nō se seruitiæ arguit, sed queritur de virtute omissa per negligētiā, & ē dolētis est exclamatio, & itelligim⁹ īmoratā rē illic, ei⁹ orationē, nā ex arsu dolorē, qa apte nō potuit dicere moriēs ... posi⁹ est q̄ hos ... rogando ... qd̄ sn dixit ... ferēs se ad alias psonas, & laudās eos q̄bus ptigit pire, ne ista psp̄icerent ... b. Añ alios, melior oīb⁹ ... ferēdus ... c Fortunatusq̄ laborum, sicut laborum honor, ... d Tale videret, te laudare, vt hostes rogare, vel qd̄ latet ... tradi alteri sibi añ desponsatam. e Semel ore mo. cito ɔfectus. i. q tota mortis celeritate ɔsūptus ē. Vulnerati at solēt vl terrā vel arma mordē, ne dolore eo⁎ īdicet gemitus. Lucanus de Pōpeio timuit ne q̄s effundē voces Vellet, & æternā fletu corrūpere famā, & est Hom̄ hemistichiō, ὀδὰξ ἕλον ... f Vrbes italæ, qa diomedes pegrinus fuerat, nā si dicat ... robur italū, nō græcū militē īertē & dissolutū. g Supsunt, supabundāt, adsūt vltra q̄ bella deposcūt. h Sin & troianis, rursus agit post ɔfirmatas ptes suas troiano⁎ vires īminuēs, qd̄ enī pderat dixisse q̄ supent latinis auxilia, si etiā troiano⁎ integræ vires eē pbarentur. i Cū multo glia venit sangule, ac si diceret nō est iudicāda victoria, q̄ p imēsa detrimēta ptigit, & hī est, vñ laudat Salustius duces q vi ctoriā icruētato exercitu reportarūt. k Sūt illis sua funera, i. troianis, legit et illi, & aut homines itelligimus, aut aduerbium loci est p illic, vt ī scd̄o Patet isti ianua leto, p istic. l Parq̄ p oēs tēpestas, alibi Quātā p idæos sæuia emissa mycenis Tēpestas ierit cūpos. m Indecores, decor decoris facit, sicut auctor auctoris, decus decoris, sicut pecus pecoris, similiter facit in cōpōne idecor idecoris, ergo ī neutro co breuis, ī masculino pducit, vñ appet systolen fecisse Virgiliū, nā idecores noīatiuus est pluralis a masculino ab eo q̄ est indecor, nā nō pōt hic idecus facere, neutrū enim in us terminatū masculinū

nō ex se nō facit, aut certe dicamus indecores declinationē esse, cuius nominatiuus singularis nō inuenitur. n In limine primo, q̄si in ipso initio & aditu īfœlicitatis, & ad illud respexit qd̄ sup̄ dixerat, Semel agmine verso Funditus occidimus. o Multa dies, illi rei vehementer incumbit, quam dixerat. Nec habet fortūa regressus, dicens fortunā tam labores q̄ fœlicitatem p tēpo⁎ q̄litate mutare. p Dies, tempus. q Lusit, decepit, vt Quid natū toties crudelis tu quoq̄ falsis Ludis imaginib⁹. r Et in solido rursus fortuna locauit, subaudi & multos, & est sensus, In solidum reuocauit oppssos & paulo añ derelictos, lusit aūt & decepit fœlices. s Nō erit auxilio nobis aetolus & arpi, redditū rē, qa occurrebat, se negant auxilia, Aetolū aūt dicēdo eius vires ex græciæ cōmemoratiōe debilitat. t At mesapus erit fœlixq̄ tolūnius, bn̄ duo iungit, q̄ dcūt ī bello fortitudinē & fœlicitatē, nā de Mesapo ita legimus, Quē neq̄ fas igni cuiq̄ nec sternē ferro. Vtrūq̄ aūt ɔ Diomedē dicit, qui dicēdo græcū inertē signat, īfœlicitatē aūt eius sup̄dicta legato⁎ verba testant.

DON. CILLE mihi ante, Multi de Mezentio intelligunt. Procubuit moriēs, quasi intelligat nō victum sed sua voluntate cecidisse.

